c. Brevia duo contra Edwardum, ducem Somersetiæ, insurgentem; dat. 5 Edw. VI. f. 137 b.

Præmittuntur codici chartæ duæ, hæc, Willelmi de la Lane dimittentis Johanni de Hivenden, cum Christiana filia sua, ix. s. et ij. d. etc.; Illa, Radulphi personæ de Burnham, concedentis Osberto fil. Edwardi unum messuagium et i. acram terræ, etc.

CLXI.

Codex chartaceus, in folio, ff. 204, sec. xvii.; haud eadem manu exaratus.

1. Brief notices or reports of cases in the court of Queen's Bench, apparently from the 36th to the 39th of Eliz. inclusive; *French*, *Latin*, and *English.* fol. 1.
2. " Casus inter dominam Reginam et Georgium Calverley militem, in curia wardarum et liberacionum;" in *English.* fol. 158.
3. Legal decisions arranged alphabetically under different heads; in *French.* fol. 163.

   Beg. " Eleccioun; Si rent est qe en fee hors de terre et le grauntee."

CLXII.

Chartaceus, in folio, ff. 179, sec. xvii. ineuntis.

1. Reports of cases principally in the 17th to the 24th Eliz. inclusive; partly in *French* and partly *English.* fol. 7.

   Prefixed is " A table for the finding of the cases and the terms agreeing with the book and the original."

   At fol. 33 occurs the case of the Queen and sir George Calverleye, as in the previous volume.

---

2. Eighteen lectures upon the statute of the 1 Ric. III. " secundum Adgore;" in *French.* fol. 96.

   Beg. " Sest estatut est fait tut pur lauantage dez vendez, etc. All commen ley si homme auoit fait feffement sur confidence et puis ust fait bargayne."

   Ends, " ne serra dowe qe leir ne einz par le bar; etc."

CLXIII.

Chartaceus, in folio, ff. 237, sec. xvi. exeuntis.

Anonymi cujusdam commentarii in Statuta Angliæ, quæ sequuntur, *Gallice*,

1. Magna Charta. fol. 1.

   Incip. " Sur cest estatut est reherce coment le roy Henri le terce progenitour le roy."
2. Statutum de Mortona. fol. 37.

   Incip. " Note qe al le commune ley deuaunt."
3. Statutum de Marleberga. fol. 48.

Incip. "Devaunt cest estatut."

4. Westmonasterii primum. fol. 77.

Incip. "Cest estatut de Marlebruge."

In calce desunt a fol. 112 ad fol. 120 inclusive.

5. Statutum de Glocestria. fol. 102.

Incip. "Sur cest estatut fuist reherce, qe al le commune ley deuaunt cest estatut le mischief."

Desunt ad calcem folia decem.

6. Westmonasterii secundum. fol. 146.

Incip. "Sur cest estatut fuist reherce qe al le commun ley si un homme ust aliene terre le droit."

7. Westmonasterii tertium. fol. 228.

Incip. "Sur cest estatut fuist reherce qe deuaunt cest estatut chacun tenaunt."

8. Statutum de finibus. fol. 230.

Incip. "Sur cest estatut fuist etc. fuere diuers maners des fynes."

9. Statutum de bigamis. fol. 233 b.

Incip. "Al le commune ley deuant cest estatut si le roy ust enfeffe une homme par sez lettrez."

10. Prærogativa Regis. fol. 236.

Incip. "Sur cest estatut fuist reherce qe si ceux qe teignent de Roy."

CLXIV.

Hodie desideratur; continebat,

Sir Christopher Wren's account of Salisbury church.

CLXV.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 102, sec. xii., optime exaratus et servatus, figurisque affabre delineatis perquam illustratus; olim M. Lelonde, Joh. Theyer de Cowpers Hill juxta Glouc., Fulconis Wallwyn, ex dono Danielis Bacheler, Willelmi et Thomæ Leigh, et denique coll. Univ. ex dono Gul. Rogers.

1. Vita et miracula S. Cuthberti, auctore venerabili Beda, cum prologo ad Eadfridum. p. 1.

Tit. "Prologus Bede presbiteri in vitam Sancti Cuthberti."

Consentit usque ad cap. xlvi. inclusive cum editt. impress. Sequuntur capitula duo sc. xlvii. et xlviii. ex Historiæ Eccl. lib. iv. desumpta, ubi numerantur xxxi. et xxxii. Quæ supersunt ex Turgoti Historia videntur et exstant impress., hic illic varia, in edit. Stevenson. pp. 285—316, l. 24.

2. Oratio ad S. Cuthbertum versibus circ. dcccl. comprehensa leoninis. p. 170.

Incip.

"O pater Anglorum . patrum par Angelorum
Tu Cuthberte sacer . pronis pius hostibus acer."

Desin.

"Nec mora surgebat . cunctosque stupore replebat,
Omnibus hoc dicens . et laude Deum benedicens."

Divisa est secundum rubricas quarum ultima, "De monacho ad ejus tumbam curato."

CLXVI.

Codex membranaceus, in folio sive 4to majori, ff. 27, sec. xiv.

Rentale maneriorum tenementorumque ad ecclesiam Sarisburiensem pertinentium; imperf.

Complectitur modo custumaria de Sunning, Berghfelde, Yenyngdon, Wokyngham, et Ramsbury.

Tit. "Custumare de Sonnyngg."

Incip. "Liberi tenentes. Robertus de Lenham tenet de domino episcopo in capite pro servicio militari unam hidam terre in Syndlesham."

In calce Rentalis de Wokyngham notatur, "Concordat cum rotulo Custumarii."

Sequitur, "Inquisitio facta de redditibus, serviciis et consuetudinibus manerii de Remmesbury tam liberorum quam villanorum per sacramentum Rogeri le ʒonge de Wytyndich et Nicholai Maseringe, Johannis Langthon, Ade atte Hegge, Johannis atte Stour et Thome Marchepais, juratorum die Veneris in festo cathedre S. Petri anno regni regis Edwardi tercii a conquestu Anglia quinto incipiente."

Incip. "Quoniam dicunt, quod dominus Hildebrandus de London tenet quatuor carucatas terre in Axeford et tres carucatas apud Littlecote pro ij. feodis militis."

Desin. "Summa feodorum vj. et dimid. et tertia pars unius feodi."

CLXVII.

Membranaceus, in folio, ff. 149, sec. xv. exeuntis.

1. Chartularium, sive registrum chartarum privilegiorumque, ad abbatiam S. Mariæ de Fontibus pertinentium; in partes duas

distinctum; quarum prior mutila videtur, incipit enim a tabula sive sectione xiv.

Pars prima chartas continet et confirmationes Regum Angliæ abbatibus de Fontibus factas a Stephano usque ad Ricardum II. inclusive. fol. 1.

Pars altera bullas et brevia Pontificum Romanorum continet ab Innocentio II. ad Johannem XXIII. fol. 17; cui annexa sunt munimenta collegii S. Bernardi Oxon. sive Henrici Chicheley, archiep. Cantuar. chartæ, quibus contulit collegium B. Bernardi in Oxon. ordini Cisterciorum in usum monachorum alborum scholarium in Universitate Oxon. dat. 1437.

Sequitur index ad Privilegia supradicta sub Rubrica, quæ incip. " In ista tabula subsequenti notandum quod non componitur vocaliter secundum verba et dictiones, sed secundum sentencias et fructuosum intellectum clausularum, et non solum continet ea sola privilegia, que adhuc obtinent firmitatem sed eciam alia que aut per jura post condita aut per alia privilegia seu per abusum cassantur."

2. Collectio privilegiorum papalium toti ordini Cisterciensi concessorum ante annum Domini 1490, a Johanne tunc temporis abbate compilata, concessionibus etiam quorundam regum ac principum eidem ordini in calce adjectis; cum præfatione compilatoris, qua consilii sui, in eandem aliis monasteriis ordinis communicando, rationem reddit et cur indicem eidem non adjecerit. fol. 61.

Incip. præf. " In nomine Sancte Trinitatis nos frater Johannes, abbas Cistercii frequentius non absque profundo cordis dolore——— ab archivis Cistercii extrahi et conscribi fideliterque ad originalia et registra auscultari ac diligenter, anno Domini millesimo quatricentesimo nonagesimo, in modum qui sequitur imprimi fecimus."

Datum est privil. i. 2 Paschal. II. anno scilicet Domini 1100. Numerantur privilegia et instrumenta clii., quibus succedit ' Pia et exhortatoria totius operis conclusio;' incip. " Eya venerabiles et egregii patres, amantissimique ac devotissimi fratres."

Desin. " constituta faciat piissimus dominus Jesus sue dulcissime matris precibus."

In calce,

a. Carmen rhythmicum in laudem Cistercii. fol. 149.

Incip.

" Gaude felix mater Cistercium firmamenti spera stelligera,
Paradisus lignorum omnium quem divina plantavit dextera."

b. Carmen elegiacum ad lectorem de eodem ordine et Johanne abbate. fol. 149 b.

Incip.

" Quisquis es, accipies istum qui forte libellum
Ordinis eximii quisquis amator ades."

In fine, " Ther is in this book this 29 of October 1605, clxv. leaves of fare written parchment, no part wherof is ether decayed or deffaced." Deinde; " There is 149 leaves and no more this 28 Dec. 1615 whereof one is not written upon."

CLXVIII.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 303, sec. xv., binis columnis bene exaratus et servatus.

1. Commentarius sive Postillæ octo in Cantica Canticorum ex SS. Gregorio, Augustino, Bernardo, Beda, aliisque collectus, cum prologo. fol. 1.

Incip. prol. " Deus in gradibus; etc. Tres sunt gradus quibus ascenditur ad Dei cognicionem."

Incip. lib. " Simile est regnum; etc. In hac auctoritate tanguntur ea que pertinent ad cognicionem libri."

In calce, " Explicit; Deo gracias."

2. Expositio in Cantica Canticorum, libris septem, quam composuit Beda presbyter venerabilis, juvante se gratia superna. fol. 80.

Primus liber est Bedæ contra Julianum; sex reliqui ' ex opusculis beati Gregorii collecti sunt.'

Exstant omnes impressi, inter opp. ed. 1612, tom. iv. col. 714.

3. Ejusdem in S. Marci evangelium commentarii, cum præfatione. fol. 146.

Incip. "In exposicione evangelii;" ut ibid. tom. v. col. 92.

4. Ejusdem in S. Lucæ evangelium expositio, libris sex comprehensa; præviis capitulis; mutil. fol. 201.

Incip. "Beatus evangelista Lucas de omnibus;" ut ibid. tom. v. col. 217.

Defic. "illa indigencia, ista potencia; At illi optulerunt ei partem——"

CLXIX.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 5 et 228, sec. xv. ineuntis; ex dono Sibyllæ de Felton, abbatissæ de Barking; mutil.

Ordinale secundum usum monialium de Barking, co. Essex, prævio kalendario; initio mutil.

Incip. Ordinal. in verbis, "ad pascha Ps. Quicunque vult, dicatur omni Dominica post preces."

Præcedit notitia, "Memorandum quod anno Domini millesimo quadringentesimo quarto domina Sibilla, permissione divina abbatissa de Berkyng, hunc librum ad usum abbatissarum in dicta domo in futurum existencium concessit et in librario ejusdem loci post mortem cujuscumque in perpetuum commoraturum ordinavit, donec electio inter moniales fiat; tunc predictus liber eidem electe in abbatissam per superiores domus post stallacionem deliberetur."

In kalendario notantur dies obituales abbatissarum, quarum catalogus inveniatur ad p. 448 ab "Adlicia que fundavit hospitale de Illeford" ad Elizabetham Laxham inclusive.

Sequuntur a. Tabula locorum quibus abbatissarum corpora jacent sepulta; *Gallice;* sub titulo, "Ceste esscripture fait a remembrer de les sepultures des abbesses qe ount leur services cutee couent a les anniversaires par lan." p. 450.

Incip. "Dame Yolente de Suttoun, qe gist deuant lauter nostre Dame de Salue."

b. Ordo instituendi priorissam; *Anglice, man. recentiori.* p. 452.

c. Ordinationes factæ per Ricardum Fitz-James ep. London. in visitationibus suis; 1507, 1509. p. 453.

CLXX.

Membranaceus, in 4to, ff. 117, sec. xiii.; manibus recentioribus hic illic adauctus.

Chartularium, sive Registrum chartarum ad abbatiam S. Mariæ de Fontibus pertinentium; scilicet,

1. Chartæ terrarum, quas habuit abbatia in Craven, numero ccciі. in quatuor thecis dispositæ, cum tabulis duabus præfixis. fol. 1.

Tit. "Notandum quod quatuor tekas habemus, in quibus ponuntur carte terrarum quas habemus in Craven."

Præmittuntur (a.) Chartæ tres de villa de Otterbourne; (b.) Summonitio ad abbatem, ut coram rege personaliter intersit apud Westmonaster. ad tractandum de terra Vasconiæ et remedio contra regem Franciæ; dat. 22 Edw. I. (c.) Genealogia Henrici de Percy, anno 1302 nati.

2. Chartæ LXXVI. ad terras in Martuna, Disford seu Dreeford, etc. præcipue spectantes. fol. 74.

Tit. i. "Carta Alani de Meirig."

3. Chartæ sexaginta sex donationes familiæ de Percy aliorumque villæ de Litton aliarumque terrarum exhibentes. fol. 87.

Tit. i. "Carta feofamenti domini Ricardi de Percy per quam dat domui de Fontibus willam de Littona cum tota walle et foresta specialiter ad pitanciam ad opus conventus."

CLXXI.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 46, sec. xvii.

Plutarchi Chæronensis de superstitione libellus, Johanne Checo Cantabrigiensi interprete, prævia interpretis ad Henricum VIII. regem Angliæ præfatione.

Incip. præf. "Magni est ingenii judiciique ac fortassis etiam non naturæ humanæ sed gratiæ divinæ."

Data est, Hartfordiæ, 30 Decembris.

Incip. text. "Cum omnis ignoratio Dei."

CLXXII.

Membranaceus, in 4to, ff. 8, annum circiter 1300, binis columnis exaratus; olim Gul. Rogers, 1669.

Gregorii papæ X. "Constitutiones, editæ in concilio Lugdunensi anno Domini m.°cc.°lxx. quarto."

Incip. "Gregorius episcopus, etc. De Summa Trinitate et fide catholica. Fideli ac devota professione fatemur."

Desin. "nisi per sedem apostolicam absolucionis beneficium optinere."

In calce, "Expliciunt constituciones domini Gregorii pape X. edite in concilio Lugdunensi."

CLXXIII.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 198, sec. xvii., olim Willelmi Sharpe.

1. Anonymi cujusdam liber de concessione indulgentiarum; initio mutil. fol. 1.

   Incip. Distinctio 4, "Utrum concessio indulgentiarum sit actus potestatis ordinis an potius jurisdictionis. Durandus in 4, d. 20. q. secunda existimat."

2. De Sacramentis quædam brevissima collecta. fol. 94.

   Incip. "In primis sacramentum significat certum quoddam pignus."

   Defic. in verbis, "Conficere hoc sacramentum et panem in corpus mutare"——

CLXXIV.

Chartaceus, in 4to minori, ff. 18, sec. xvii.

The statutes and ordinances of the most noble order of Saint George, named the Garter, reformed, explained, and revised by the most excellent and moost .... Henry the viii.th by the grace of God, king of England, France and Ireland, defender of the faith, and in earth of the church of England and Ireland the supreme head.

CLXXV.

Chartaceus, in 4to minori, ff. 26, sec. xvii.

1. Exercitationes aliquot novitii cujusdam in Mathesi, quibus periculum facit, an possit arte sua vel marte constituere canonem triangulorum sive sinuum, tangentium et secantium ad radium 1000, secundum regulas Barth. Pitisci, libro 2 Trigonometriæ. fol. 1.
2. "Out of Mr. Edmund Wingate's book of Arithmetique natural, concerning Decimals." fol. 15.
3. "Of Logarithmes out of Mr. Edm. Wingate's book of Arithmetique natural and artificial." fol. 16.

CLXXVI.

Chartaceus, in 4to, ff. 22, sec. xvii., manu Willelmi Cardinall ex MS. antiquo Roffensi transcriptus.

1. Aluredi regis leges, cum præfatione; *Anglo-Saxonice.* fol. 1. b.
2. Aluredi et Guthrun regum fœdus; *Anglo-Saxonice.* fol. 18.

   Incip. Ðis is þe friþe þat Ælfred cyning ⁊ gyðrun cyning ⁊ ealles angel cynnes ƿitan, ⁊ ealle seo ðeod þe on eastenglum.

   Sequitur Thomæ Cardynall epistola de codice; *Anglice;* dat. Maulden in Essex. 1675.

CLXXVII.

Codex membranaceus, hodie in duo volumina distinctus, in folio majori, constans olim ff. 352, quorum 209—232 hodie desiderantur, sec. xiv. exeuntis, binis columnis exaratus; olim Thomæ Sparchi ex dono Matthæi Piggotti, utrimque mancus.

Ranulphi Higdeni Polychronicon, cum prologo; indice rerum alphabetico præmisso.

Incip. præfatio tabulæ brevis, "Ad subsequentis tabule noticiam considerentur."

Incip. prol. "In historico namque contextu cronographorum diligencia nobis delegato."

Incip. lib. "Julius Cesar divinis humanisque rebus singulariter instructus cum consulatus sui fasces ageret."

Volumen primum comprehendit libros quatuor priores; secundum incipit in verbis sub anno gratiæ 635, "et baptizavit apud Dorcit, id est Dorcestre, assistente tunc ibidem rege Northanhumbriæ Oswaldo ipsius genero; et deficit sub anno 1340 in verbis, [epistolæ scil. Johannis Stratford, ad Edw. III.] "qui comodum proprium sive utilitatem, quam honorem vestrum populive sa"——

Tegmini interiori affixum est fragmentum expositionis in S. Johannis evangelii cap. xix. manu antiqua, sec. scil. xi., exaratæ.

CLXXVIII.

Membranaceus, in folio, ff. 8, annum circiter 1400 exaratus.

Missalis fragmentum, olim ut videtur ad capellam collegii Universitatis pertinentis; Hodie restant modo, quæ sequuntur.

1. Formula benedicendi salem; Exorcismus aquæ, et orationes. fol. 1.
2. Kalendarium, cum monostichis. fol. 2.

   Monost. 1. est,

"Prima dies mensis, et septima truncat ut ensis."

Notantur; ad 26 Mart., "Isto die singulis

annis celebrandus est obitus magistri Walteri Skyrlaw, quondam episcopi Dunelmensis, istius collegii benefactoris precipui, a consociis in collegio pro perpetuo observandus, qui obiit ix. kal. Aprilis, anno Domini m.cccc.vi. et sit missa solempnis cum diacono et subdiacono;" ad 30 April., "Isto die anno Domini m.cccc.lxxvj. erat ista capella dedicata in honore sancti Cuthberti;" ad 22 Maii, "Isto die singulis annis celebrandus est obitus domini Henrici Perci, secundi comitis Northumbrie, istius collegii specialis benefactoris, qui obiit xj. die kal. Junii, anno Domini m.cccc.lv., et pro cujus anima dicatur missa cum diacono et subdiacono."

CLXXIX.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 96, sec. xv.

Manuale Precum, Horas includens B. M. Virginis, Psalmos septem pœnitentiales, Litanias, Placebo, preces psalmosque, qui in libro, vulgo apud nos 'Prymer' dicto, fere inveniuntur; versione *Anglicana* penitus instructum; prævio kalendario.

Incipiunt horæ ad fol. 15, secundum editionem a viro cl. Gulielmo Maskell inter Monumenta Ritualia tom. ii. nuper prolata, qua cum versione minime concordat codex noster; In foliis septem prioribus leguntur, Pater Noster, Symbolum Apostolorum et orationes.

Ad fol. 25 b. legitur commemoratio S. Thomæ Becket, incip. "Crist make us stye yn to that plase that Thomas styed to be;" quæ in editione non invenitur.

Immediate ante officium Defunctorum, sive Placebo, occurrit officium Passionis, sive Lectiones et orationes ad mortem Christi spectantes, quæ in edit. cit. desiderantur.

Desinit editio impressa in fol. 83 b; cui succedunt Psalmus cxix. aliique et orationes.

In calce regula est ad inveniendum Pascha, aliosque festos.

CLXXX.

Membranaceus, in 4to, ff. 23, sec. xiii., olim Thomæ Ailesbury, clerici.

1. Canones evangeliorum quatuor; metrice. f. 1.
Incip.
"A. generat; b. magos vocat, Egiptum petit, exit."
In calce, "Expliciunt canones."
2. Glossa super Cantica Canticorum; fragm. f. 3.
Incip. "Osculeter; Licet modus agendi."
3. Sermo in istud 'Lucerna pedibus meis.' fol. 4.
Incip. "Verbum ut habetur in glossa."
4. Libri Job fragmentum, incip. a cap. vii. ver. 7, ad cap. xii. ver. 12, glossis marginalibus instructum. fol. 5.
Incip. gloss. "Vita hominis dicitur ventus, propter transitus velocitatem."
Sequuntur adversaria varia theologica, scilicet,
a. De cœlo, ex Alpharagio etc. fol. 16 b.
b. Sententiæ ex Hamone, Bernardo, Augustino, aliisque patribus. fol. 17.
c. Glossulæ super epistolas ad Titum, Philemonem, et Hebræos. fol. 20.
5. Catalogus librorum, operum scilicet præcipue SS. Anselmi Augustinique, forsan ad monasterium quoddam pertinentium, annexis eorumdem initiis. fol. 23.

CLXXXI.

Codex membranaceus, in folio, ff. 153, sec. xv. ineuntis; olim, anno scilicet 1491, Henrici Percei de N. postea, anno 1577, Roberti Hedrington; bene exaratus et servatus.

The pilgrimage of the soul, translated from the French [of Guillaume de Guilleville], in six books.

Tit. "Incipit liber qui nuncupatur Grace Dieu."

Beg. "As I lay on a seynt Laurence nyght slepyng in my bed me bifel a ful merveillous dreem."

Ends, "and goodly correctith where that it nedith ought to ayden or withdrawen."

At the end, "Here endeth the dreme of the pilgrimage of the soule translatid out of Frenshe into Englisshe wit somwhat of adiciouns, the ȝeere of oure Lord a m. and cccc. and endid in the vigil of Seynt Bartholmew."

It is the second of 'Les trois Pelerinages' by Guillaume de Guilleville, and was printed in French in 1499.

At fol. 40 b is the note following, now nearly obliterated, "Iste liber pertinet domino Henrico Percei de N. . . . . . . h, ex dono domini

Johannis Renhall predessessoris sui anno domini millesimo cccc.lxxxxi. x. kal. Novemb."

CLXXXII.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 54, sec. xvii. exeuntis.

A catalogue of books, principally French and English, printed about the middle of the seventeenth century, with here and there bibliographical notices annexed, apparently the memorandum book of a bookseller; made in France and England.

At fol. 21 is noted, "There is one Herbert of Camb. who I thinke has writ good divine poems;" and at 35, "8ber. 1660; Books bound in good black leather with blew leaves as Mr. Lockey's librarie; the title on the back a la mode de France and not on the leaves; Those that are not worth binding in leather as heretiques etc. bind in velan." etc. "All the church books, in blew turky leather with guilt leaves and silver claspes." "See Rouen; carry over some excellent images de la rue S. Jacques, Poilly, etc."

CLXXXIII.

Chartaceus, in 4to, ff. 309, sec. xvii.

1. Considerations concerning the spirit of Martin Luther and the originall of the Reformation, [by Abraham Woodhead.] fol. 1.
   Printed in Univ. college, Oxford, 1687.
   Annexed are the sheets furnished to the printer as the 'copy' of the same work.
2. A tract concerning Celibacy, [by the same;] two copies. fol. 198.
   Printed ibid. 1687.
3. A treatise of the first part of Ancient Church Government, [by the same.] fol. 255.
   Printed ibid. 1688.?
   On the cover is written "Success. Clergy." And in another hand, "Approved by Mr. Ward."

CLXXXIV.

Chartaceus, in 4to, ff. 302, sec. xvii.

1. [Four discourses by Abraham Woodhead;] entitled,
   a. Discourse 2d. On Infallibility. fol. 1.
   b. Discourse 3d. Concerning ye obligacion of not professing or acting against our judgment or conscience; and whether the obedience on non-contradiction only or also of assent be due to the decrees of councils. fol. 35.
   c. Discourse 4th. Concerning Triall of Doctrines. fol. 74.
   d. Discourse 5th. Concerning salvation possible to be had in a schismaticall communion, and concerning the danger of living in, and the necessity of departing from a knowne schismaticall communion. fol. 112.
   For an account of these discourses, see A. Wood's Athen. Oxon. ed. Bliss. tom. iii. col. 1163.
2. A discourse on the Eucharist, [by the same, with two Appendixes, the first by Francis Nicholson, fellow, and the second by Obadiah Walker, master, of University.] fol. 149.
   Printed Oxf. 1688.
   Of the first discourse there are two copies both imperfect; as is also the second appendix.
3. [Another treatise by Woodhead, probably his 'Motives to Christian piety;' imperf. the original copy for the printer.] fol. 259.
   The first signature is K 6, begin. "iterated also by S. James, 5, 12, with this caveat, 'least you fall into condemnation.'"

CLXXXV.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 80, sec. xvii.

1. A discourse upon the soul, and the vital spirit, and their connexion with the body, in 12 conclusions. fol. 1.
   Tit. i. "The soule is not onely in its proper visible bodye, but also without it, neither is it circumscribed in an organical bodye."
2. A hundred aphorisms containing the whole body of natural magic, being the key to open that which goeth before and which follows after. fol. 23 b.
3. Of the things necessary for a physician, before he undertake this part of magnetical physic. fol. 34 b.

CLXXXVI.

Chartaceus, in 4to minori, ff. 171, sec. xvii.

[M. T. Ciceronis de Officiis libri tres, ab ano-

nymo quodam in Anglicanum sermonem translati, notisque penitus illustrati.]

In calce legitur, "The turning into English a book of this nature, especially in so loose an age as ours, is a work that will hardly stand in need of an excuse; but ye doing after so eminent a writer as sir R. Lestrange perhaps will hardly admit of any."

CLXXXVII.

Codex chartaceus, in folio, ff. 52, sec. xvii.

The epistle of S. Paul to the Romans, and the first epistle to the Corinthians, *in English*; [this translation differs from the authorized version.]

Beg. "Paul, a servant and by particular calling an apostle of Jesus Christ, ordain'd and set apart for ye gospel of God."

CLXXXVIII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 91, sec. xv., utrimque mutilus.

The Romance of Parthenopex, or Parthenope, count of Blois; in English verse; imperf.

Beg.

"A man to seche the worlde rounde,
Swiche another myght none be
Founde as he was in alle degree."

Ends,

"Of treuth in stabyllnesse they bere the floure,
In hym ys peynted gentylnesse and honoure."

The French original of this Romance was printed by Crapelet in 1834. See an English metrical version by W. S. Rose, 4to. Lond. 1807; also an Essay on the same by G. Roquefort, 1811, and a notice of it in the first volume of the Mémoires de la Société Royale des Antiquaires de France, p. 898.

CATALOGUS

CODICUM MSS.

COLLEGII BALLIOLENSIS.

NOMINA BENEFACTORUM,

QUI COLLEGII BALLIOLENSIS BIBLIOTHECAM CODICIBUS MSS. AMPLIAVERUNT.

Numeri nominibus adfixi Codices denotant, quos quisque donaverit vel legaverit.

ABDY, ROBERTUS, coll. Ball. magister; lxxxi. xcii. clxxxvi.
ASSCHBY, ELIAS DE; cxii.
BAYLY, JOHANNES, coll. Exon. socius; cccxiv.
BELL, ALEXANDER, coll. Ball. socius; ccxxxiv.
BOLE, RICARDUS, coll. Ball. socius, postea archidiac. Eliensis; xxxiv. lxxxiii. lxxxviii. cxxi. cxxiii. cxxvii. clviii. ccxl. cclviii. cclxxxvii. cccx.
BRADON, SIMON, coll. Ball. socius; lxxxix.
BURNELL, WILL.; xlii. ccxii.
CLOTHALE, ROBERTUS; xcix.
COLINGE, RICARDUS, a secretis dom. Camerarii Regis, olim coll. Ball. alumnus; ii.
DOKKES, JOHANNES, coll. Ball. socius; cvi.
DUFFELD, WILLELMUS; xliii.
DUKINS, WILL., coll. Ball. socius; ccxxxix.
FELTON, JOHANNES, eccl. S. Mariæ Magdalenæ Oxon. vicarius; lxxvi.
GASCOIGNE, THOMAS, coll. Oriel.; cxcii. ccxxv. ccxxxv.
GRAY, seu GREY, WILLELMUS, episcopus Eliensis; iii. vi. ix. x. xvi.—xxi. *inclusive*, xxiii. xxiv. xxvi. xxviii. xxxi. xxxii. xxxv. B. xxxvi. xxxix. xli. xliv.—xlvi. xlix. li. lii. lv.—lxx. lxxviii. lxxix. lxxxii. lxxxv. *seq.* xciii. xcvi.—xcviii. c. cii. civ. *seq.* cxiii. cxv. cxxii. cxxv. *seq.* cxxix.—cxxxiii. cxxxv. cxxxvii.—cxl. cxliv. *seq.* cxlvii. *seq.* cli. *seq.* cliv.—clvii. clix.—clxiv. clxvi.—clxx. clxxii.—clxxviii. clxxx.—clxxxv. clxxxviii.—cxc. cxciii. cxcviii.—ccvii. ccix. ccxiii.—ccxviii. ccxxii. ccxxiv. ccxxvi. ccxxix. ccxxxii. ccxxxvi.—ccxxxviii. ccxlii. *seq.* ccxlv. ccxlvii.—ccxlix. cclxii. cclxxv. *seq.* cclxxxi. cclxxxiii. cclxxxvi. cclxxxix. ccxcii. ccxciv. cccvii. cccxii. *seq.* cccxv.
HAMILTON, WILLELMUS; cclxxii. cclxxiii.
HARRIS, JOHN, coll. Ball. socius; ccliv. cccviii. cccix.
HOLBECHE, SIMON DE; ccxxxi.
HOLLAND, GEORGIUS, coll. Ball. socius; i.
LAMBARD, WILLELMUS, coll. Ball. magister; xxxviii.
LEIGH [an THEOPH.]; cclxix. cccxxiii.—cccxxvii.
MALVERNE, JOHANNES, coll. Ball. capellanus; xcv.

CODICES MSS.

CODICES MSS.

COLLEGII BALLIOLENSIS.

I.

Codex Membranaceus, in folio, foliis constans scriptis 392, sec. xiii., binis columnis bene exaratus et servatus; "liber collegii de Balliolo ex dono Georgii Holland, in artibus magistri et quondam socii hujus collegii, anno Domini 1596."

Biblia Sacra, Psalterio excepto, universa, ex editione Vulgata, S. Hieronymi prologis illustrata.

Præmittuntur, a. Ordo legendi evangelia et epistolas per anni circulum; *manu secunda.* b. S. Hieronymi epistola ad Paulinum. c. Ejusdem Prologi in singulos bibliorum libros in unum collecti.

Ad finem annexæ sunt interpretationes nominum Hebraicorum "secundum Ysidorum" [potius Remigium Autissiodorensem?] ordine alphabetico.

II.

Membranaceus, in folio, ff. 523, sec. xiii. exeuntis; binis columnis optime exaratus, et quoad literas initiales figuris et auro bene pictus et ornatus; A. D. 1677 "ex dono Richardi Colinge, armigeri, a secretis domini Camerarii Hospitii domini regis, olim hujus collegii alumni."

Biblia Sacra universa, ex versione Vulgata, S. Hieronymi prologis illustrata.

Testamento Novo succedunt interpretationes nominum Hebraicorum, ut supra.

Sequitur notitia hodie pæne deleta incip. "Memorandum xxii die Julii, A. D. m. cccc. lxxxvi. ego Hugo Lynke, medicus, executor Testamenti, m. . . . Py. hley"——.

III.

Codex membranaceus, in folio, ff. 169, sec. xiii. ineuntis, binis columnis nitide exaratus; ex dono Willelmi Gray, episcopi Eliensis.

1. S. Augustini de cognitione veræ vitæ liber, cum prologo. fol. 2.

   Tit. "Augustinus de cognitione vere vite."

   Exstat impress. inter opera, ed. Bened. tom. v. col. 169.

2. Ejusdem de gaudio electorum et de damnandorum supplicio liber. fol. 15.

   Exstat ibid. tom. vi. App. col. 159.

3. Roberti Kilwarby, sive cujuscumque sit, liber philosophicus de animæ facultatibus, maximum de imaginativa, in quo sæpissime citatur S. Augustinus. fol. 18.

   Incip. "Cum in anima humana supra sensum duplex sit cognitiva."

   Desin. "Et hec ad presens de hac incidentali questione sufficiant."

4. Ejusdem Roberti de divisione scientiarum liber capitulis sexaginta septem comprehensus; prævia capitum tabula. ff. 47–69 b, 72–117.

Incip. "Scientiarum alia est divina, alia humana, divinam dico."

Ult. cap. titulus est, "De artibus magicis brevis sermo secundum Hugonem."

In calce, "Benedicta sit Sancta Trinitas atque indivisa Unitas; confitebimur ei semper."

5. Ejusdem liber de natura relationis, prævio indice capitum 35. ff. 117 b, 130.

Incip. "De predicamento relationis querunt aliqui, que sint res hujus generis."

Desin. "et posteriori in terminis suis; sic Deo Trinitati summe laus."

6. Ejusdem de divisione capitulorum scientiarum, per modum indicis quatuor librorum sententiarum. ff. 146—169 b, 118—129 b, 70, 71.

Incip. "Quod theologia est de rebus et signis."

In calce, "Sit nomen Domini benedictum, ex hoc, nunc, ex usque in seculum, Amen, Amen."

Sequitur tabula arboris consanguinitatis cum expositione [in calce mutil.], incip. "Ad arborem consanguinitatis docendam."

IV.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 138, sec. xii.; binis columnis bene exaratus et servatus.

Origenis Homiliæ plures, interprete S. Hieronymo, scilicet,

1. In Jesum Nave homiliæ xxvi. cum prooemio. fol. 1.

Tit. "Incipit proemium expositionis Origenis in Jesum Naue editum a beato Jeronimo presbitero."

Exstant inter opera, 1733, tom. ii. p. 52.

2. In librum Judicum octo. fol. 42.

Tit. "Incipit expositio Origenis in libro Judicum."

Ibid. tom. ii. p. 458.

3. Homilia de Helcana, et Fenenna, et Anna et Samuel, et Heli, et Ofni et Finees. fol. 53 b.

Ibid. tom. ii. p. 481.

In calce, "Explicit omilia ix. in regnorum."

4. In Esaiam novem. fol. 59 b.

Ibid. tom. iii. p. 106.

5. In Hieremiam quatuordecim. fol. 72 b.

Ibid. tom. iii. p. 125.

6. In Ezechielem quatuordecim, cum S. Hieronymi prologo. fol. 105.

Ibid. tom. iii. p. 353.

Cf. Cod. MS. Merton. IV.

V.

Codex membranaceus, in folio, ff. 228, sec. xiv., binis columnis exaratus, ex dono Gulielmi de Mundham.

1. Index in opera Augustini alphabeticus. fol. 2.

Incip. "Abraham; Quid sit funus ejus; super Gen. ad literam, 12, 63 D."

2. Synopsis et Summa capita Moralium Gregorii. fol. 146.

Incip. "Libris moralium beati Gregorii super Job inveniuntur, quod est, Prefaciones premisse."

3. Index alphabeticus Gregorii Moralium super Job. fol. 174 b.

Incip. "Abel; de innocentia ejus."

4. Index locorum S. Scripturæ in S. Gregorii Moralibus citatorum cum prologo. fol. 209 b.

Incip. "Divina Scriptura quot modis."

Præmissa est codici, "Caucio M. Willelmi de Eton et Will. de Kottylby, exposita in cista de Roubery pro sedecim solidis die commemoracionis animarum."

VI.

Membranaceus, in folio, ff. 336, sec. xii., binis columnis optime exaratus, et quoad literas initiales ornatus; ex dono Willelmi Gray, ep. Eliensis.

S. Augustini super S. Johannis Evangelium homiliæ CXXIV.

Tit. "Incipit evangelium Domini nostri Jhesu Christi secundum Johannem juxta eam translationem, quam beatus Augustinus exponit."

Exstant inter opera, tom. ii. part. ii. col. 289.

In calce, "Aurelii Augustini doctoris eximii Omeliarum liber in Evangelium Domini nostri Jhesu Christi secundum Johannem explicit, quas ipse colloquendo prius ad populum habuit et inter loquendum a notariis excerptas eo quo habitæ sunt ordine, verbum ex verbo postea dictavit; Deo gratias Amen."

VII.

Chartaceus, in 4to, ff. 111, anno 1471 manu

fratris T. Briel, ord. minor. scriptus; ex dono Alexandri Bell; coll. Ball. socii.

Bernardini de Senis, ord. prædicatorum, sermones sexaginta duo.

Tit. "Incipiunt sermones fratris Bernardini .... de ordine fratrum minorum."

Incip. i. "Non enim veni, solumus legere;" ut inter opera, ed. Paris. tom. ii. p. 417.

In calce, "Explicit evangelium eternum beati Bernardini de Senis, ordinis minorum, per manus f. T. Briel, ejusdem ordinis, anno m.cccc.lxxi. pro festo beate Barbare."

VIII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 221, sec. xiii. exeuntis, binis columnis nitide exaratus; olim Joh. Felton, eccl. B. Magdalenæ apud Oxonium vicarii.

1. S. Augustini super Genesim ad literam libri duodecim. fol. 2.

Exstant inter opera, tom. iii. col. 117.

In calce, "Explicit liber Augustini de Genesi ad litteram."

2. Ejusdem Quæstiones octoginta tres. fol. 65 b.

Incip. "Utrum anima a se ipsa sit;" ut inter opp. tom. vi. col. 1.

In calce, "Explicit, Deo gratias."

3. Isidori, episcopi Hispalensis, Etymologiarum libri viginti, præviis auctoris Braulionisque epistolis mutuis. fol. 90.

Exstant inter opera, p. 1.

In calce, "Explicit Ysidorus Ethimologiarum in libris xx. mirabiliter elaboratus."

Scribuntur in pagina sequenti,

"Jhesu Crist my soule bote,
In myn hert thou sette a rote,
Of thy love that ys so sounte,
Crist grante that hyt greuwe mote,
Crimen mortale dum desplicit est veniale;
In nece quisque jacet, dum veniale placet."

Præmissa est notitia, an manu Joh. Felton, "Memorandum, liber iste et alius liber S. Petrus de Salinis super Decreta 2° fol. *Ut ii. Q.* 1. dati erant domui de Balliolo per dom. Johannem Felton, vicarium ecclesie S. Marie Magdalene extra muros Universitatis Oxon. A. D. m.cccc.xx.^{mo} pro quodam libro, 2° fol. *Vulneratur*, in quo continebatur Parysiensis super epistolas Pauli, precii ij. marc. et d. et quar.; dictus dom. Johannes expers et immunis alienacionis illius libri 2° fol. *Vulneratur*, sic domui restituit, pro eo specialiter est orandum."

IX.

Codex membranaceus, in folio, ff. 97, sec. xii. exeuntis, binis columnis bene exaratus, ex dono Willelmi Gray, ep. Eliensis; in calce mutilus.

S. Augustini Hipponensis super Genesim ad litteram libri duodecim.

Tit. qui in margine fol. 2. inferiori quærendus est, "Aurelii Augustini doctoris incipit expositio super Genesim ad litteram."

Exstant inter opera, tom. iii. col. 117.

Defic. in verbis lib. xii. "quid enim faciant oculi non habent cum simile corpus viderint, quid ab alio discernere."

X.

Membranaceus, in folio, ff. 133, sec. xii., binis columnis bene exaratus et servatus; ex dono ejusdem Willelmi.

1. S. Augustini de S. Trinitate libri quindecim, prævia 'Sententia ejusdem de libro Retractationum et epistola ad Aurelium.' fol. 2.

Tit. "Aurelii Augustini doctoris de Trinitate liber primus incipit."

Exstant impress. inter opera, tom. viii. col. 749.

Lib. xv. succedit S. Augustini oratio, et ad calcem, "Aurelii Augustini doctoris de Trinitate xv. libri expliciunt feliciter."

2. Anitii M. S. Boethii de S. Trinitate liber ad Symmachum. fol. 113 b.

Exstat impress. in calce lib. de Consolatione Philosophiæ, ed. Lugd. 1656, p. 147.

3. Ejusdem, 'Quomodo substantiæ in eo quod sint, bonæ sint,' etc. ad eundem. fol. 116 b.

Exstat ibid. p. 166.

4. Ejusdem confessio fidei. fol. 117 b.

Ibid. p. 172.

In calce, "Anitii Manlii Severini Boetii liber explicit de Trinitate."

5. Ejusdem Boethii liber contra Eutychen et Nestorium. fol. 119 b.

Ibid. p. 183.

Sequitur de xxvii. variis carminum generibus quæ a Boethio in libris de Consolatione Philosophiæ usurpantur, incip. "Quinque libros."

6. Orthodoxi contra Luciferianum disputatio a B. Hieronymo translata. fol. 126.

Incip. "Proxime accidit ut quidam Luciferi;" inter opp. tom. ii. col. 171.

In calce carmen est de transubstantiatione, versibus sedecim comprehensum, incip.

"Constat in altari carmen de pane creari,
Qui negat hoc reus est iste cibus Deus est,
Panis mutatur, specie remanente priore,
Et non est talis, qualis sentitur in ore."

In fine codicis inseruit bibliopegus Missalis fragmentum hymnos exhibentis ad officia S. Clementis, S. Ceciliæ, etc. notis musicalibus instructos.

XI.

Codex membranaceus, in folio, ff. 323, sec. xiv. ineuntis, haud una manu nec eodem tempore exaratus; olim liber .... quem emit a magistro Willelmo Tayntrell, anno Domini, m.cccc.vi. pro ....

1. Britonis, ord. Cisterc. Dictionarium alphabeticum de scriptis sanctorum Patrum. fol. 4.

Præmittitur prologus metricus, incip.

"Difficiles studeo partes quas biblia gestat
Pandere sed nec ... latebras nisi qui manifestat."

Incip. dict. "A littera sicut dicit Isidorus."

In calce epilogus est metricus, incip.

"Hic ego Doctorum compegi scripta sacrorum," quem una cum prologo evulgavit Bandinius in catalog. Codd. Latt. tom. iv. col. 213.

2. Petri Comestoris Historia Scholastica, prævia epistola ad Willelmum archiep. Senonensem, necnon tabula capitulorum. fol. 122 b.

Tit. "Incipit historia scolastica."

In calce, "Explicit historia Actuum Apostolorum secundum magistrum Comestorem."

In utroque fine legitur fragmentum codicis Justiniani, sed ex MStis diversis, secc. scil. xii. exeuntis, et xiii.

XII.

Membranaceus, in folio majori, bene exaratus sed mutilus, literis scilicit initialibus excisis; ex dono W. Gray, ep. Eliensis.

1. Josephi Antiquitatum Judaicarum libri viginti.

2. Ejusdem de bello Judaico libri septem. [Hodie desideratur.]

XIII.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 73, sec. xii, bene exaratus et servatus, olim liber S. Mariæ de Humbrestein.

1. S. Gregorii papæ I. cognomento Magni, expositio in Cantica Canticorum. fol. 1.

Tit. 'Incipiunt Cantica Canticorum."

Exstat inter opera, tom. iii. col. 397.

2. Sermo in istud, 'Venite ad me omnes qui laborati et onerati estis.' fol. 63 b.

Incip. "Audite, fratres karissimi, quantum."

3. Sermo in istud, 'Cum exiret Jepte ad pugnam,' de septem peccatis mortalibus. f. 64 b.

Incip. "Si fuero in pace."

4. Sermo in istud, 'Simile, etc. qui seminavit bonum semen in agro suo.' fol. 72.

Incip. "Dominus Jesus Christus, fratres karissimi, inter homines habitans."

In fol. 1. "Hic est liber Sancte Marie de Humbrestein; Si quis enim absportaverit vel furatus fuerit, anathema sit."

XIV.

Membranaceus, in folio minori, ff. 236, sec. xv. ineuntis, binis columnis nitide exaratus; ex dono Will. Rede, vicarii B. M. Magdalenæ, in Oxon. [postea ep. Cicestrensis.]

1. Hugonis de S. Caro Viennensis super B. Johannis Apocalypsim commentarius, cum prologo. fol. 3.

Incip. "Vidit Jacob scalam etc. Liber iste;" ut in edit. impress. part. vi. f. 334 b.

2. S. Gregorii Magni super Ezechielem libri duo, homilias viginti comprehendentes, prævio ad Maximianum episcopum prologo. fol. 122.

Exstant inter opera, tom. i. col. 1173.

In calce, "Explicit Gregorius super Ezechielem," cui succedit tabula alphabetica.

Præmittitur codici, "Istum librum legavit magister Willelmus Rede quondam vicarius

perpetuus ecclesie Sancte Magdalene in Oxonia perpetuo cathenandum in libraria communi collegii de Balliolo, A. D. m. cccc. lxviii."

XV.

Codex membranaceus, in folio, ff. 324, sec. xiii. ineuntis, binis columnis nitide exaratus.

S. Gregorii Magni Expositiones sive Moralium super Job pars secunda, incipiens a fine libri xiv.

Incip. in verbis, "Surget, unde queso te bene Job subjunge que sentis et hujus nobis questionis scrupulum tolle;" ut inter opera, tom. ii. col. 305.

Sequitur in pagina proxima titulus, "Moralia beati Gregorii super Job. Incipit liber quintus decimus."

In calce, "Finita sunt moralia beati Gregorii pape per contemplationem sumpta in librum Job."

XVI.

Membranaceus, in folio majori, ff. 195, sec. xv. ineuntis, binis columnis nitide exaratus; ex dono Will. Gray, ep. Eliensis.

Hugonis de S. Caro, Viennensis, expositio super Ezechielem prophetam, prævio prologo; initio mutil.

Incip. "——ta in Jerico et nectitur a quo facta fuerit, dicit ergo sed et;" ut in edit. impress. part. iv. fol. 134 b. l. 40.

In calce, "Expliciunt postille secundum magistrum Hugonem de Vyenna super Ezechielem prophetam; Et qui scribi fecit sit benedictus in secula seculorum; Amen."

XVII.

Membranaceus, in folio majori, ff. 142, sec. xv. ineuntis, eodem tempore et scriba ac codex præcedens exaratus; ex dono episcopi ejusdem.

Hugonis de S. Caro, Viennensis, expositio super Hieremiam prophetam, cum prologo præmisso.

Incip. prol. "Apoc. ix. Vidi et audivi, etc. in quo innuitur modus agendi esse facilis et manifestus;" ut in edit. part. iv.

Paginæ primæ depicta est margo et aurata, exhibens in initiali litera in scuto coccineo infra oram auream et striatam leonem erectum aureum.

In calce, "Finito libro sit laus et gloria Christo."

XVIII.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 236, sec. xv., binis columnis nitide exaratus, ex dono ejusdem Willelmi.

Hugonis de S. Caro, Viennensis, expositio sive Postillæ super Octateuchum, prævio cuique libro prologo.

Incip. prol. Genes. i. "Principium verborum tuorum veritas. Deus pater immo et operum scriptum est."

Incip. prol. ii. "Desiderii post primum prohemium quidem potest dici."

Incip. postil. "In principio; agit Moyses in hoc libro de primordiali rerum creacione;" ut in edit. impress. part. i. fol. 6 b.

Ad finem prologi in Josuam primi, sunt versus incip.

"———tres præcipuos bis quinque prophetas,
Hebreus reliquis tentet præcellere libris."

Explicit gloss in Ruth, "et alciora disputare sicut Apostolus fecit; Explicit: Finito libro sit laus et gloria Christo."

XIX.

Membranaceus, in folio, ff. 202, sec. xv., binis columnis bene exaratus; ex dono ejusdem Willelmi.

Anonymi cujusdam, an Johannis de Whethamstede, sive Loco-Frumenti, in Canticum Canticorum commentarius, cum prologo.

Incip. prol. "Salomon convenire principio libri quia incipit a signo pacis, id est, osculo, simulque adverte solum."

Incip. text., "Osculetur; Sicut dicit B. Bernardus."

Desin. "de articulo notabili in prima et secunda et tercia exposicione aliquid pertractatur."

Sequitur index alphabeticus incip. "Accubitus Christi multiplex."

In fol. 1. legitur, "primo disco borialis partis. Vide in libraria S. Albani, an hoc sit opus Whethamstede."

XX.

Codex membranaceus, in folio, ff. 179, sec. xiii., binis columnis bene exaratus et servatus; ex dono ejusdem Willelmi.

Stephani Langton, archiep. Cantuar. expositio super librum Ecclesiasticum.

Tit. "Expositio super Ecclesiasticum secundum magistrum Stephanum, Cantuariensem archiepiscopum."

Incip. "Hoc nomen, Ecclesiastes, interpretatur concionator et refertur ille liber Salomonis ad Deum."

Desin. "Significatur autem per tumulum sabuli congregatio peccatorum."

XXI.

Membranaceus, in folio, ff. 102, sec. xv. ineuntis; binis columnis exaratus; ex dono ejusdem Willelmi.

1. Henrici, [Lexinton?] episcopi Lincolniensis, expositio super Cantica Canticorum, cum introductione. fol. 1.

   Incip. introd. "In funiculis Adam traham, etc. Rationalis anime perfectio consistit in conjunctione."

   Incip. expos. "Osculetur me; Liber iste, qui est de conjunctione Christi et ecclesie."

   Desin. "et dans Deo gloriam de jumentis."

   Præmittitur index totius codicis alphabeticus.

2. Collationes et divisiones in eundem librum. fol. 68.

   Incip. "In die quando alloquenda. Nota quod dies quandoque sumitur causaliter, et hoc modo lux."

3. Expositio abbreviata super Cantica, cum prologo. fol. 76.

   Incip. prol. "Ecce Ego lætabo, etc. Sicut dicit egregius doctor Augustinus."

   Incip. expos. "Osculetur; Hic incipit tractatus de conjunctione Christi et ecclesie."

4. Explanatio super Cantica Canticorum secundum dominum Thomam, abbatem S. Andreæ Vercellensis, cum prologo. fol. 88 b.

   Incip. prol. "Jeremie nono; In hoc glorietur; etc. Duplex hic designatur Dei cognitio."

   Incip. lib. "Osculetur; Nunc tertio Cantica in scriptis exponens nec premissas."

   Desin. "in quo perpetuo perseverat."

   In calce, "Explicit exposicio Thome, abbatis Vercellensis, super Cantica Canticorum."

XXII.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 173, sec. xiii. ineuntis, binis columnis nitide exaratus; ex dono M. Roberti Roke, quondam socii.

1. Expositio in duodecim Prophetas minores, [auctore Alberto Magno, seu Steph. Layte?] cum prologo. fol. 1.

   Incip. prol. "Ossa duodecim prophetarum pullulant de loco suo; nam corroboraverunt Jacob;" ut inter Alberti opera, tom. viii. part. iv.

   Incip. text. "Perlecta littera cum glosis."

   Desin. in Malach., "set sedebit Jerusalem secura."

2. Allegoriæ nonnullæ de statu hominis; etc. fol. 163 b.

   Incip. "Rex dives et prepotens Deus omnipotens filium sibi fecit heredem, quem creant."

3. Tractatus metricus dict. 'Pœniteas cito' cum expositione, in quo agitur de pœnitentia, confessione,' etc. fol. 167 b.

   Incip. text.

   "Peniteas cito peccator, cum sit miserator."

   Incip. expos. "Spes venie; Ne desperet sicut Chain."

   Desin. in versibus dialogum exponentibus incip.

   "Non sis occisor, fur, mœchus, testis iniquus,
   Vicinique thorum, resque caveto suas."

XXIII.

Membranaceus, in folio majori, ff. 146, sec. xii. exeuntis; binis columnis bene exaratus; ex dono Will. Gray, ep. Eliensis.

Petri Cantoris Parisiensis expositio super libros SS. Scripturarum, qui sequuntur, scilicet,

1. In Numeros. fol. 2.

   Tit. "Incipit prologus M. Petri Cantoris super Numeri."

   Incip. "Multiplicabo semen tuum; Secundum littere superficiem videtur Habrahe."

2. Super Deuteronomium. fol. 58 b.

Incip. "Fasciculus mirre; In mirra tria solent notari."

3. In librum Josuæ, prævio S. Hieronymi prologo in librum Josuæ et Judicum et Ruth. f. 111.

Incip. prol. Petri, "Liber iste a nomine censetur auctoris, qui et Jhesus dictus est."

Incip. expos. "Factum est; Factum est; Mistice post mortem legis, sacrificiis."

4. Super librum Judicum. fol. 126.

Incip. prol. "Primo in Genesi exigentibus."

Incip. expos. "Post mortem Josue; Scientes quod dictum est. Ideo filii Israel."

5. In librum Ruth. fol. 141 b.

Incip. prol. "Sicut in testa parva."

Incip. expos. "In diebus; Hic secundum Hebreos fuit Booz."

In calce, "Explicit expositio magistri Petri Cantoris Parisiensis super Ruth," cui succedit tabula Evangelia Epistolasque exhibens pro Dominicis per annum, ex adverso notatis concionibus SS. Patrum Ambrosii, etc. in easdem.

In calce, "Caucio M. Willelmi Collyng exposita in cista de Burnell, pro xix. s. iij. d. in festo Santi Gregorii anno Domini, m. cccc. xxxij. et luat M. Thomas Chase."

XXIV.

Codex membranaceus, in folio, ff. 264, sec. xii. exeuntis, binis columnis bene exaratus et servatus; ex dono ejusdem episcopi.

Johannis Fordensis, sive de Forda, ord. Cisterciensis, expositio super partem Cantici Canticorum extremam, sermonibus centum et viginti comprehensa, prævio prologo.

Tit. prol. "Incipit prologus dompni Johannis venerabilis abbatis de Forda super extremam partem Cantici Canticorum, ab eo loco, Dilectus meus candidus et rubicundus usque in finem."

Incip. "Si quis me temeritatis."

Præcedit tabula capitulorum locupletissima.

Tit. serm. i. "Quam sollicite sponsa sponsum et quibus in locis querere soleat, et quomodo cum non invenerit effecta sit languida."

Incip. "Adjuro vos filie Jerusalem."

Desin. ult. "quia Tu ipse es sponsus ecclesie, gloria Sanctorum, laus spirituum beatorum, qui cum eodem Patre et Spiritu Sancto;" etc.

In calce, "Explicit sermo centesimus vicesimus dompni Johannis abbatis venerabilis de Forda, ordinis Cisterciensis, super extremam partem Cantici Canticorum."

"Finito libro sit laus et gloria Christo."

XXV.

Codex membranaceus, in folio, ff. 257, sec. xv., binis columnis bene exaratus, ex dono et legato M. Nicolai Saxton, quondam coll. Ball. socii.

Petri de Harentalis, eccl. Floreffiensis prioris, ord. Præmonstrat. expositio sive collectarius super Psalterium, ex SS. Patrum variorum scriptis collecta, cum prologo ad Johannem de Arkel, 'dudum Trajectensis ecclesie nunc vero Leodiensis episcopum.'

Incip. prol. "Pater carissime, cum ratio."

Incip. gloss. "Beatus vir; Psalterium est quasi magna domus, que habet plures cubiculos."

Desin. "intelligere et intellectis humiliter obedire, ad laudem;" etc.

In calce, "Explicit collectarius super librum Psalmorum collectus per fratrem Petrum de Harentalis canonicum et priorem Floreffiensem, Premonstratensis ordinis, ad opus reverendi patris Johannis de Arkel quondam Trajectensis postea Leodiensis episcopi, anno 1374 die x. mensis Januarii."

XXVI.

Membranaceus, in folio minori, ff. 203, sec. xv. ineuntis, nitide exaratus; ex dono Will. Gray, ep. Eliensis.

1. Roberti Holcot, sive Holkoth, Postilla super Prophetarum xii. minorum libros, cum prologo. fol. 1.

Incip. prol. "Verbum Domini; etc. Liber xij. prophetarum in xij. partes principaliter est divisus."

Incip. lib. "Incipit tractatus et dividitur in quinque partes, primo ponuntur divina precepta."

Inter ff. 136 et 139 exciderunt folia duo; et desin. ult. in verbis, "in futuro ad quam nos perducat, etc. Amen; Amen; Amen; Deo gratias."

Sequitur 'Tabula super postillam Holkote' alphabetica.

2. S. Augustini opuscula varia; scilicet,

a. Quod Deus laudandus est in lingua et opere. fol. 189.

Incip. "Resurrectio et clarificatio."

b. De divinatione dæmonum. fol. 190.

Incip. "Ver idem tempus;" ut inter opp. tom. vi. col. 505.

c. De natura et voluntate. fol. 194.

Incip. "Spiritus creatus."

d. De castitate mulierum. fol. 194 b.

Incip. "Nemo dicat;" ibid. tom. v. app. col. 488.

e. De virginitate. fol. 196.

Incip. "Non solum predicanda."

3. Hugonis de S. Victore tractatus de laude caritatis. fol. 200 b.

Incip. "Octavo Canticorum, Fortis est."

Cf. edit. Mogunt. tom. ii. p. 150.

In calce, "Sit laus Deo; Amen; Amen."

XXVII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 382, sec. xiv. exeuntis, binis columnis exaratus; ex legato Roberti Thwaits, quondam coll. Ball. magistri, ac decani de Aukland.

1. Roberti Holcote super Sapientiam Salomonis expositio, in capita CCXI. distincta, cum prologo, et indice annexo. fol. 2.

Incip. "Dominus petra; etc. Artes et scientie humanis studiis adinvente."

Exstat impress. Venet. 1509 et alibi.

In margine notantur auctorum nomina, qui in opere citantur.

2. Lectura Willelmi Deincourt super Ecclesiastem. fol. 316.

Incip. "Vanitati creatura; Hugo libro 4 super Ecclesiaste circa medium dicit sic."

Desin. "et scrutari credenda sunt; aut quod poterit, etc."

XXVIII.

Membranaceus, in folio majori, ff. 257, sec. xv.; anno scilicet 1442 manu Tielmanni, filii Reyneri Almanni, binis columnis exaratus; ex dono Will. ep. Eliensis.

Thomæ Dockyng, sive Dokkyng, Minoritæ, expositio super librum Deuteronomii.

Incip. "Legitur Exod. 26 quod Dominus jussit fieri in introitu tabernaculi ij. columpnas lignorum."

Desin. "Hebreorum caracteres fuerint."

In calce, "Finitur per manus Tielmanni, filii Reyneri, Almanni, oriundi in monte Sancte Gertrudis in Hollandia, anno Domini m°. cccc°. xlij°. in profesto Sancte Gertrudis."

In initio et fine voluminis folia sunt pauca rejectitia, de vanitate humanæ vitæ, etc.

XXIX.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 161, sec. xv., binis columnis exaratus; mutilus.

Thomæ Dockyng Minoritæ in Isaiam prophetam commentarius.

Incip. in verbis, "——rupte eo quod non erant immediate a fonte hanc corrupcionem volens emendare."

Incip. comment. in vers. ii. "Audite celi, etc. Jeronimus in principio voluminis."

Desin. in cap. 25. "et adhuc mirabilius fructus ex ligno creat."

Sequitur, notatum in margine, "Hic hujus operis via habetur medium."

XXX.

Membranaceus, in folio majori, ff. 406, sec. xv., binis columnis nitide exaratus; sed utrimque mutilus.

Thomæ Dokkyng super epistolas S. Pauli expositio.

Incip. in verbis ep. ad Galat. cap. iv. "—tres portantes ymaginem et similitudinem ejus."

Desin. ead. Epist. "sed mistica religione."

Incip. ep. ad Ephes. "Ephesii sunt Asiani; Epistole Pauli ad Ephesios premittitur argumentum."

In calce ejusd. ep. "Explicit lectura H. M. et d. Dockyng super Epistolam ad Ephesios."

Epistolæ fere omnes aliæ subscriptæ sunt, "secundum venerabilem doctorem Thomam Dockyng."

Incip. ep. ad Hebræos; "Multipharie; Incipit epistola ad Hebreos, circa cujus inicium."

Defic. in verbis expos. super cap. xi. "fellis est caprina collo pendens percuncta"——

XXXI.

Codex membranaceus, in folio, ff. 189, sec. xv., binis columnis exaratus; ex dono Willelmi Gray, ep. Eliensis.

1. Epistolæ canonicæ glossatæ ex glossis Sanctorum Patrum, quorum nomina minio subsignantur, secundum fratrem Augustinum Triumphum fratrem de Ancona, ord. S. Augustini. fol. 2.

Incip. i. "In persone singularitate."

Desin. ult. "tabernacula voravit."

In calce, "Explicit canonica Jude;" et deinde, "Expliciunt epistole canonice glosate glosis Sanctorum secundum fratrem Augustinum de Ancona, ord. fratris heremitarum Sancti Augustini, Deo gracias, Amen, Amen, Amen."

Succedunt "tituli dubitacionum super ipsas canonicas glosatas secundum predictum fratrem Augustinum."

Litera quæque initialis picta est.

2. S. Johannis Apocalypsis glossata ex glossis Sanctorum secundum eundem Augustinum de Ancona. fol. 73.

Incip. "Beati Johannis Evangeliste doctrine sinceritatem utilitate atque claritate."

Desin. "pro sua pietate dignetur perducere, Qui cum Patre," etc.

Sequuntur tituli dubitationum, quibus succedit colophon, "Expliciunt tituli dubitacionum supra Apocalipsim secundum fratrem Augustinum de Ancona, ordinis fratrum heremitarum Sancti Augustini, anno completo 1432, 14 Marcii, Deo laus."

XXXII.

Membranaceus, in folio, ff. 409, sec. xii. exeuntis; ex dono Will. ep. Eliensis.

1. S. Augustini commentarius in librum Psalmorum usque ad finem Ps. 109; cum prologo. f. 2.

Tit. "Incipit prologus Aurelii Augustini in libro Psalmorum."

Desin. in verbis, "laqueus contritus est et nos liberati sumus."

Sequitur ad fol. 281 Petri Cantoris prologus in Psalmos, incip. "Flebat Johannes," postea vero revertitur glossa ad Ps. 110, "Tytulus hujus psalmi patet, qui est psalmus David;" et continuatur ad finem Psalterii.

Desin. "Tanquam duo parietes. Finito libro sit laus et gloria Christo."

2. Petri Cantoris Parisiensis glossa in Ps. xcv. fol. 390.

Incip. "*Venite;* Laus Cantici ipsi David."

3. Ejusdem in istud, 'Signatum est.' fol. 391.

Incip. "Ad questionem secularium."

4. Ejusdem in Ps. xcvi. et xcvii. fol. 392.

Incip. "Psalmus David, quando domus."

5. Ejusdem Ratio quinquagenarum. fol. 394.

Incip. "*Omnis spiritus;* angelicus et humanus; *laudet Dominum;* qui non nisi spiritualiter."

6. Ejusdem in istud Ps. lxxvi., 'Notus.' f. 394 b.

Incip. "*Notus;* In finem et in carminibus, canticum Asaph; psalmus ad Assirios."

7. Ejusdem in istud 'Voce,' Ps. lxxvii. fol. 395 b.

Incip. "In finem psalmus Asaph pro Idithun."

8. Cantica Sacra, cum glossis marginalibus interlinearibusque. fol. 398.

Incip. "*Confitebor tibi;* Prophetaverat Ysaias."

9. Symbolum Athanasianum, cum commento Brunonis Herbipolensis. fol. 406 b.

Incip. gloss. "Hic beatus Atanasius suis liberum."

Sequitur, *manu altera*, glossa in istud, "Benedicite omnia opera Domini; Ad aliam significationem dici per accusaturum."

XXXIII.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 353, sec. xiv. exeuntis, binis columnis bene exaratus; ex legato M. Johannis Waltham, subdecani eccl. Ebor. quondam coll. Ball. socii.

Gulielmi Notingham, sive Snotingham, de concordia Evangelistarum, sive commentariorum super evangelia libri xii.

Incip. "Da mihi intellectum et scrutabor, etc. Dionysius de divinis nominibus capitulo 3° dicit."

Desin. "ad dona sempiterna pervenire, que Dominus ipse promisit, Ipso adjuvante;" etc.

In calce,

"Hic postillatus evangelicus liber iste,
Est consummatus. Sit laus et honor tibi Christe,
Scriptoremque tibi fac hujus vivere gratum,
Ac William N. cui scribitur, esse beatum."

Sequitur *man. antiq.* "Iste Notyngham fuit canonicus secularis et precentor Eboracensis ecclesie," *et manu altera*, "postea factus est frater ordinis Sancti Francisci."

Sequitur notitia de cautione exposita in cista de Rathbery pro quinque marcis vii. solidis, A. D. 1418 "et luat Sarton."

Præmissa est codici in fol. rejectitio, 'Admonitio S. Augustini, quam bonum sit lectionem divinam legere,' etc. incip. "Propitio Christo, fratres."

XXXIV.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 253, anno 1461 manu T. Werken Londini nitide exaratus, ex dono Ricardi Bole, archidiac. Eliensis, olim coll. Ball. socii; initio mutilus.

Thomæ Ringstede, Dominicani, expositio super Parabolas Salomonis, lectionibus comprehensa octoginta tribus.

Incip. in verbis expos. in cap. i. "——arbore viridi; unde qui in sapientia morabitur et qui in justicia."

Desin. "ex tempore natus filios Dei congregavit in unum, etc."

In calce, "Postilla Thome Ringestede, Anglici, super proverbia Salomonis, ordinis Prædicatorum, sacræ paginæ professoris, scripta London. 1461, 28 Febr. T. Werken."

Tempore vir. cl. Gerardi Langbainii, qui catalogum hujus bibliothecæ compilavit amplissimum, integer fuit codex iste et incepit, "Parabolæ Salomonis; Circa principium hujus libri."

XXXV. A.

Membranaceus, in folio majori, ff. 248, sec. xiii. ineuntis, binis columnis bene exaratus, anno 1277 peculium S. Mariæ de Buldewas, ex legato Walteri de Bruge dict. le Paumer; postea coll. Ball. ex legato Rob. Thwaites, quondam magistri, et decani Aukland.

Glossa ordinaria super Psalterium, ex SS. Patribus, quorum nomina in margine colore vario distincta sunt, collecta.

Incip. procem. "Cum omnes prophetas Spiritus Sancti revelatione constat esse locutos."

Incip. gloss. "Beatus; Cui omnia optata succedunt; *vir;* scilicet contra prospera."

Defic. in gloss. super Ps. 147, vers. 9, "*pullis corvorum;* id est, filiis paga"——.

In pag. 1 fol. 3 legitur "Liber Sancte Marie de Buldewas, quem magister Walterus de Bruge dictus le Paumer legavit eidem domui anno Domini m. cc. lxx. vij. tempore fratris Willelmi Tyrry, tunc abbatis loci ejusdem; qui, communi assensu conventus sui interveniente, sententiam excommunicationis in omnes ipsius alienatores vel ejus alienationis fautores solempniter fulminavit."

In pag. præcedenti liber dicitur fuisse donum Will. Gray, cum Rob. Thwaites fere contemporanei.

XXXV. B.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 167, anno 1443 manu Tielmanni, filii Reyneri de monte S. Gertrudis, binis columnis nitide exaratus; initio mutilus; ex dono Will. Gray, ep. Eliensis.

Roberti Grostete, ep. Lincolniensis, Moralitates super Evangelia quatuor, in partes totidem distinctæ, cum indice capitulorum subjuncto.

Incip. in verbis, "——quid fecerunt alia verba autem predictis nisi ex justa causa percesserunt."

Desin. "ut cum Christo ascendere possimus, quod nobis præstare dignetur, Qui cum Patre," etc.

Sequuntur capitula cujusque partis, et ad calcem, "Ego Tielmannus filius Reyneri de monte Sancte Gertrudis oriundus finivi hunc librum anno Domini m°. cccc°. xliij°. iij°. die Aprilis."

XXXVI.

Membranaceus, in folio minori, ff. 144, sec. xii., binis columnis bene exaratus et servatus; ex dono ejusdem Will. Gray.

Gilberti Porretani, episcopi Pictaviensis, glossæ super Psalterium, cum prologo.

Incip. prol. "Christus integer caput cum membris est materia hujus libri de qua agit propheta hoc modo."

Incip. lib. "Beatus vir; Huic psalmo non est ausus Esdras apponere titulum."

Desin. "istam armoniam spiritualiter volens intelligi ita conclusit, Omnis spiritus laudet Dominum."

In calce, "Explicit glosatura magistri Giliberti Porretani super Psalterium quam ipse recitavit coram suo magistro Anselmo, terra Emerederonis?"

XXXVII.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 274, sec. xv., ex dono Roberti Roke, quondam coll. Ball. socii.

Odonis [Cantuariensis] super Psalterium expositio in libros quatuor secundum virtutes totidem cardinales, Justitiam scilicet, Fortitudinem, Prudentiam et Temperantiam divisa; folio hic illic a nebulone quodam exciso.

Incip. "Beatus vir; Sciendum quod intencio psalmorum est facere homines virtuosos; quia igitur iste psalmus."

Desin. ult. imperf. "temperancia a sinistris fortitudo ne succumbat. Ruminacionem"——.

Sequitur index distinctionum, moralium et rerum alphabeticus; et auctoritates Sanctorum Patrum.

XXXVIII.

Membranaceus, in 4to, ff. 217, sec. xiii. exeuntis, binis columnis exaratus; ex dono M. Will. Lambard, coll. Ball. olim magistri, "quem magister Robertus Roke alienatum iterum procuravit et redemit."

1. Odonis Cantuariensis sermones septuaginta novem in Evangelia Dominicalia, ista præcipue ad vitam Domini spectantia. fol. 1.

Incip. i. "In die illa erit fons patens; Ardorem desiderii patrum antiquorum desiderancium Christi in cruce presentiam."

Desin. ult. imperf. "sunt dolores membrorum. Omnia autem flagicia"——.

2. Sermones xxix. breves vitæ ordinem Domini nostri exhibentes. fol. 83.

Incip. "Cum appropinquasset Dominus, etc. Erudit nos sapientia Dei patris in accessu suo ad terrestrem Jerusalem;" [in edit. Paris. 1520?]

Desin. "dimidium miliare complent."

3. Expositio passionis Domini nostri Jhesu Christi secundum magistrum Odonem ad laudem ipsius, qui est alpha et ω; fol. 94.

Incip. cum sermone in istud, "Vexilla regis prodeunt, etc. Comfortamini filii Benjamin."

Incip. tract. "Appropinquavit autem dies festus; Augustinus dicit quod Pascha est Hebrehum et sonat transitum."

Desin. "et confitemur, Dominus noster Jhesus Christus, Qui cum Patre, Spiritu Sancto;" etc.

4. Ejusdem Odonis sermones viginti septem super Evangelia Sanctorum. fol. 122.

Incip. "Assumpsit Jhesus Petrum; In transfiguratione Domini sex erant persone presentes, Ipse Christus de celo."

Desin. "quiescere valeamus, Salvator mundi, Qui cum Patre;" etc.

In calce, "Expliciunt evangelia sanctorum secundum magistrum O, ad laudem Istius Qui est alpha et ω."

Sequitur index sermonum primæ partis voluminis.

XXXIX.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 131, sec. xiii. ineuntis, binis columnis bene exaratus; ex dono Will. ep. Eliensis.

Alexandri Neckham, sive Nequam, expositionis super Cantica Canticorum volumen primum, tres priores libros complectens.

Incip. procem. "Humilitas vera dignitates feliciter adauget."

Incip. prol. "Ortus deliciarum paradisi."

Incip. lib. i. "In principio creavit Deus; Domine, puteus sacre scripture altus est."

Desin. "revertatur ad nos velociter, quod nobis prestare dignetur, Qui est benedictus in secula, Amen."

In calce, "Explicit liber tertius magistri Alexandri Nequam super Cantica Canticorum."

XL.

Membranaceus, in folio, ff. 118, sec. xiii. ineuntis, binis columnis bene exaratus; ex dono forsan ejusdem episcopi; initio mutilus.

Alexandri Neckham Expositionis super Cantica Canticorum volumen alterum, tres libros posteriores comprehendens.

Incip. in verbis expos. super lib. iv. cap. 4, "istius de igne tribulationum et persecutionum; ascendit sicut virgula fumi."

Desin. "misericordie mater intercedas ad Dominum nostrum Jhesum Christum, filium tuum;" etc.

In calce legitur, "Caucio M. Thomæ Chace exposita in cista Turbevyle in festo S. Joh. ante port. Lat. 1425, et habet suppletam unam feciam argenti ponderis, i. uncie et dimidii in cujus fundo scribitur rota Sancte Katerine, et jacet pro xxvj.[s]. viij.[d]."

XLI.

Codex membranaceus, in folio, ff. 166, sec. xiii. exeuntis, binis columnis exaratus, ex dono Will. ep. Eliensis.

S. Thomæ Aquinatis Summæ Theologiæ pars prima.

Tit. "Incipit prima pars summe theologie copillata per Sanctum Thomam de Aquino ordinis prædicatorum."

In calce, "Explicit prima pars summe Theologie edite a venerabili fratre Thoma de Aquino, ordinis Predicatorum."

Sequitur tabula quæstionum.

XLII.

Membranaceus, in folio, ff. 191, sec. xiv. ineuntis, binis columnis exaratus; ex legato W. Burnell, "perditus et recuperatus per venerabilem dom. ep. Eliensem."

S. Thomæ Aquinatis pars prima secundæ partis Summæ Theologiæ, prævia capitulorum tabula.

Tit. capp. "Incipiunt capitula prime partis secundi libri Summe edite a fratre Thoma de Aquino, ordinis fratrum Predicatorum."

In calce, "Explicit prima pars secunde partis fratris Thome," etc.

In pagina prima "Caucio communitatis exposita in cista inferiori per Kirvessal pro sex solidis et sex . . . que quidem caucio tradebatur dicto Kirvessal a communitate ad exponendum pro qrs quas expendebat communitas in septimana in qua fuit festum Ramis Palmarum et dicta communitas d . . luet."

XLIII.

Membranaceus, in folio, ff. 334, sec. xiv. ineuntis, binis columnis exaratus; ex legato M. Willelmi Duffeld, 'ad instanciam M. Willelmi Moreton, coll. Ball. quondam socii, anno regni Henrici Sexti 31.'

S. Thomæ de Aquino pars secunda secundæ partis Summæ Theologiæ.

Tit. i. "Contumacio libri precedentis ad subsequentem."

Præcedit capitulorum tabula, sub titulo "Incipiunt capitula secunde partis secundi libri summe edite a fratre Thoma de Aquino," cui subjicitur, "Explicit ordo et signatio questionum secundi libri secunde partis fratris Thome de Aquino, benedictus Deus; Amen."

XLIV.

Codex membranaceus, in folio, ff. 238, sec. xiv. ineuntis, binis columnis bene exaratus; ex dono Will. ep. Eliensis.

S. Thomæ de Aquino Summæ Theologiæ pars tertia.

In fine occurrit versus iste,

"Hic moritur Thomas, O Mors, quam sis maledicta."

Sequitur Quæstionum tabula, quæ sic concluditur, "Moritur Thomas, O!"

XLV.

Membranaceus, in folio, ff. 250, sec. xiv. ineuntis, binis columnis bene exaratus, ex dono Willelmi prædicti; in calce mutil.

1. S. Thomæ de Aquino Catena Patrum super S. Matthæi Evangelium, prævio prologo ad Urbanum papam IV. fol. 2.
2. Ejusdem Catena super S. Marci Evangelium, prævio prologo ad Ambaldum Cardinalem. fol. 227.

Defic. in verbis comment. super cap. vi. "sed et occasionem non haberent ulterius dubitandi"——

XLVI.

Membranaceus, in folio, ff. 313, sec. xiv. ineuntis, binis columnis nitide exaratus; ex dono ejusdem Willelmi; fine truncatus.

1. S. Thomæ Aquinatis opus solenne sive Catena Patrum super S. Lucæ Evangelium. fol. 2.
2. Ejusdem Catena super S. Johannis Evangelium. fol. 118.

Defic. in comment. in cap. xvii. verbis, "unam vero esse Patris et Filii voluntatem"——

Præmisit manus recentior filiarum novem nomina, quas ex iniquitate genuit diabolus.

XLVII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 263, sec. xiv., binis columnis exaratus.

S. Thomæ Aquinatis Quæstiones variæ; scilicet,

1. De Potentia Dei quæstiones decem. fol. 5.
   Incip. "Utrum in Deo sit potentia; Questio est de potentia Dei;" ut in editt. impress.
   In calce, "Expliciunt questiones de potentia Dei a fratre Thoma compilate."
2. De malo quæstiones sedecim. fol. 88.
   Incip. "Questio est de malo; et primo queritur an malum sit aliquid;" ut ibid.
3. De spiritualibus creaturis quæstio. fol. 181.
   Incip. "Questio est de spiritualibus creaturis; et primo queritur utrum substantia spiritualis;" ibid.
   In calce, "Expliciunt questiones fratris Thome de spiritualibus creaturis."
4. De virtutibus quæstiones sex. fol. 197 b.
   Incip. "Questio est de virtutibus in communi;" ut ibid.
   In calce, "Expliciunt questiones de virtutibus anime in communi fratris Thome de Aquino."
5. De anima quæstio. fol. 236.
   Incip. "Questio est de anima;" ibid.
   Index est quæstionum tum in principio tum in fine.

XLVIII.

Membranaceus, in folio, ff. 359, sec. xiv. ineuntis, binis columnis bene exaratus.

1. S. Thomæ Aquinatis Quæstiones de divina potentia, numero octoginta una. fol. 2.
   Incip. i. "Questio est de potentia Dei;" etc. ut supra.
2. Ejusdem Quæstiones de virtutibus in communi. fol. 108 b.
   Incip. "Quæstio est de virtutibus;" etc.
3. Ejusdem quæstiones de Christo quinque. fol. 161.
   Incip. "Questio est de unione Verbi Incarnati, et primo utrum hæc unio facta sit."
   In calce, "Expliciunt questiones de virtutibus anime in communi fratris T. de Acquino, Deo gratia; Amen."
   Sequitur questionum supradictarum tabula, quæ quasi in unum corpus compositæ numerantur in totum cxxii.
4. Ejusdem quæstiones triginta, subdivisæ in capita varia numero ccli, de veritate, de falsitate, de scientia Dei, de ideis, de Verbo, de prædestinatione, de cognitione angelorum, de imagine mentis, de prophetia, de fide, de cognitione animæ post mortem, de libero arbitrio, de gratia, et de merito Christi, etc. prævia tabula. fol. 170.
   Incip. i. "Questio est de veritate, et primo queritur, quid est veritas; videtur autem quod verum."
   Desin. ult. "Alia concedimus, quia verum concludunt nisi aliqua eorum non sufficienter."
   Ad finem habetur extra ordinem quæstio Utrum Spiritus Sanctus personaliter distingueretur a Filio, etc. quæ debuerat esse ultima quæstionum de potentia divina.

XLIX.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 322, sec. xiv., binis columnis nitide exaratus; ex dono Willelmi, episc. Eliensis.

1. S. Thomæ Aquinatis de veritate, etc. ut in priore codice enumeratum est. fol. 5.
   Incip. i. "Questio est de veritate; et primo queritur quid est veritas."
   Desin. ult. "quia verum concludunt licet aliqua eorum non sufficient."
   In calce, "Expliciunt questiones de veritate."
2. Ejusdem quæstiones de potentia Dei. f. 134.
   Incip. "Questio est de potentia Dei."
   Defic. ult. in verbis, "cum amor nichil sit quam stabilimentum"——
3. Ejusdem quæstiones de malo, de peccato originali, etc.; initio mutil. fol. 194.
   Incip. in verbis, "——Augustinus in Enth. Prima pena destruit substantiam."
   Desin. "sicut patet in arreptitiis."
   In calce, "Expliciunt questiones de malo."
4. Ejusdem quæstiones de anima. fol. 256.
   Incip. "Questio est de anima."
   In calce, "Expliciunt questiones de anima."
5. Ejusdem quæstiones de virtute in communi. fol. 277.
   Incip. "Questio est de virtutibus in communi."
   Sequuntur ad fol. 306 quæstiones de Christo; incip. "Questio est de unione Verbi

Incarnati;" et ad calcem, "Expliciunt questiones de Christo."

6. Ejusdem Thomæ quæstiones de spiritualibus creaturis. fol. 310.

Incip. "Questio est de spiritualibus."

In calce, "Expliciunt questiones;" ut supra.

Præmisit codici manus recentior quæstionum tabulam materiarumque, quæ in codice continentur.

L.

Codex membranaceus, in folio, ff. 110, sec. xiv., binis columnis exaratus; ex dono Roberti Polan, vicarii de Penystane, quondam coll. Ball. socii.

1. Compendium totius Theologiæ, sive de Theologiæ veritatibus libri septem, [auctore Petro Thoma, sive Alberto Magno, sive cujuscunque sit,] prævio prologo et tabula capitulorum. fol. 4.

Tit. "Incipit compendium tocius theologie."

Exstat impress. inter Alberti Magni opera, ed. Jammy, vol. xiii. et alibi.

In calce, "Explicit compendium," etc. deinde,

"Christus laudetur, quia libri finis habetur."

2. S. Thomæ Aquinatis Summa de virtutibus, capitibus xvii. expressa. fol. 79.

Incip. "Hic agitur de virtutibus; Virtus sic diffinitur in libro de Spiritu et anima."

3. Ejusdem Summa de vitiis, capitibus octo. fol. 96 b.

Incip. "De peccato in communi. Peccatum est dictum vel factum vel concupitum."

4. Summa de beatitudinibus, capitibus septem. fol. 102.

Incip. "Primo de humilitate. In nomine Domini nota de beatitudinibus, et primo de humilitate."

In calce, "Explicit liber de beatitudinibus."

LI.

Membranaceus, in folio, ff. 161, sec. xiv. ineuntis, binis columnis exaratus; olim fratris Rogeri de Bredbury, postea coll. Ball. ex dono Will. Gray.

S. Thomæ Aquinatis Expositio super primum librum Sententiarum, annexa quæstionum tabula.

Tit. "Principium super primum librum Sententiarum."

Præmissa est manu recent. quæstio An Eternitas Dei sit ipse Deus; incip. "Quod videtur sic, Deus propter summam simplicitatem."

LII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 164, sec. xiv. ineuntis, binis columnis exaratus; ex dono ejusdem Willelmi.

S. Thomæ Aquinatis expositio super secundum librum Sententiarum, cum tabula annexa.

In calce, "Explicit secundus liber fratris Thome de Aquino ordinis fratrum Predicatorum;" cui succedit tabula, et isti, "Expliciunt capitula secunda libri sentenciarum fratris Thome de Aquino."

Sequuntur conclusiones octo quibus Thomas sibi ipsi in hoc scripto contraria docet ab iis, quæ in Summa tradit."

LIII.

Membranaceus, in folio, ff. 202, sec. xiv., binis columnis exaratus.

S. Thomæ Aquinatis super tertium librum Sententiarum expositio, cum tabula annexa.

In calce tabulæ, "Explicit liber iste."

LIV.

Membranaceus, in folio, ff. 253, sec. xiv., binis columnis exaratus; ex legato Roberti Thwaites, quondam coll. Ball. magistri, ac decani Aukland; in calce mutilus.

S. Thomæ Aquinatis expositio super quartum librum Sententiarum.

Defic. in verbis Distinct. xlix. "quia ad similitudinem visionis corporaliter cognoscit, ea quasi presencia"——

LV.

Membranaceus, in folio majori, ff. 343, sec. xv., binis columnis nitide exaratus; ex dono Will. episc. Eliensis.

Gerardi Senensis, ord. S. Augustini, super primum librum Sententiarum Lectura, cum prologo.

Exstat impress. in fol. Patav. 1598.

In calce, "Explicit lectura super primum

Sententiarum edita a fratre Gerardo de Senis, ordinis heremitarum Sancti Augustini."

Sequitur tabula quæstionum.

LVI.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 152, sec. xiv. exeuntis, binis columnis exaratus; ex dono sæpe dicti Willelmi.

Anonymi cujusdam Commentarius super tres libros priores Sententiarum; initio mutil.

Incip. in verbis, "——gradum cognoscitur in proprio genere igitur quelibet entitas."

Desin. lib. i. "libro sententiarum semper sit laus Deo omnipotenti."

Incip. lib. ii., cujus pagina prima nitide ornata et picta est, "Circa secundum Sententiarum, ubi magister."

Incip. lib. iii., itidem in initio ornatus, "Circa principium tertii libri Sententiarum, postquam magister in libro precedenti."

Desin. "ex quo reddo Omnipotenti Deo debitas gratias, cujus nomen sit semper benedictum in secula seculorum, Amen."

LVII.

Membranaceus, in folio, ff. 348, sec. xiv. ineuntis, binis columnis exaratus; ex dono ejusdem Willelmi.

Richardi Fishacre super libros quatuor Sententiarum commentarius.

Incip. "Rom. ii. O altitudo diviciarum, etc. Constat non est parum admirabilis illa sapientia."

Desin. "quæcumque dixi in hiis de tuo agnoscant et tui, si qua de meo et tu cognosce tui; Amen. Amen. Amen."

LVIII.

Membranaceus, in folio, ff. 257, sec. xv., nitide exaratus; ex dono ejusdem Willelmi.

1. Index Alphabeticus, sive Tabula Concordantiarum, super totam Summam Thomæ, quatuor Scripta et contra Gentiles. fol. 2.

Incip. "De abstinencia, secunda secunde questione 146 sub duobus articulis."

In calce, "Expliciunt concordancie super totam Summam Thome, quatuor scripta et contra Gentiles."

2. Excerpta fratris Bertrami de Alens [an Fizalani] super 15 quodlibetis, prima et secunda parte Summe Henrici de Gandavo et 10 quodlibetis Godfridi et tribus Jacobi, ordine alphabetico disposita. fol. 71.

Incip. "Abbas; Utrum religiosus institutus in curia plus debeat obedire episcopo in remanendo in curia."

Desin. sub voce 'Ymago,' "cum presencia fantasmatis includitur in racione parentis."

In calce, "Expliciunt excerpta fratris Bertrami de Alen." etc. ut supra.

Sequitur index vocum alphabeticus.

LIX.

Codex membranaceus, in folio, ff. 231, sec. xiv. ineuntis, binis columnis exaratus; ex dono ejusdem Willelmi.

S. Thomæ Aquinatis contra Gentiles libri quatuor, tabulis tum quæstionum tum materiarum instructi.

Incip. tab. "Accidentia; Accidentia non cadunt in Deo libro i. cap. 23."

In calce lib. iv., "Explicit expliceat, ludere scriptor eat."

LX.

Membranaceus, in folio, ff. 123, sec. xiv. ineuntis, binis columnis exaratus; ex dono ejusdem Willelmi.

Petri Tarentasii super primum librum Sententiarum commentarius; cum tabula, *manu secunda*, præmissa.

Incip. "Numquid nosti ordinem, etc. Verba ista sunt Domini ad beatum Job."

Desin. "prestante eodem Redemptore, Qui est benedictus in secula seculorum; Amen."

In calce, "Explicit primus liber Sententiarum."

In initio et fine inseruit bibliopegus folia pauca rejectanea Missalis cujusdam fragmentum exhibentia, notis musicalibus instructum.

LXI.

Membranaceus, in folio, ff. 330, sec. xiv. ineuntis, binis columnis exaratus; ex dono ejusdem.

Petri Tarentasii super tres reliquos libros Sententiarum commentarii, cum titulis quæstionum *manu secunda* suppletis.

Incip. lib. ii. "Qui vivit in æternum;" etc. "In hiis verbis opus creationis sufficienter."

Incip. lib. iii. [fol. 107] "Ubi venit plenitudo, etc. In hiis verbis opus reparacionis."

Incip. lib. iv. [fol. 203] "Haurietis aquas; etc. In verbis istis duplex effectus sacramentorum."

Desin. "vitam in premio; Jo. xiiij. ad quam vitam," etc.

In calce, "Explicit quartus fratris Petri super Sententias."

LXII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 248, sec. xiii. exeuntis, binis columnis nitide exaratus; ex dono ejusdem Willelmi.

Jacobi de Viterbio super libros tres priores Sententiarum commentarius; cum tabula.

Tit. tab. "Capitula questionum primi libri Sententiarum, quæstionum dico contentarum in notulis ejusdem."

Tit. lib. i. "Incipiunt notule super primum librum Sententiarum."

Incip. "Cum venisset una vidua; etc. Laudanda creatoris humilis et pia benivolentia."

Desin. ult. "vel promulgata vel recepta. Et hec sufficiant de tercio libro et continet quinque sextarios tantum."

In fol. ult. verso habentur carmina ista;

"Dicit cyphus,

"Quisque sitim sedet, ita de me re mihi sedet,
Sic capias parte ne tu capiaris aperte."

"Tutius ut peterem laici sub ymagine Romam,
Fas fuerit ut sinerem luxuriare comam."

"De caseo Britonum mihi promissum peto domum."

"Caseus iste brevis, quem tu facis abreviatum,
Si produxisses productus caseus esset."

"Caula brevis, brevitas pecudis, brevis ipsa supellex,
Muneris hec parvi causa fuere mihi.
Cum fiscella, locus, pecus, incrementa resumant,
Tunc producetur caseus iste brevis."

LXIII.

Membranaceus, in folio, ff. 165, sec. xiv., binis columnis haud una manu exaratus; ex dono ejusdem.

1. Petri Aureoli commentarius super secundum librum Sententiarum; annexa tabula. fol. 1.

   Incip. "Utrum tempori præterito;" ut in edit. impress.

2. Ejusdem determinatio, Utrum virtus in quantum virtus sit ens per accidens, contra Thomam de Wylton. fol. 19.

   Incip. "Quia sic, quod includitur."

3. Thomæ de Wilton Utrum habitus theologicus sit practicus vel speculativus contra Aureolum. fol. 19 b.

   Incip. "Dicitur hic una oppinio et est Aureoli."

4. P. Aureoli Utrum actu differat a forma agentis; etc. fol. 20 b.

   Incip. "Quod, quia modus rei non est."

5. Quæstio super primum Sententiarum. fol. 22.

   Incip. "Quia supponitur in lectione."

   Citantur in margine Ægidius, et "Henricus, xij. Quodlibet."

   Sequitur quæstio, Utrum viator possit naturaliter pervenire ad cognoscendum omnia saluti suæ necessaria.

6. Lectio in librum Ecclesiastis. fol. 23.

   Incip. "Vanitas vanitatum, etc. Secundum quod dicit beatus Augustinus."

7. Dionysii de Burgo 'Utrum finis per se sacre Scripture in via sit amare Deum.' fol. 24.

   Incip. "Arguitur quod non, quia in sciencia theologie."

   Inscribitur *man. sec.* "Questiones super primum sententiarum cum determinacione magistri Petri Aureoli."

   Citantur in margine, Ægidius, Coutone, Herveus, et sequuntur Conclusiones Aureoli de tempore.

8. Johannis de Lana, Bononiensis, quæstiones octodecim partim theologicæ partim philosophicæ, prævia tabula. fol. 28.

   Incip. "Questio est an anima humana conjuncta corpori ut forma sit principium individuationis."

   Citantur Joh. de Bononia, Farkelay, P. Aureolus, etc.

   In calce, "Expliciunt questiones de anima fratris Johannis de Bononia qui dicitur de Lana, bacellarii in sacra pagina, ordinis fratrum heremitarum Sancti Augustini."

   Sequitur lectio in Sententiarum prologum, "Fluvius egrediebatur," etc. "Profunda quoque fluviorum."

9. [Thomæ de ?] Wylton, Utrum intellectivam

esse formam corporis humani possit ratione necessaria probari. fol. 52.

Incip. "Quod sic, quia homo experitur se."

10. Quæstio super Distinct. xxxiii. libri I. Sententiarum. fol. 54 b.

Incip. "Circa secundum vero considerandum quod aliqui dicere voluerunt, quod proprietates et essentiæ."

11. Recollectiones super secundum Sententiarum. fol. 57.

Incip. "Utrum ex ordine entium."

12. Ægidii quæstiones aliquot de angelis. fol. 58 b.

Incip. "Utrum angelus sit compositus ex materia."

13. Quæstiones super primum Sententiarum, auctore ut videtur Ger[sone] sive Ger[ardo Senensi]. fol. 60.

Incip. "Utrum Deus sub abstracta ratione Deitatis sit subjectum in theologia."

Mentio fit de Durando, Ægidio, Henrico [Gandavensi], etc.

14. Quæstiones, ejusdem fere momenti. fol. 67.

Incip. "Utrum theologia sit proprie scientia; quod non, quia est proprie sapientia."

Citantur Cowton, Ware, Bernardus, Aureolus, H. de Gandavo, Scotus, etc.

15. P. Aureoli quæstio Utrum videns Deum videat omnia quæ in eo repræsentantur. fol. 86.

Incip. "Quod sic, videns representans necessarium."

Succedunt argumentum, auctore ut videtur Paynots quodam, incip. "Ad illas rationes quibus superius probatur," et quæstiones breves Gerardi.

16. Principium in quatuor libros Sententiarum. fol. 88 b.

Incip. "Ecce quatuor quadrige."

17. Quæstiones [Johannis] Beverley Utrum Deus sit trinus et unus. fol. 89.

Incip. "Quod non quoad unitatem arguitur sic, Quia plures sunt Dii."

18. Willelmi de Wodeford junioris quæstiones de Deo et angelis, etc. fol. 100.

Inc. "In secundo quolibet queruntur quedam de Deo et quedam de creaturis; Et erat questio virum posse videri divina essencia."

19. Anonymi cujusdam quæstiones sex, Utrum ingenitum sit proprietas Patris in divinis, etc. fol. 112.

Incip. "Quesito de proprietatibus relativis in generali modo, querendum est de illis in speciali."

20. Anonymi opus Quodlibeticum quæstionibus viginti quatuor comprehensum de attributis divinis, etc. fol 132.

Incip. "In nostra disputacione generali nuper facta quolibet querebantur quedam circa Creatorem."

21. Quæstiones de Deo et de creatura. fol. 155.

Incip. "In disputatione nostra generali de quolibet quesitum est de Deo et de creatura, Et de Deo primo."

22. Quæstiones de Angelis. fol. 162.

Incip. "Questio est utrum angelus intelligat seipsum per essentiam suam et videtur quod non."

Desin. "speciem multiplicem et non unam tantum."

LXIV.

Codex membranaceus, in folio, ff. 178, sec. xiv. exeuntis, binis columnis bene exaratus, et quoad literas librorum initiales, præter primum hodie abscissum, ornatus auro coloribusque; ex dono ejusdem Willelmi.

Petri de Candia super quatuor libros Sententiarum commentarius.

Incip. in verbis, "——bilibus vel similiter editus vel experiencia rerum sed hujus habitus."

Desin. "atque sanctissimi confessoris Christi saginata ex speciali privilegio differentis. Amen."

In folio primo rejectitio legitur, rubris scriptum, "Hunc librum vendidit magister Johannes Carso magistro Guillermo Pulcrinepotis[?] in lugo, pretio x. solidis et iiij. d."?

LXV.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 49, sec. xiii., binis columnis nitide exaratus; ex dono ejusdem.

1. Simonis Tornacensis Disputationes centum duæ. fol. 1.

Tit. "Incipiunt questiones magistri Simonis Torniacensis."

Incip. "Duo quesita sunt; Primum, Utrum id primum retribuatur omnibus in patria vel non; Secundo, An alius ordo caritatis."

Desin. ult. "simplex est compositum, si compositum susceperis substantive verum est, alias non."

In calce, "Expliciunt disputaciones magistri Symonis Torniacensis, numero cii. continentes in se questiones ccc.lxxi."

2. Johannis Cornubiensis eulogium ad Alexandrum papam tertium de discussione philosophorum et hæresium. fol. 40.

Incip. "In concilio Turonensi quod dudum convocatis plerisque omnibus tam Anglicane quam Gallicane prelatis ecclesie."

Desin. "fideliter firmiterque crediderit, salvus esse non poterit."

In calce, "Explicit eulogium magistri Johannis Cornubiensis auctoritate Alexandri pape tercii confirmatum."

3. M. fratris Rievallensis ad Thomam Becket, archiep. Cantuar., epistola de statu ecclesiæ, contra episcopos, etc. fol. 48.

Incip. "Quis sum ego vel cujus momenti quem tanti sibi faciat pater jam patris, dominus regni secundus a rege."

4. Patriarchæ Antiocheni epistola de prælio per Saladinum contra Christianos 4 Jul. 1187 commisso, in quo Christiani magna cum strage fugati erant. fol. 49 b.

Incip. "Audiat vobiscum omne seculum et dolorem nostrum et totius Christianitatis."

LXVI.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 252, sec. xv., binis columnis manu Theoderici Nicolai Werken de Abbenbroeck exaratus; ex dono ejusdem Willelmi.

1. Francisci de Maironis, sive de Mayronibus, sermones ab adventu usque ad Quadragesimam, numero xxxviii. fol. 7.

Incip. i. "Fratres scientes quia hora, etc. Adventus Deo quatuor Dominicis."

Præcedit tabula alphabetica, desin. "Explicit tabula Francisci de Meronis ab Adventu Domini usque ad quadragesimam."

Desin. ult. "quia Deus numquam cessat benefacere, etc."

2. Opus Quadragesimale sive Sermones quinquaginta duo quadragesimales, cum tabula posthabita. fol. 110 b.

Incip. i. "Pro die Cinerum; Cum jejunatis, etc. Licet opera penitentialia in mortali facta sint interanda."

Desin. ult. "hoc innuitur, cum dicit, Venite, prandete, etc."

In calce tabulæ, "Theodericus Nicolai Werken de Abbenbroith scripsit hunc librum. Explicit tabula sermonum operis quadragesimalis Francisci de Maronis."

LXVII. (A.)

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 257, anno 1444 manu Theoderici Nicolai de Abbenbroeck binis columnis exaratus; ex dono ejusdem.

1. Francisci de Mayronibus sermones æstivales numero xxxix. fol. 2.

Incip. i. "Omne quod natum est ex Deo;" etc. "Secundum quod dicitur Job 7, millia est vita."

Desin. ult. "locuti sunt sancti Dei homines," etc., cui subjicitur nota in margine, "Nil plus inveni in exemplari," etc.

Sequitur tabula alphabetica, ad cujus calcem notatur, "Explicit tabula super hoc opus æstivale M. Francisci de Maronis ord. Fratrum Minorum, quam scripsit Theodericus Nycolai Werken de Abbenbroeck, anno Domini 1444 Deo gratias."

2. Ejusdem sermones festivales xvii. fol. 206.

Incip. i. "Utrum Nativitas Christi fuit naturalis; videtur quod sic, Matth. i. Scribitur quod mater Domini periendo Christum peperit filium suum."

Sequuntur sermones de S. Johanne duo, de S. Agnete, de conversione S. Pauli, de S. Agatha, de novo Sacerdote, de annuntiatione B. M. V. duo, de S. Spiritu, de S. Vincentio, de S. Francisco, de S. Sapientia, de S. Johanne Baptista, de S. Margareta et de S. Maria Magdalena duo.

Desin. ult. "quorum gaudiorum nos participes faciat Dei filius; Amen;" deinde, "Per manus Theoderici Nycolay Werken de Abbenbroeck liber explicit Deo gratias; anno Domini 1444."

LXVII. (B.)

Membranaceus, in folio majori, ff. 210, sec.

xv. binis columnis nitide exaratus, sed mutilus; ex dono ejusdem episcopi.

Francisci Maironis, sive de Mayronibus, ord. Præd. Commentarii super quatuor libros Sententiarum.

Desideratur folium primum in quo prima pars quæstionis primæ in prologum, quæ sic incip. "——quater; primo quia modus cujuslibet rei."

Lemma quoque est inter librum secundum et tertium; secundus defic. in distinct. xxv. quæst. 1. verbis, "et alterum suspendere quia illi incompossibile"——; tertius incip. in quæst. 4 distinct. iii. "——actus beatificus sit perfectior."

Desin. "nunquam erunt actu infinite."

In calce, "Explicit editum super quartum librum magistri Francisci de Marronis, ordinis fratrum minorum, etc."

LXVIII.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 188, sec. xv., eodem tempore librarioque ac præcedens, binis columnis nitide exaratus; ex dono ejusdem episcopi; initio mutilus.

Francisci de Mayronibus Lectura sive Conflatus super primum librum Sententiarum.

Incip. quæst. i. in verbis, "——principium vel ejus veritas invenitur formaliter in creatura."

Incip. quæst. ii. "Utrum subjectum primi principii dictum de Deo et creatura."

Desin. "ad scientiam speculativam alia per que habetur hujus applicacio ad opus pertinent ad alium habitum practicum scilicet ad artem;" ut in edit. impress. Venet. 1521.

In calce, "Explicit lectura super primo Sententiarum magistri Francisci de Marronis de provincia Provincie ordinis fratrum minorum; etc."

LXIX.

Chartaceus, in folio, ff. 132, anno 1444 in urbe Colonia binis columnis scripta; ex dono ejusdem.

1. Francisci de Mayronibus commentarius super primum librum Sententiarum. fol. 1.

Incip. "Utrum cum summa simplicitate."

Desin. "alioquin est ad placitum et sic debet intelligi."

In calce, "Explicit scriptum super primum librum Sententiarum editum a fratre Francisco de Maronis et excopiatum in Colonia anno Domini 1444, 8° die Februarii."

Sequuntur "Distinctiones cum suis quæstionibus primi libri Scripti."

2. Ejusdem Scriptum super tertium librum. f. 109.

Præcedunt tituli quæstionum, quibus subjecit manus altera, "Titulos quæstionum super primo Sententiarum Conflatus [*sic*] Francisci."

Incip. "At ubi venit, etc. Utrum Verbi incarnacio sit cognoscibilis per naturam."

Desin. "non impugnat licet bene formalis."

Sequuntur, *man. sec.*, "tituli quæstionum super quarto Sententiarum."

LXX.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 205, sec. xv., binis columnis nitide exaratus; ex dono ejusdem; mutilus.

1. Francisci de Mayronibus Flores excerpti ex operibus S. Augustini variis. fol. 2.

Incip. in verbis, "——fidei ut ad plures noticia veritatis."

Desin. flores in libros De S. Trinitate; "ubi clausisti aperi pulsanti; Amen."

Libri e quibus excerpti sunt flores, sunt, De Trinitate, fol. 2; de Doctrina Christiana, fol. 43; Retractationum liber, fol. 53; Super Genesim ad litteram, fol. 57 b; De mirabilibus, ff. 74 b, 198, 201, 77; Super Genesim contra Manichæos, fol. 78 b; Contra Adamantium, fol. 80; In quæstionibus super SS. Matthæum et Lucam et diversas Scripturas, fol. 81; de Civitate Dei, fol. 85.

Desin. ult. "ubi sic concludit, ibi vacabimus, videbimus, et amabimus et laudabimus; Amen."

2. Ejusdem Francisci de primo principio complexo quæstiones quatuordecim; mutil. fol. 117.

Incip. "Attendite populi, etc. In psalmo 77 scribitur idem verbum."

Defic. in verbis, "cum sol sit genitor et non pater; septima ratio quasi verbum"——

3. Ejusdem Quæstiones super secundum Senten-

tiarum, sive de creatione, de angelis, de corpore humano; etc. fol. 127.

Incip. "Ego sum alpha et O, etc. Quia secundum doctrinam beati Dyonisii de angelica Ierarchia."

Incip. quæst. i. "Utrum primum principium efficiencium coincidat cum ultimo fine."

4. Ejusdem quæstio Utrum principatus regni Sicilie ex hoc sit nobilis quia subjectus ecclesie. ff. 195–197 b, 75, 199.

Incip. "Et quidem ad istius questionis declarationem."

In calce, "Explicit tractatus magistri Francisci de Mayronis de principatu regni Sicilie, Deo gratias, Amen; Amen."

5. Ejusdem quæstio Utrum obedientia sit nobilissima virtutum moralium. ff. 199–200 b, 76, 202.

Incip. "Et quidem ad istius questionis declarationem."

Desin. "quando vires omnes erant eis ad nutum subjecte secundum beatum Augustinum; Amen."

LXXI.

Codex membranaceus, in folio, ff. **156**, sec. xiv. exeuntis; binis columnis exaratus.

Roberti Holcothi, sive Holkote, Lectura super libros quatuor Sententiarum, cum tabula annexa.

Incip. "Utrum viator existens in gratia assentiendo articulis fidei mereatur vitam eternam; Quod non, quia si sic."

Incip. lib. ii. "Distinctione prima libri secundi agit magister de creacione hominis."

Incip. lib. iii. "Utrum Filius Dei."

Incip. lib. iv. "Utrum cum omni Sacramento."

Desin. "iste est Deus demonstrato ydolo."

In calce, "Expliciunt questiones Holkote super Sententias."

LXXII.

Chartaceus, in folio, ff. **170**, sec. xv., binis columnis exaratus.

Hervei Dyot, sive Eyot, ut videtur, Quæstiones super quatuor libros Sententiarum tredecim.

Incip. i. "Utrum ex testimoniis veritatis in eternum fundatis constet theologiam esse scienciam omnibus scienciis humanitus inventis contradistinctam; Arguitur primo quod non, quia vel per hujus testimonia."

Quæstiones decem priores super primum librum comprehendunt lecturam, quæ sic terminatur, "solvi potest; et sic est finis questionum primi libri Sententiarum."

Incip. quæst. xi. [fol. 129] "Utrum Deus creare potuerit."

Incip. quæst. xii. [fol. 144] "Utrum beata virgo Maria."

Incip. quæst. xiii. [fol. 157 b] "Utrum quolibet Sacerdote verba consecrationis Eukaristie."

Desin. "ad tertiam in dictis ex tertio et sic est finis per Eum," etc.

Additur quæstio collativa, "Utrum divina sapientia ab eterno communicabilis intus et extra."

In fol. rejectanei pag. 2 margine superiori notatur, "Iste questiones super librum Sententiarum M. Her. Dyoti sunt mei [?] M. Lamberti de Enskirchen."

LXXIII.

Codex membranaceus, in folio, ff. **186**, sec. xiv. exeuntis, binis columnis exaratus; ex legato M. Roberti Thwaits, quondam coll. Ball. magistri.

Gregorii de Arimino, ord. S. Augustini, Lectura super primum librum Sententiarum, cum prologo.

Exstat impress. Venet. 1503.

In calce, "Explicit lectura primi Sententiarum edita a fratre Gregorio de Arimino, ordinis fratris heremitarum Sancti Augustini, qui legit Parisius anno Domini millesimo ccc^mo^. quinquagesimo sexto; Amen."

Sequitur tabula quæstionum, prævio brevi monito incip. "Et ex tabula ista qualiter faciliter possit."

LXXIV.

Membranaceus, in folio, ff. **105**, sec. xiv. exeuntis; binis columnis exaratus; ex legato M. Nicholai Saxton, coll. Ball. socii.

Gregorii de Arimino Lectura super librum Sententiarum secundum, posthabita tabula.

Exstat impress. Venet. 1503.

In calce, "Explicit secundus Sententiarum magistri Gregorii de Arimino, ordinis fratrum heremitarum Sancti Augustini."

LXXV.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 124, sec. xv. ineuntis; binis columnis haud una manu exaratus.

1. Anonymi cujusdam quæstionum liber super Evangeliorum difficultates, ordine alphabetico. fol. 1.

Incip. "Abraham; Queritur super primo dicto Christi; Jo. 8. 'Abraham pater vester exultavit ut videret diem meum.'"

Desin. "ipsa miracula scivit, tum ea voluit conticere."

2. Sermo in istud Joh. 'Nuptiæ factæ sunt;' an coram Universit. Oxon habitus. fol. 106.

Incip. "Prehonorabiles magistri et patres hodierni evangelii manifestat historia."

Ad fol. 109 leguntur, "Non sic, o amici, non sic quoniam in hac alma Universitate philosophie imperato residetis florigero" ———"Ecce qualiter hiis diebus ut Christi sponsi nuncius nos vocat pestilencia, que brevi citacione furatur juvenes, conculcat fortes, prosternit senes ut experientia presens docet; sed proh dolor, quis attendit; sic etiam a nostre juventutis diebus nos vocavit virga Dei ferrea, gladius scilicet, qui multis sevit in regnis et in nostris adhuc temporibus prostravit, captivavit duces, devoravit milites."

3. Ejusdem auctoris sermo in istud, 'Ite vos in vineam.' fol. 109 b.

Incip. "In evangelio Dominice jam instantis."

4. Index locorum SS. Evangeliorum in quæstionibus supra dictis expositorum. fol. 114.

5. Expositio symboli secundum S. Augustinum. fol. 117.

Incip. "Sicut nonnullis scire."

6. S. Augustini sermo de indigna et inhonesta conversatione mulierum. fol. 119.

Incip. "Nemo dicat, fratres."

7. Sermones tres pro mortuis. fol. 121.

Incip. i. "Nolumus vos; Apostolus hic nititur."

Incip. ii. "Memor esto judicii; Mortuus vivo."

Incip. iii. "Miseremini mei; In hiis verbis, in persona."

LXXVI.

Codex membranaceus, in folio, ff. 320, sec. xiii. exeuntis, binis columnis exaratus; ex dono Johannis Felton, 'quondam vicarii ecclesie Beate M. Magdelene extra portam Borealem, Oxon.;' haud una manu scriptus.

Petri de Salinis commentarius super Gratiani Decretum.

Incip. "In nomine Trinitatis. In hoc principio circa tria principaliter laborabo; Primo in invocatione nominis Jhesu Christi; secundo in commendacione."

Defic. in fol. 195 b, caus. 31 verbis, "Se .... Hic intitulatur, quarta questio quia queritur"——

Incip. xxxii. "Moyses Hoc sic ponit casum istum et dicit hec similiter loquor."

Sequitur de Penitentia, incip. "*Hiis breviter;* Hic incipit tractatus de penitentia, quem ita potes continuare cum precedentibus; formavit Gracianus quandam incidentem questionem."

Succedit de ecclesiarum consecratione, "Hic incipit tertia et ultima pars istius operis, in qua agitur de ecclesiasticis sacramentis."

Desin. "*ita inseparabiliter;* et inseparabilia enim sunt opera Trinitatis ut xxviii., q. 1. sic enim neque."

LXXVII.

Membranaceus, in folio, ff. 108, sec. xv. ineuntis, binis columnis exaratus.

Ranulphi, monachi Cistercensis, [an R. Higdeni Cestrensis], liber qui dicitur Speculum Curatorum, in capita octoginta distributus, prævio titulorum elencho.

Incip. præf. "Cum circa duo potissime versetur officium sacerdotis sicut diffuse traditum est per doctores."

Incip. cap. i. "de articulis fidei; Eorum que sacerdos scire tenetur, aliqua sunt credenda."

Defic. in cap. ult. "de sententia excommunicationis; ut consultacioni, 84, d. Quisquis, etc."

Continebat olim codex tractatus sequentes, qui hodie desiderantur; scil. Exposicio super Enigmatibus Aristotelis; Sermo Augustini de x. chordis; Statutum Johannis de Peccham; Lincolniensis de modo confitendi; Massa compoti; Tractatus de spera Johannis de Bosco."

LXXVIII. (A.)

Codex membranaceus, in folio, ff. 117, sec. xv., anno scilicet 1442 manu R. Bole binis columnis exaratus; ex dono Will. Gray, ep. Eliensis.

Expositio in S. Augustini libros de civitate Dei, quoad decem priores auctore Thoma Anglico, [quoad cæteros Nicolao Triveth.]

Incip. præf. "Fluminis impetus, letificat civitatem Dei, In psalmo, Fons sapientie in excelsis."

Incip. lib. "Gloriosissimam civitatem Dei, etc. In isto primo capitulo tangit beatus Augustinus duas."

Desin. "ad eternam beatitudinem, ad quam nos perducat Jhesus Christus, Qui cum Patre," etc. ut in edit. impress.

Sequitur tabula alphabetica, cui succedit, "Explicit exposicio super libros Augustini de civitate Dei cum tabula, quorum 10 primi sunt secundum Thomam Anglicum;" deinde versus,

"M. semel x. quater, totidem c, jungite binos
Ocia devitans subtracto codice complet
R. Bole Coloniis scripturam carminis hujus."
"Abide and Have."

LXXVIII. (B.)

Membranaceus, in folio, ff. 189, sec. xv., anno scil. 1448 manu Antonii Marii filii, Florentini, nitide exaratus; ex dono ejusdem Willelmi, ep. Eliensis.

1. Johannis Scholastici, sive Climacis, Scala Spiritualis in triginta capita distributa, per Ambrosium Traversarium, Camaldulensem, Latine versa. fol. 3.

Præcedunt,

a. Tabula contentorum codicis. fol. 2 b.

b. Ambrosii præfatio ad Patrem Matthæum. fol. 7 b.

Incip. "Hortatus es, Domine."

c. Vita S. Johannis Scholastici a Daniele monacho sub compendio scripta. fol. 4.

Incip. "Quenam hunc divinum virum civitas."

d. Epistola Johannis Raithensis, [Rhaithunensis,] hortantis Johannem Scholasticum ad describendum spiritualem scalam, cum responsione. fol. 6.

Incip. "Agnoscentes nos a perfectione."

Incip. respons. "Accepi convenientissimam."

Incip. gradus primus, "Cum summe incomprehensibilis atque incircumscripte bonitatis."

In calce, "Explicit gradus tricesimus et ultimus spiritalis scalæ a Johanne Scolastico edite mirabiliter et excellenter."

2. Ejusdem Johannis ad Pastorem liber, eodem interprete. fol. 98.

Incip. "In inferiori quidem."

3. Commendatio præcedentis operis a Johanne, abbate Raithensis cœnobii, scripta, in qua totum fere opus brevissime ac mistice exponitur laudaturque scriptor eximie. fol. 104.

Incip. "Qualem esse oportere."

4. S. Ephraem Syri sermones triginta, Latine versi per Ambrosium eundem. fol. 106.

Præcedit interpretis præfatio ad Cosmam de Medicis, incip. "Peregrinum nuper offendi."

Incip. sermo i. "De penitentia. Dilectissimi nihil Sancte Cariti præferamus."

Ult. est de laudatione Josephi, incip. "Insipiens, imperitus, rudis pictor et horridus."

In calce, "Explicit de laudibus Joseph sermo Sancti Ephrem."

Enumerantur omnes a Bandinio in catal. codd. Laurent. tom. iii. col. 337.

5. De Sacerdotio Christi ab Ambrosio monacho e Greco in Latinum traducta ad instantiam mei Antonii, scriptoris presentis voluminis. fol. 187 b.

Incip. "Temporibus piissimi imperatoris Justiniani fuit vir quidam princeps Judeorum."

In calce, "Antonius Marii filius, Florentinus civis, Atonotarius trascripsi Florentiæ ab originalibus exemplaribus ii. idus Junii M.CCCC.XLVIII. quo tempore nostra respublica iniquiter et injuste ab inmanissimo rege Aragonum vexabatur.

Valeas mi suavissime Ghuiglelme feliciter."

LXXIX.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 332, sec. xv., binis columnis nitide exaratus; ex dono ejusdem Willelmi.

1. Cæcilii Firmiani Lactantii opera varia; scilicet,
   a. Institutionum Divinarum adversus gentes libri septem, præviis testimoniis ex Hieronymo. fol. 2.
      Tit. "Firmiani Lactancii divinarum institucionum adversus gentes liber primus."
   b. De ira Dei ad Donatum. fol. 189.
      Tit. "Incipit liber Lactantii de ira Dei ad Donatum."
   c. De opificio Dei ad Demetrianum. fol. 205 b.
      Tit. "Incipit liber Lactancii qui et Firmiani de opificio Dei vel formacione hominis."
2. Tertulliani Apologeticum de ignorancia Jhesu Christi. fol. 220.
   Hujus ut et superiorum librorum margines notis passim illustratæ sint contenta in adverso textu exhibentibus, quorum auctorem censet Langbainius fuisse Gulielmum Malmsburiensem; ut infra in cod. 125.
3. Index super libros Lactantii locupletissimus. fol. 247.
   Tit. "Tabula super libros Lactantii."
   Incip. "Ablucio; quod corpus cito ablui potest, mens autem contagione impudici corporis inquinata."

LXXX.

Codex membranaceus, in folio, ff. 232, sec. xv., binis columnis exaratus.

1. Tabula sententialis super epistolas S. Hieronymi, præmissis epistolarum titulis numero 123, ordine alphabetico. fol. 7.
   Incip. "Abstinentia; de modo abstinendi quere infra ubi jejunium; Flamma abstinencie in deliciis."
   In calce, "Explicit tabula super epistolas Jeronimi."
2. Ricardi Rotheram, quondam coll. Ball. socii et cancellarii Oxoniensis, de pluralitate beneficiorum expositio notabilis, lectionibus quinque comprehensa, cum proœmio. fol. 50.
   Incip. proœm. "Necesse est ut scandala; Condilecti, karissimi, sancta summaque caritate complexi."
   Incip. quæst. i. "Utrum sincera veritas ecclesieque honestas interim paciantur ut uni ex gratia plura beneficia."
   Ad fol. 102 ita scribit de ecclesie Sarisburiensis statu, "Ego in quadam civitate episcopali annis undecim adolevi, ubi canonici vii. sub prebendis pinguissimis ducentarum fere librarum Parisiensium in matrice ecclesiam serviebant, quorum plures erant plurium beneficiorum detentores"——"Vidi ego ipse in eadem ecclesia infra paucos annos quatuor archidiaconos sic defungi, unde lector miraculum mirare; Primus eorum de equo phalerato et grandi cecidit, et fractis cervicibus expiravit; secundus mane in cathedra sedens mortuus est repertus; tertius in choro stans, cum ad missam elevacio corporis fieret, cecidit resupinus, et subtracta loquela cum sensu, quasi brutum animal die tercia sine sacramentis ecclesiasticis est defunctus; quartus confessionem peccatorum recusans mortuus est et extra cœmeterium est sepultus."
   Desin. "singulis in dubiam veritatem."
   Sequuntur, "Conclusiones, que prescriptorum materiam comprehendunt sub protestatione humili consueta."
3. Processus notabilis de sacramento altaris. fol. 107.
   Incip. "Quia autem de sacramento altaris multa sunt que specialem habent difficultatem."
   Defic. in verbis, "et bibite et inebriamini, karissimi."
4. Sermones super epistolas quadragesimales, auctore anonymo; mutil. in fine. fol. 123.
   Incip. "Hec dicit dominus Deus, Convertimini, etc. Secundum morem antiquum ecclesiæ."
   Defic. xvi. in verbis, "Quia dicit igitur, Facietis, non est"——
   Delineavit hic illic in margine insignia gentilitia Will. Gray, cujus forsan sumptibus exaratus est codex.
5. Scholastici cujusdam expositio super S. Lucæ evangelii principium, cum prologo. fol. 156.
   Incip. prol. "Appropriate ad me indocti; Hec verba convenienter possunt dici de persona Salvatoris."
   Incip. expos. "Terminato prohemio incipit tractatus evangelii secundum Lucam, circa quem duo sunt consideranda."
6. Francisci de Mayronis sermones quinque, scil. de Circumcisione, de Epiphania duo, In Conversione S. Pauli, et de Purificatione. f. 180.

Incip. i. "Postquam consummati sunt, etc. Quia in ista sacra solempnitate."

7. Thomæ Maldoni, ord. Carmel. S. T. P. Cantabrigiensis, Lectura super psalmum cxviii. [cxix.] fol. 190.

Incip. "Bonitatem et disciplinam, etc. Reverendi Domini, teste Damasceno, primo."

In calce, "Explicit lectura fratris Thome de Maldona, Carmelite, sacre pagine confessoris [*sic*] cathedre Cantebrigge."

In quatuor foliis primis rejectitiis habetur fragmentum disputationis de religiosis, incip. "——est per fidem, unde dicitur Hebr. xi. Accedentem ad Deum oportet credere quia est."

LXXXI.

Codex membranaceus, in folio grandiori, ff. 391, sec. xv. exeuntis, binis columnis exaratus; ex dono Roberti Abdy, coll. Ball. magistri.

Alexandri Carpenter, coll. Ball. quondam socii, Destructorium Vitiorum, in partes octo principales distinctum, prævia capitulorum tabula.

Incip. expos. tab. "Iste liber, qui Destructorium Viciorum nuncupatur, octo partes continet principales."

Exstat. impress. in fol. Paris. 1516, et alibi.

Subjungitur index alphabeticus, cui succedit colophon sequens, "Auferens angustias tenebrarum cujusdam fabri lignarii filius hec notabilia supradicta ex sanctorum doctorum sentenciis et sacre scripture documentis collegit et ad honorem Dei scribere et sue ecclesie utilitatem decrevit. Et opus inceptum anno Domini millesimo cccc. xxix. ad finem optatum perduxit et Destructorium Viciorum nuncupavit libellum, Deo gracias, scriptum 1475."

Folia in initio et fine rejectanea commentarii habent fragmentum super Hieremiam.

LXXXII.

Membranaceus, in folio minori, ff. 177, sec. xiv. ineuntis, binis columnis exaratus; ex dono Will. Gray.

[Petri Canonici] Pantheologiæ pars prima, continens de libris tredecim, [quorum omnium capitula in principio exhibet index peculiaris] tres tantum priores; quorum primus capitula habet 59, estque de personis, secundum diversos status distinctis; secundus de animalibus, capitibus 120; tertius de animalium partibus, capita habens 76, quorum ultimum est de asella.

Incip. "Deus multipliciter dicitur in sacra scriptura, videlicet, Essentialiter, ut Deus Trinitas; adoptive, ut angeli ut homines sancti; nuncupative, qui solo nomine dicuntur Dii."

Defic. in verbis, "pro nichillo reputantur, et non respiciunt"——

LXXXIII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 168, sec. xiv., binis columnis exaratus; ex dono Ricardi Bole, archidiaconi Eliensis, olim coll. Ball. socii.

1. Johannis de Burgo, sive cujuscumque sit, Oculus Sacerdotis, in tres partes distinctus; scilicet,

a. Summa, quæ vocatur pars oculi sacerdotum. fol. 3.

Incip. "Cum ecclesie quibus preficiuntur."

b. Summa, quæ vocatur, Dextra pars oculi sacerdotum. fol. 27.

Incip. "Multi sunt sacerdotes."

c. [Sinistra pars oculi.] fol. 54 b.

Incip. "Ignorancia sacerdotum."

Cf. codd. MSS. coll. Nov. ccxcii, Trin. xviii. et C. C. C. 145.

2. Gulielmi de Monte Landuno, Decretorum doctoris, liber qui dicitur Sacramentale, præviis titulis et prologo ad Poncium de Villamuro. fol. 88.

Incip. prol. "Et nunc virtute vestri."

Incip. lib. "De Caractere; Signatum est super nos lumen."

Desin. "Nullus cum similibus, Gratias Deo Patri ejusque Filio, cum Spiritu Paraclito;" etc.

In calce, "Explicit tractatus qui vocatur Willelmus in Sacramentali."

3. De virtutibus et vitiis auctoritates Sacræ Scripturæ et Sanctorum et Philosophorum in capita lxxii. distinctæ, quorum index præmittitur. fol. 136.

Incip. "De sapiencia et sciencia. Nam sunt omnes homines; etc. Est itaque quasi lumen signorum."

Cap. ult. est de Christo, et desin. "appropinquabit regnum celorum; Quod nobis prestare dignetur," etc.

In calce, "Explicit tractatus de viciis et virtutibus compilatus; Toppyng;" nomen, ut videtur, scribæ potius quam compilatoris.

In cap. 71 occurrunt versus quatuordecim *Gallice*, et in ultimo, sex ut sequuntur,

"Bien poet Dieu per voler
Ou solement per poer
Ses almes delivere del felon
Mes pur nous doner a cheson
Ne nous le dussom le pluys amer
Voleit pur nous la mort suffrer."

LXXXIV.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 143, sec. xv., nitide exaratus.

Ricardi de Pophis Summa, formularum scilicet collectio literarum rescriptorumque, maxime papalium, numero cccclxxiv, prævia tabula.

Tit. i. "Amicus amicum redarguit, ut ad curiam revertatur."

Incip. "Archidiacono Neapolitano. Quid et qualiter homini rerum temporalium."

Ult. est, "De processionibus faciendis pro creatione papæ tempore nativitatis ecclesie." Et desin. "Sancti Spiritus infundatur."

In calce, "Explicit Summa magistri Ricardi de Pophis; Deo gratias."

Quæ ad Angliam et res Anglicanas spectant invenientur in formulis 132, 407, et 464, in quibus præcipue de turbationibus regni; In formula 157 scribit abbatibus Cisterciensibus et capitulo generali, quod non servent statutum contra conversos de tonsura barbarum.

LXXXV.

Membranaceus, in 4to, ff. 262, sec. xiii. ineuntis, bene exaratus; olim eccl. S. Mariæ et B. Thomæ martyris de Novo Loco; postea coll. Ball. ex dono Will. Gray.

Anonymi cujusdam opus, commentarii forsan in librum tertium Sententiarum, capitibus cclxxix. comprehensum; tabula præmissa.

Incip. i. "De reparatione, scilicet de Dei Filio. Dicto de peccatis quibus homo lapsus in perditionem dicendum de reparatore."

Desin. ult. "De clericis et sacerdotibus conjuratoribus. Non debet ei obedire in parte illa."

Præcedit fragmentum finis secundi libri, cujus cap. xcvii. et ultimum est, "An homines peccent, quia Deus permittit eos peccare."

LXXXVI.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 244, sec. xiv. exeuntis, binis columnis bene exaratus; ex dono ejusdem Willelmi.

1. Anonymi de virtutibus et vitiis Summa, in capita septuaginta duo distincta. fol. 2.

Incip. "De vitiis et virtutibus auctoritates sacre scripture," ut supra in cod. lxxxiii.

2. [Gulielmi Durandi] Rationale divinorum officiorum in octo partes distinctum; prævia tabula. fol. 30.

Exstat sæpius impressum.

In calce, "Explicit Rationale divinorum officiorum."

Sequitur regula de conjunctione lunæ, et de bisextili anno, etc.

3. Quoddam additamentum oculi Sacerdotis, quod vocatur Cilium oculi Sacerdotis. fol. 229.

Incip. "Primo determinandum et dicendum, quis confitetur. Omnis utriusque sexus cum ad discretionem."

Desin. "facerent esse humilium populi mei. Explicit cilium Sacerdotis."

Cf. Tanneri Bibl. Brit. Hibern. p. 570 sub nomine Gulielmi de Pagula.

LXXXVII.

Vacat.

LXXXVIII.

Membranaceus, in folio majori, ff. 134, sec. xv., binis columnis exaratus; ex dono Ricardi Bole.

Anonymi cujusdam Summa de rebus ad vitam monasticam sive spiritualem spectantibus in libros quinque distincta, præviis cuique libro capitulis.

Incip. i. "De abstinentia. Abstinencia est statutum prandendi tempus non pervenire ante horam diei terciam sine causa racionabili."

Liber 1 habet capita 97; secundus habet 52; tertius 18, et est Hugonis de S. Victore

Formula Novitiorum; quartus 57; quintus 19 et inscribitur, "Incipiunt capitula de excerptis de libris de claustro anime secundum supradictum Hugonem;" et desin. "quando mali florent et boni laborant, tunc paciencia est summa medicina; Amen."

LXXXIX.

Codex membranaceus, in folio, ff. 396, sec. xiv., binis columnis exaratus; ex dono M. Simonis Bradon, coll. Ball. socii.

Avicennæ Canon Medicinæ libris quinque, capitulorum tabulis indicibusque illustratus.

Tit. "Incipit liber canonis quem princeps Abhoali Avicenna de medicina edidit. Verba Abhoali medicine."

Exstat impress. Venet. apud Juntas, 1608.

In calce, "Completus est liber v. canonis, qui est Antidotarium Senis regis Abhoali Hasen, filii Hali Avicenni, et ejus complemento completus est liber totus."

Sequitur "Confectio trochiscorum de cacabe de libro Ame^{ti} filii Ysaac, et sic completus est liber totus Avinceni medici de medicinali sciencia."

In calce, "Explicit expliceat, Ludere scriptor eat."

Deinde octastichon, de urinæ coloribus, incip.

"Alb. Lac. Glau. karapos indigestum tibi signant."

Postea, expleto indice, 'Unguentum ad paralysin factum in curia Romana per medicos ibidem pro Will. de Grenefeld, archiep. Ebor.'

Ex foliis rejectitiis in principio liquet codicem istum pro cautione [in Universitat. Oxon.] sæpius expositum, tam in cista de Rowbery quam de Warwyke, per varios ut videtur e coll. Ball. socios; ex. gr. per Thomam Tirwyth, Hamundium Askam, Rogerium Wacfeld, Joh. Batton, Tho. Tynlow, Will. Feryby, et Galfrid. Wyk, an. 1370; per Joh. Warthyll, et Robert Tonge, an. 1418, et iterum 1436; per Robert Kyrkman, Nicholaum Saxton, Borow, et Joh. Segden, "viij. die Novembris, A. D. 1438, et habet supplementum unum coopertorium de Argento," etc. et iterum per eosdem annis 1439 et 1440.

XC.

Operum Avicennæ volumen aliud. Desideratur.

XCI.

Codex membranaceus, in folio, ff. 282, sec. xiv., binis columnis exaratus; ex dono Willelmi Wilson.

1. Gualteri Burlæi expositio super Aristotelis octo libros Physicorum. fol. 5.

   Incip. "Ab isto determinatur de rebus naturalibus;" ut in edit. impress.

   Desin. "et in hoc finitur expositio super 7 et 8 phisicorum;" etc.

2. Quæstiones datæ super librum de anima a magistro Thoma de Willetona, coll. Ball. socio? fol. 246.

   Incip. "Bonorum honorabilium, etc. An de anima possit esse scientia. Quod non videtur: scientia est habitus intellectualis."

   In calce notatur hunc codicem pro cautione expositum fuisse in cista de Wynton. annis 1358, 1367, 1371, et 1373; nomina autem, præter Will. Feriby et Will. Wilton, erasa sunt.

   Folia octo rejectitia commentariorum exhibent fragmenta super Salomonis Parabolas et Sapientiæ librum.

XCII.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 198, sec. xv. ineuntis; ex dono M. Roberti Abdy, coll. Ball. magistri.

Walteri Burlæi expositio super Aristotelis libros de anima, tabulis illustrata.

Incip. "Bonorum honorabilium; etc. Sicut dicit Themistius que sunt perfectiora;" ut in edit. impress.

In calce, "Explicit expositio super libros de anima secundum magistrum Walterum de Burley, doctorem præcipuum."

Præmittuntur notitiæ de cautionibus in cista expositis, annis, 1466, 1470, 1471 et 1473, erasis nominibus.

XCIII.

Membranaceus, in folio, ff. 251, sec. xv. ineuntis, binis columnis exaratus, ex dono Will. Gray.

1. Walteri Burley liber de potentiis animæ; initio mutilus. fol. 3.

   Incip. in verbis, "——in organo sensus hoc potest intelligi."

Desin. "sicut appetitus sensitivus, ideo," etc.

In calce, "Explicit tractatus de potentiis animæ secundum W. Burley."

2. Ejusdem liber de principiis naturalibus. fol. 7.

Incip. "Sicut fructus est."

In calce, "Explicit tractatus M. Walteri Burley de principiis naturalibus. In mynde."

3. Conclusiones libri de differentia spiritus et anime. fol. 11 b.

Incip. "Bonorum honorabilium, etc. Anima, ut dicitur in libro de differentia."

4. Notificationes de diversis materiebus. fol. 13.

Incip. "Nota quod iste terminus."

5. Joh. Scharpe quæstiones de anima. fol. 14.

Incip. "Utrum anima intellectiva sit."

6. Ejusdem quæstiones super octo libros Physicorum. fol. 35 b.

Incip. "Cum tantum tria sunt intrinseca."

In calce, "Et in hoc finiuntur questiones alique circa libros phisicorum superficialiter collecte modo quo in scholis phisicis Oxon. disputari consuerant."

Deinde, "Hec per magistrum Johannem Acutum."

7. Walteri Burley quæstiones super Meteororum libros quatuor brevissimæ. fol. 91 b.

Incip. "De primis ergo causis; In primo libro, qui liber metheororum intitulatur."

In calce, "Explicit expositio M. Walteri Burley, super 4 libros metheororum secundum literam brevis et utilis."

8. Johannis Scoti quæstiones super libros eosdem; quoad tertium figuris instructæ mathematicis. ff. 108–148 b, 96–107.

Incip. "Circa primum metheororum, queritur utrum de impassionibus metheoricis;" ut in edit. impress.

In calce, "Explicunt questiones super 3 libros metheororum secundum Scotum doctorem subtilem."

In marg. infer. fol. 131 b depictus est a librario vulpes toga seculari et cucullo monachali habitus, benedictionem quasi impertiens anseri pullisque juxta stantibus.

9. Johannis Dedecii, sive Dedeci, Commentarius in Aristotelis Ethicorum libri decem. f. 149.

Incip. "——est in ordine declarandum includens materiam tercii articuli."

Desin. "——ciose declin . . . . delectabiliter ex . . . . concedat Qui . , ."

Lineæ tam initiales, cum litera aurea, quam extremæ, una cum clausula finali authoris nomen exponente, hodie a nebulone quodam excisæ sunt.

Cf. MS. infra cxvii.

10. Antonii Andreæ, ord. minor. commentarius super Aristotelis Metaphysicorum libros duodecim. fol. 195 b.

Incip., excisa litera initiali, "——circuivi sola . . . doctrinam Aristotelis et . . . . scientia metaphisica."

Desin. "super universam creaturam per infinita secula seculorum, Amen."

In calce, "Expliciunt questiones super metaphisicam Aristotelis secundum novam translationem fratris Antonii ordinis minoris de provincia Aragonie, Amen."

Sequitur quæstio quæ debet esse ad finem libri sexti.

XCIV.

Codex membranaceus, in folio, ff. 135, sec. xiv., binis columnis exaratus, olim Willelmi Rede, ep. Cicestrensis, ex dono Nicolai de Sandwyco, postea coll. Ball. ex dono ejusdem Willelmi.

Averrois commentarius super Aristotelis Physicorum libros octo.

Incip. "Quoniam dispositio scientie et certitudinis, etc. Incepit hunc librum a causa propter quam fuit consideracio."

Desin. "in secunda figura primum motorem non esse corpus nec virtus in corpore."

In calce, "Explicit octavus liber phisicorum."

XCV.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 232, sec. xv. ineuntis; binis columnis nitide exaratus; ex legato M. Johannis Malverne, S.T.B. et quondam coll. Ball. capellani.

1. Walteri Burlæi super Aristotelis Ethicorum libros decem commentarius, propositionum tabula cuique libro annexa; initio mutil. f. 3.

Incip. in verbis, "——cionibus exercitatis et probatis ad aliquem finem bonum eorum que in vita."

2. Ejusdem Walteri in Politicorum libros octo commentarius, cum tabulis. fol. 162.

Incip. "Ut dicit philosophus Eticorum quinto re familiari oportet ei qui gratiam;" ut in edit.

In calce tab. ult. "Explicit liber Politicorum et liber Ethicorum in eodem volumine."

In fine, "Et in hoc finitur intencio Aristotelis super totum quod translatum est de Greco in Latinum super librum Politicorum; et Deo qui dedit intelligere sint gratie infinite."

XCVI.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 102, sec. xv. ineuntis, binis columnis exaratus; ex dono, testante Langbainio, Will. Gray.

Domini Marlo^{is}, magistri in artibus Tholosani, et canonici de Timsey, quæstiones super octo libros Physicorum Aristotelis; cum prologo.

Incip. prol. "Venite ad me, etc. Quot et quantos fructus scienciarum noticiam et cognicionem nobis inferat."

Incip. quæst. i. "Queritur primo, Utrum substancia finita in suo conceptu communi, in quantum naturalis sit."

Desin. "et per consequens de questionibus tocius libri Phisicorum."

In calce, "Expliciunt questiones super 8 libros phisicorum compilate a domino Marlo^{is} magistro in artibus Tholose ac canonico de Timsey, etc."

Sequuntur indices duo, alter alphabeticus, quæstionum alter.

XCVII.

Membranaceus, in folio, ff. 135, sec. xiv. ineuntis, binis columnis nitide exaratus; ex dono Willelmi Gray.

1. Johannis Buridani quæstiones super octo libros Physicorum; prævia cuique libro tabula capitulorum. fol. 2.

Incip. "Bonum sicut habetur Ethicorum quarto; etc. Quero igitur primo, Utrum scientia naturalis est scientia de omnibus rebus."

Desin. lib. 8, "Sine composicione aliqua et trinus et unus; Qui est benedictus," etc.

Sequitur tabula, cui succedit, "Expliciunt questiones tocius libri phisicorum edite a reverendo philosopho magistro Johanne Buridani scripte Parisius et finite anno Domini m. cccc. secundo."

Ordo foliorum mire a bibliopego confusus est, omnibus scilicet a medio quarti ad initium octavi libri ad finem tractatus sequentis rejectis, ubi iterum transpositæ sunt quaterniones.

2. Ejusdem forsan commentum super libros de cœlo et mundo. fol. 80 b.

Incip. "Utrum philosophiam speculativam ratione sue dignitatis, rectum sit vocare scientiam veritatis."

Defic. in verbis, "a Beda Strabo et Basilio, sicut dicit Sanctus Thomas"——

XCVIII.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 282, sec. xv., binis columnis bene exaratus, sed initio mutilus; ex dono ejusdem.

1. Alberti Magni Elenchorum Sophisticorum libri duo. fol. 2.

Incip. in cap. ii. verbis, "consequentie evenire vel accidere: diversum dico ab his, que posita sunt;" ut in edit. tom. i. p. 842.

In calce, "Explicit liber elenchorum fratris Alberti Magni Theotonici de ordine fratrum Predicatorum; Deo gratias."

2. Ejusdem commentarii super Aristotelis Metaphysicorum libros tredecim. fol. 61.

Incip. "Naturalibus et doctrinalibus jam quantum licuit scientiis;" ibid. tom. iii. part. ii.

In calce, "Explicit commentum fratris Alberti Theotonici de ordine predicatorum, episcopi quondam Ratisponensis, summi philosophi, super methaphisicam Aristotelis."

XCIX.

Membranaceus, in folio, ff. 319, sec. xiv., binis columnis exaratus; ex dono M. Roberti Clothale.

1. Alberti Magni commentarius super Aristotelis Metaphysicorum libros tredecim. fol. 1.

Tit. "Incipit liber Methaphisice primus, qui totus est de stabilimento hujus scientie," etc.; ut inter opp. tom. iii. part. ii.

2. Ejusdem? quæstio de separatione animæ a corpore, etc. fol. 174.

Incip. "Quia apud nonnullos eorum qui philosophiam profitentur dubium est de anime separatione a corpore."

3. Simplicii commentarius super Aristotelis libros de cœlo et mundo, in partes duas distinctus, interprete Gulielmo de Morbeka. fol. 183.

Incip. pars i. "Intencionem tractatus Aristotelis de celo Alexander ait de mundo."

Incip. pars ii. quæ est super lib. ii. et reliqua; "Quoniam quidem igitur neque factum est omne celum neque contingit."

Desin. "quam habes ad omnia a te perducta; Huc usque Simplicius."

In calce, "Ego autem frater Guylermus de Morbeka de ordine fratrum predicatorum, domini pape penitenciarius et capellanus, hoc cum magno corporis labore ac multo mentis tedio Latinitati offero, putans in hoc translacionis opere me plura Latinorum studiis addidisse. Expleta autem fuit hec translacio Viterbii anno Domini 1271, 17 kal. Julii post mortem bone memorie domini Clementis pape quarti, apostolica sede vacante."

C.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 284, sec. xiv., binis columnis optime exaratus; ex dono Willelmi Gray.

1. Alberti Magni commentum super Physicorum libros octo. fol. 2.

Incip. "——animal erit altera et secundum esse cujuslibet particularis erit altera. Sicut ergo;" ut in edit. tom. ii. p. 3, col. 1.

In calce, "Finitur comentum domini Alberti Magni, episcopi Ratisponensis, super octo libris Phisicorum Aristotilis. Deo gratias."

2. Ejusdem commentum super libros tres de anima. fol. 195.

Incip. "Omnibus, que de corpore mobili;" ut ibid. tom. iii. part. i.

In calce, "Explicit comentum domini Alberti Magni supra libros de anima Aristotilis."

CI.

Membranaceus, in 4to, ff. 202, sec. xv. ineuntis; ex legato Will. Saxton, sive Shaxton, quondam socii.

Alberti Magni de vegetabilibus et plantis libri septem.

Tit. "Albertus de vegetabilibus. Incipit primus noster liber de vegetabilibus."

Incip. "Universalibus principiis;" ut inter opera, edit. Jammy, tom. v. p. 342.

In litera initiali picta est auctoris effigies in horto legentis.

In calce, "Explicit liber septimus et ultimus vegetabilium et plantarum secundum venerabilem doctorem et egregium philosophum Albertum, episcopum Ratisponensem."

CII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 224, sec. xiv. ineuntis, binis columnis haud una manu exaratus; ex dono Willelmi Gray.

1. Alberti Magni super Aristotelis Physicorum libros octo commentarius. fol. 3.

Tit. "Incipit liber Phisicorum sive auditus phisici tractatus primus de prelibandis ante scientiam;" etc.

Incip. "Intencio nostra in scientia naturali;" ut in edit. cit. tom. ii. part. i.

In calce, "Finis adest, finis scriptori sit sine ruinis."

---

2. Ejusdem in libros de cœlo et mundo commentarius. fol. 150.

Tit. "Incipit liber primus de celo et mundo tractatus primus, quod mundus est perfectus."

Incip. "De celo et mundo in hoc secundo libro;" ut ibid. tom. ii. part. ii.

In calce, "Explicit liber de celo et mundo; Deo gracias et beate virgini et Magdalene."

CIII.

Membranaceus, in folio, ff. 293, sec. xiii. exeuntis, binis columnis bene exaratus; ex donatione M. Willelmi Saxton, coll. Ball. socii.

Alberti Magni de animalibus libri sex et viginti.

Tit. "Liber animalium primus, qui est de communi diversitate animalium."

Incip. "Scientiam de animalibus secundum eam;" ut inter opera, tom. vi. p. i.

In calce, "Explicit liber de animalibus."

CIV.

Membranaceus, in folio, ff. 200, secc. xiii. exeuntis et xiv.; quoad partem posteriorem binis columnis exaratus; ex dono Will. Gray.

1. Ægidii Romani de primo principio et de esse et essentia liber. fol. 2.

Incip. "Questio est utrum sit dare."

2. Ejusdem quæstiones de cognitione Angelorum. fol. 50.

Incip. "Questio est utrum angelus intelligat seipsum per essentiam suam, et videtur quod non; quia aliqua causa est, propter quam angelus intelligat."

In calce, "Expliciunt questiones disputate de cognitione angelorum edite a fratre Egidio de Roma, ordinis fratrum heremitarum Sancti Augustini, complete Baiocis."

3. Ejusdem quæstiones de ævo sive de mensura Angelorum. fol. 107 b.

Incip. "Questio est de mensura Angelorum et primo queritur utrum evum sive eternitas participata sit mensura angelorum."

In calce, "Expliciunt questiones de mensura Angelorum edite a fratre Egidio de Roma;" etc.

Sequitur initium tantum quæstionis cujusdam quodlibeticæ, incip. "Ut questiones in nostra."

---

4. Petri de Alvernia expositio in Aristotelis librum de somno et vigilia. fol. 162.

Incip. "Secundum philosophum secundo phisicorum, Quæcunque movent mota sunt naturalis considerationis; quæcunque enim movent."

In calce, "Hec est expositio magistri Petri de Avernia super libro Aristotelis de sompno et vigilia, sequendo prout potuit intencionem ipsius, et qua si defecit non malicie sed ignorancie aut instanciis postulancium pocius imponatur."

5. Ejusdem expositio super librum de juventute et senectute. fol. 176.

Incip. "Sicut dicit philosophus primo, Innota est nobis via ex nobis nocioribus et prioribus, innociora et priora."

6. Ejusdem super librum de morte et vita. f. 183.

Incip. "Postquam philosophus determinavit."

In calce, "Explicit sentencia magistri Petri de Alvernia de morte et vita."

7. Ejusdem super librum de motibus Animalium; imperf. fol. 184 b.

Incip. "Sicut innuit philosophus in tertio Phisicorum, volentem considerare de natura."

In calce, "Explicit libellus de motibus animalium expositus per magistrum Petrum de Alvernia."

---

8. Quæstiones duæ de materia. ff. 191, 195.

Incip. i. "Questio est utrum materia in sua essentia."

Incip. ii. "Questio est utrum materia prima ab omni forma denudata aliquid habeat activitatis sive entitatis."

Desin. "quod divina essentia non actus fluens unde potuit sibi per generacionem sed per creacionem facta fuit."

In calce est tabula ad inveniendum epactum anni per cyclum annorum viginti octo ab an. 792 ad an. 1408.

CV.

Codex membranaceus, in folio, ff. **171**, sec. xiv., binis columnis exaratus; ex dono Will. Gray.

1. Averrois expositio super Aristotelis Parva Naturalia; scilicet,

a. De sensu et sensato. fol. 2.

Incip. "Virtutes quidem sensibiles."

b. De memoria et reminiscentia. fol. 5.

Incip. "Iste tractatus incipit."

c. De somno et vigilia. fol. 6 b.

Incip. "Somnus ergo et vigilia."

d. De longitudine et brevitate vitæ. fol. 10 b.

Incip. "In hoc tractatu."

e. De morte et vita. fol. 11 b.

Incip. "Continue alternantur."

f. De vegetabilibus. fol. 12.

Incip. "Vita in animalibus."

2. Themistii commentarius super Aristotelis libros de anima. fol. 15.

Incip. "Bonorum; etc. De anima quæcunque est possibile scientia."

3. Anonymi super eosdem expositio. fol. 65 b.

Incip. "Intendit per subtilitatem."

In calce,

"Explicit expliceat, ludere scriptor eat."

CVI.

Membranaceus, in folio, ff. **220**, sec. xiii. exeuntis; binis columnis exaratus; ex dono Joh. Dokkes, coll. Ball. socii.

Anonymi cujusdam [sed Averrois] commentarius super octo libros Physicorum Aristotelis cum

duplici textu, altero ex nova translatione, altero ex antiqua.

Incip. comment. "Incepit hunc librum a causa propter quam fuit consideracio hujus sciencie in cognicione causarum rerum."

Desin. "primi motoris virtus est infinita concludit in secunda figura primum motorem non esse corpus nec virtus in corpore."

CVII.

Prætermissus est iste numerus.

CVIII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 126, sec. xiii. exeuntis; binis columnis exaratus.

1. Petri de Alvernia expositio super Aristotelis libros de cœlo et mundo. fol. 2.

Incip. "Sicut dicit philosophus in primo phisicorum."

Desideratur hodie libri tertii pars extrema, et quartus totaliter; defic. in verbis, "primo sunt terra et aqua, aer et ignis"——

2. Ejusdem commentarius super Aristotelis Meteororum libros; initio mutil. fol. 50.

Incip. in verbis, "——aer, oportet quod totum intermedium terre et lune non est repletum."

In calce, "Explicit sentencia magistri Petri de Alvernia super libris Metheororum Aristotelis; Deo gratias."

3. Conclusiones ex Aristotelis Ethicorum libris, anonymo compilatore. fol. 105.

Incip. "Prima conclusio hujus libri."

In calce, "Hic finem habent, que in decimum interpretaciones. Hec secundum meam potestatem: si autem aliquis habet meliora et pulcriora dicere, et erit o Domine et conditor Crucifixe propter ineffabilem amorem hominum omnino optimus et doctor iste venerabilissimus mihi, et mea quidem sint igni cibus, quæ autem illius in semper animabus bonum amantibus et Dei formosissimis."

Deinde, "Qui fecit et scripsit hec, scriptus sit in libro, de quo dicitur, Dignus es, Domine, accipere librum et solvere signacula ejus; Amen."

CIX, CX, CXI.

Prætermissi sunt numeri isti, seu forsan codices olim ita signati novum invenerunt pluteum.

CXII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 174, sec. xiv. ineuntis, binis columnis exaratus; ex donatione Eliæ de Asschby.

1. Anonymi cujusdam commentatoris [Buridani?] expositio super Aristotelis Metaphysica. f. 3.

Incip. "Consideracio quidem in veritate, etc. Quid ista scientia perscrutatur."

Desin. "secundum quod est finis. Explicit."

2. In libros de generatione et corruptione. f. 105.

Incip. "Intencio nostra in hoc libro."

3. Averrois de substantia orbis liber. fol. 116.

Incip. "In hoc tractatu intendimus perscrutari de rebus ex quibus componitur corpus celeste."

4. Liber de Causis cum commentario. fol. 119 b.

Incip. "Omnis causa," etc. "Quod est quia causa Universalis prima."

5. De articulis fidei. fol. 123 b.

Incip. "Quicquid est causa cause est causa causati."

In calce, "Explicit de articulis fidei. Finito libro reddatur gloria Christo; Amen."

6. In librum de sensu et sensato. fol. 127.

Incip. "Virtutes quidem sensibiles."

7. De memoria et reminiscentia. fol. 129.

Incip. "Incipit perscrutari."

8. De somno et vigilia. fol. 130 b.

Incip. "Sompnus igitur et vigilia."

9. Aristotelis Politicorum libri octo. fol. 133.

Incip. "Quoniam omnem civitatem."

10. Ejusdem Magnorum Moralium libri septem. fol. 161 b.

Incip. "Quoniam eligimus dicere."

In calce, "Explicit liber magnorum Ethicorum Aristotelis Stragerite, etc."

11. Ejusdem Œconomica. fol. 171.

Incip. "Iconomica et politica differunt."

In calce, "Explicit Yconomica Aristotelis translata de Greco in Latinum per unum archiepiscopum et unum episcopum de Grecia et magistrum Durandum de Alvernia, Latinum procuratorem Universitatis Parisiensis tunc temporis in curia Romana.

Actum Anagnie, in mense Augusti Pontificatus domini Bonifacii pape VIII. anno primo."

12. In librum de longitudine et brevitate vitæ. fol. 173.
Incip. "In hoc tractatu perscrutatur."

13. Albredi, potius Alberti, commentarius super librum de plantis. fol. 173 b.
Tit. "Albredus super librum de plantis;" deinde manu recentiori, "quod T. Chace."
Incip. "Vita in animalibus, etc. Inferioris mundi corpora quatuor sunt."

CXIII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 164, sec. xv., binis columnis exaratus; ex dono Will. Gray.

1. Anonymi cujusdam commentarius super Aristotelis Metaphysicorum libros xii. fol. 2.
Incip. "Consideracio quidem; Quia ista scientia perscrutatur simpliciter de veritate;" ut in codice modo memorato, excepto quod in hoc codice ad finem lib. xii. habentur triginta circiter lineæ quæ in altero desiderantur.

2. Procli Diadochi Lycii, philosophi Platonici, elementatio theologica, interprete Gulielmo de Morbeka. fol. 144.
Incip. "Omnis multitudo participat."
In calce, "Completa fuit translacio hujus operis Viterbii a fratre G. de Morbecha, ordinis fratrum Predicatorum xv. kal. Junii, anno Domini m°. cc°. lx°. viij°."

CXIV.

Membranaceus, in folio, ff. 186, sec. xiv. ineuntis, binis columnis exaratus; ex legato Laurencii de Thornhill.

1. Averrois commentarius in Aristotelis Physicorum libros octo, cum procemio. fol. 2.
Incip. procem. "Intencio mea in hoc sermone est."
Incip. "Incepit hunc librum a causa."
Desin. "est virtus in corpore; Explicit commentum libri Phisicorum."

2. Ejusdem Averrois tractatus de substantia orbis. fol. 164.
Incip. "In tractatu intendimus perscrutari."
In calce, "Explicit tractatus Averoys de substantia orbis."

3. Ejusdem commentum super librum de sensu et sensato. fol. 167.
Incip. "Virtutes quedam sensibiles."

4. Ejusdem super librum de memoria et reminiscentia. fol. 169.
Incip. "Secundus incipit de rememoratione."

5. Ejusdem super librum de somno et vigilia. fol. 170.
Incip. "De sompno et vigilia dicendum."

6. Ejusdem in librum de longitudine et brevitate vitæ. fol. 172.
Incip. "Et in hoc tractatu perscrutatur de causis."

7. Ejusdem super libros duo de generatione et corruptione. fol. 173.
Incip. "Intencio in hoc libro est."

8. Ejusdem super quartum Meteororum. f. 182 b.
Incip. "Postquam visum est."
In calce, "Explicit comentum super quartum Metheororum."
Sequitur distichon *manu sec.*
"Nunc lege, nunc ora, nunc cum fervore labora;
Sic est hora brevis, et labor ipse levis; quod Wyke."
In fol. ult., "caucio .... exposita in cista Vaghan, ... die lune .... m.ccc.xxviij."

CXV.

Membranaceus et chartaceus partim, in folio, ff. 202, sec. xv., binis columnis exaratus; ex dono Willelmi Gray.

Johannis Buridani commentarius in Ethicorum Aristotelis libros decem.
Incip. "Bonitatis et nobilitatis excellenciam philosophie moralis;" ut in edit. Oxon. 1637.
Desin. "et sic est finis questionis hujus decimi Ethicorum saltem in tanto quantum magister Johannes Byridani, cujus est totum istud opus creditur conscripsisse," etc.
In calce, "Explicit Colinus."
In initio et fine sex sunt folia rejectanea commentarium super distinct. xviii. [Sentent. lib. i.] exhibentia scil. de nomine doni in Divinis.

CXVI.

Membranaceus, in folio, ff. 266, sec. xiv., binis columnis bene exaratus et servatus.

Eustratii, episcopi Nicæni, commentarius in Ethicorum Aristotelis libros decem, cum prologo.

Tit. "Eustratii metropolitani Nikee narracio in primum Aristotilis Moralium ad Nichomachum."

Incip. præf. "Philosophia in duas divisa partes."

Incip. text. "Omnis ars;" ut in versionibus tribus Frib. Brisg. editis, p. 180.

Incip. comment. "Consuete Aristoteles universale preordinat et in presenti doctrina."

Versio commenti istius eadem a Bandinio recensita est, in Catal. Codd. Laurent. tom. iii. col. 174.

Præcedit notitia de cautione exposita in cista de Vacham et Hesy [Vaughan et Hussey], in vigil. B. M. Concept. pro decem marcis, anno 1376 "et caveat M. Thomas Lyndelow."

CXVII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 245, sec. xv., binis columnis nitide exaratus; ex dono Georgii Nevyll, ep. Oxon.

1. Johannis Canonici quæstiones super Aristotelis Physicorum libros octo. fol. 1 b.

Incip. "Venite ad me," etc. "Quot . . . . . ntos functus scientiarum noticia;" ut in edit. Venet. 1492.

Præcedit fragmentum, quo concluditur 'Metaphisica fratris Antoni,' desin. "super universam creaturam a seculo et usque in seculum; Amen."

2. Duns Scoti super Meteororum libros quæstiones. fol. 108.

Incip. "Circa primum," ut in editt.

Desiderantur hic quæstiones octava et nona in tertium librum et pars septimæ.

3. Ejusdem quæstiones super secundum et tertium de anima. fol. 169.

Incip. "Queritur Utrum sensus," ut in editt. impress.

In calce, "Expliciunt questiones D. super secundum et tercium de anima, Amen;" etc.

4. Dedecii commentarius super Aristotelis Ethicorum libros quatuor priores. fol. 189 b.

Incip. "Utrum ad felicitatem sub ratione finis ultimi appetitus rationalis debeat."

Cf. Cod. MS. supra XCIII. fol. 149.

CXVIII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 233, sec. xiii. exeuntis; binis columnis exaratus.

1. Ægidii de Columna Romani expositio super Aristotelis Physicorum libros octo; cum indice, sed imperfecto. fol. 5.

Incip. "Naturalis scientia est anima;" ut in edit. Venet. 1502.

In calce, "Sit nomen Domini benedictum quoniam completa sententia libri Phisicorum est, edita a fratre Egidio Romano, ordinis heremitarum S. Augustini; Deo gratias."

2. Ejusdem tractatus de Intellectu. fol. 201.

Incip. "Quia nonnulli dubitant."

3. Thomæ Aquinatis de ente et essentia libellus. fol. 205 b.

Incip. "Quia parvus error in principio."

In calce, "Explicit liber de ente et essentia secundum fratrem Thomam de Aquino."

4. Ægidii Romani liber de gradibus formarum. fol. 209.

Incip. "Dixisti Domine Jhesu Christe."

In calce, "Laus ergo sit Ipsi Christo, Dei filio, Qui cum sit ars omnipotentis et sapientis Dei plena rationum omnium viventium;" etc.

In calce, "Caucio Johannis Laurens exposita in nova cista Universitatis die Sabbati prox. ante fest. Annunciat. 1324;" occurrunt quoque alia sed hodie plus minus deleta.

CXIX.

Membranaceus, in folio, ff. 231, sec. xiii. exeuntis, binis columnis exaratus; ex legato Edmundi de Mepham.

1. Ægidii Romani expositio super Aristotelis Elenchorum libros duo; cum præfatione ad Philippum, com. Flandrensis filium. fol. 4.

Incip. "Nature sagacitas ex ejus;" ut in ed. Venet. 1500.

In calce, "Explicit sentencia super libro Elenchorum edita a fratre Egidio de Romano, ordinis fratrum Eremitarum Sancti Augustini."

2. Ejusdem Ægidii commentarius super libros Posteriorum. fol. 71.

Incip. "Sicut dicit Aristoteles."

3. Ejusdem in libros de anima commentarius, prævia epistola ad Jacobum Johannis Gajetani, Rotomagensem canonicum. fol. 112.
   Incip. "Dum infra me tacitus cogitarem;" ut in edit. Venet. 1501.
   In calce, "Explicit sentencia super libro de anima edita a fratre Egidio;" etc.
4. Ejusdem expositio in libros de generatione et corruptione. fol. 185.
   Incip. "Anima ut testatur philosophus est quodammodo;" ut in edit. 1526.
   In calce, "Explicit sentencia;" etc.
5. Thomæ Aquinatis commentarius in libros duo de Interpretatione; prævia præfatione ad præpositum Lovaniensem. fol. 221.
   Incip. "Sicut philosophus dicit;" ut in editt.
   Præmittitur codici notitia, "Iste liber legatus erat domui de Balliolo in Oxonia per magistrum Edmundum de Mepham; qui quidem liber inveniebatur expositus in cista de Vahghan pro v. s. et vi. d. quam pecuniam solvit domus predicta dicte ciste librum extrahendo 1330." Cautio quoque fuit liber iste Johannis Laurens, anno 1324, et Jacobi de D . . . . a "exposita pro scolis que dicuntur Helle, die Mercur. prox. ante fest. Natalis S. Joh. Bapt. A. D. 1296," atque iterum exposita pro scolis eisdem die translat. S. Thomæ, 1297.

CXX.

Hodie desideratur. Continebat,
1. Fabri Stapulensis paraphrasis in Physica.
2. Ejusdem Introductio in Metaphysica.

CXXI.

Codex chartaceus, in folio, ff. 148, sec. xv., ex dono Ricardi Bole, archidiac. Eliensis.

Valerii Maximi Factorum Dictorumque memorabilium libri novem, cum glossis marginalibus interlinearibusque perpetuis, necnon capitum rerumque indicibus illustrati.

Tit. "Vallerii Maximi factorum dictorumque memorabilium ad Tiberium Cesarem liber primus incipit."

In calce,

"Natalis Christi lux previa contulit isti,
Finem operi sit honor, cui laus atque decor;
Mille quater centum cum nono dant paramentum,
Dum requies baculo hic labor est maculo."

Sequitur expositio nominum officiorum et dignitatum urbis Romæ, necnon abbreviaturarum eorundem in historiis Romanis occurrentium.

CXXII.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 368, sec. xv., binis columnis exaratus; ex dono Will. Gray.

Valerii Maximi Dictorum factorumque memorabilium libri novem, Dionysii de Burgo commentariis instructi.

Incip. comment. "Valerius huic operi suo primo prohemium posuit;" ut in edit. impress.

Præcedunt, a. Tabula capitulorum. b. Commentatoris præfatio ad Johannem de Columna, S. Angeli diaconum Cardinalem, incip. "Moralium philosophorum attestante."

CXXIII.

Chartaceus, in folio, ff. 170, sec. xv., ex dono Ric. Bole, olim socii.

1. Ægidii Romani opus de regimine principum, in partes quatuor distinctum. fol. 2.
   In calce, "Finis libelli de principum eruditione."
2. Anonymi cujusdam commentarius super Sallustii bellum Catilinarium. fol. 103.
   Incip. "Cum simus lecturi Salustium, scire debemus quod quatuor in eo sunt inquirenda."
   In calce, "Finit expositio super Salustio in Catelinario."
3. Commentarius in bellum Jugurthinum. f. 122.
   Incip. "Ut a principio promisit."
   In calce, "Finiunt glose;
   Pars ocii Fulham, reliquum superaddit Olente."
   Sequitur expositio nominum in expositione modo memorata exhibitorum, incip. "Legio est sex milium lxvi. armatorum."
4. Gasparini [Bergomensis] de elocutione libellus. fol. 163.
   Incip. "Cum omnes commodæ et perfectæ aelocutionis præceptio in tres partes."
   In calce, "Gasperinus de ælocutione finit."

CXXIV.

Chartaceus, in 4to, ff. 227, sec. xv., ex dono venerabilis viri Willelmi Worcestre, quon-

dam scolarii aule cervine, de beneficiis domini Johannis Fastolffe militis de Northfolchia, collegio Ballioli in Oxonia.

1. Cosmographia mundi cum naturis arborum, plantarum, specierum diversarum, de manu et studio magistri Johannis Free, quondam socii aule sive collegii de Balliolo Oxon. et postea doctoris professi in medicina in universitate Paduæ. fol. 1.

Incip. "Mundus, et hoc quod nomine alio cœlum appellari libuit, cujus circumflexa."

Opus istud nihil aliud est præter excerpta ex Plinii Historia Naturali per singulos libros, a secundo incipiens in vigesimum desinens.

In margine primi folii adjecit manus aliquantulum recentior, "De cosmografia mundi necnon de speris celestibus compilata per magistrum Johannem Freas de Brist[ollia] natus et in Italia Padue de ejus propria manu scriptus." .... "et idem magister fuit in collegio vocato Balyollo et ex postea in Italiam studens Padue, Rome doctor professus in medicinis lege civili ac Greca lingua sufficienter instructus."

2. Diodori Siculi libri sex priores ex translatione ejusdem Johannis, seu potius Poggii Bracciolini Florentini, prævia epistola ad Paulum papam V. fol. 138.

Incip. ep. "Nullus autem quantumvis præclarus rerum scriptor fuit."

Incip. versio, "Magnas merito gratias rerum."

Desin. "Greci postea expulsis inde Caribus barbaris pluribus ex eis tenuerunt."

Præcedunt in margine scriptæ notitiæ quæ sequuntur,

a. Magister Johannes Free compilator [superscript., 'translator'] et scriptor hujus sequentis operis natus erat in civitate Londoniarum, et pro Londoniensi electus et admissus socius atque juratus in collegium Ballioli tempore magistri Ricardi Luke, Londoniensis et senioris socii sive consocii eidem; et in loco dicti M. Jo. Free successit Johannes Burton, post quem magister Pott, et post eum Johannes Suthworth.

b. Magister Johannes Freas de Bristow natus in Italia compilavit istud opus ad dominum papam Paulum viz. 6 libros Diodori Siculi, poetice fabulando more gentilium circa annum Christi 1464, et est de manu propria dicti Johannis Free de Greco in Latinum per ipsum translatus; et ex merito dominus Papa contulit sibi beneficium episcopatus Bathoniensis; et obiit infra mensem consequentem prefatum donum, quod dolendum est, cujus anime propicietur Deus.

c. Iste magister Johannes Free beneficiatus erat Bristollie, quoniam rector Sancti Michaelis ibi in Monte, et plures ibi habuit manentes de affinitate, quos ibi novi, postquam ego sum effectus vicarius ibi S. Michaelis et prior kalendarium."

In calce, "Insula Creta est principalissima omnium Cicladorum, etc. "ut in libro vocato——amplissime declaratur per Christophorum Baldemont, ad Cardinalem de Ursinis compilatum, qui quidem liber remanet cum Willelmo Worcestre, quondam possessore hujus libri de cosmographia mundi. De properti .. er, dictus Botoner."

CXXV.

Codex membranaceus, in folio, ff. 216, sec. xv., ex dono Will. Gray.

1. Historiæ Romanæ libri sedecim, quorum priores decem sunt Eutropii et reliqui sex Pauli diaconi, omnes in unum corpus redacti et glossis marginalibus prologoque adaucti per Gulielmum, monachum Malmesburiensem. fol. 1.

Tit. "Incipit liber primus Pauli et Eutropii de gestis Romanorum."

Concordant initium et finis historiarum cum iis a Muratorio inter Rerum Ital. Scriptt. editis tom. i. pp. 1—108, l. 6.

In calce lib. x. "Huc usque Eutropius, cui Paulus quedam annexit; Sequencia Paulus collegit."

Præcedit prologus "Willelmi Malmesburiensis ad notificationem operis sequentis;" quam sic exscribimus, "Sequentes x. libros de gestis Romanorum Eutropius ad Valentem Imperatorem edidit, quibus quia Paulus montis Cassinensis monachus multa adjecit, cure nobis fuit nomina eorum separatim ponere ut quid a quo dictum sit lector possit intelligere. Sequentes eciam v. libros

usque ad Justinianum idem Paulus ex pluribus auctoribus et maxime [Jord]ane contexuit, sicut in margine annotare cu[ravimus]; Paulo autem sicut Orosium preposuimus, ita Jordanem sub[junximus], ut ex utroque sane habeat lector integros quos iste putavit deflorandos: A Justiniano autem usque ad Ludovicum collegit Haimo, monachus Floriacensis."

Incip. gloss. marg. "Secundum Gennadium de viris illustribus floruit Eutropius anno Domini 437, tempore beati Augustini."

2. Jordanis, sive Jornandis, episcopi Ravennatis, natione Gothi, de gestis Romanorum ad Vigilium abbreviationis liber, cum notis marginalibus a Will. Malmesburiensi confectis. fol. 57.

Incip. prol. "Vigilancie vestre, nobilissime frater Vigili, gratias refero; quod me longa per tempora."

Incip. opus, "Romani ut ait Amblicius armis et legibus exercentes orbem."

In calce, "Jordanis episcopi Ravennatis, natione Gothi, de gestis Romanorum ad Vigilium liber adbreviationis explicit;" et in margine, "Notule inserende in marginibus libri abbreviationis Willelmi de Malmesburi excerpte ex actis Haymonis Floriacensis monachi incipientes a tempore Justiniani imperatoris."

3. Willelmi Malmesburiensis abbreviatio ex gestis Haimonis de Imperatoribus, cum prologo et notis marginalibus. fol. 86 b.

Tit. "Incipit adbreviacio Willelmi de gestis sequencium Imperatorum."

Incip. prol. "Precedencium gesta Imperatorum Jordanes episcopus et Paulus dyaconus texuerunt sequencium et acta."

Incip. hist. "Justinianus igitur ad cujus xxiiii. annum scribendo pervenit Jordanes."

4. Pauli Orosii presbyteri de Ormesta Mundi libri septem cum prologo notisque marginalibus. fol. 96 b.

Tit. "Incipit prologus libri primi Pauli Orosii presbiteri ad beatum Augustinum contra Paganos."

Præcedunt, 1. Testimonia de Orosio ex Gennadio, Hieronymi epistola ad Augustinum et ex Decretali Gelasii papæ primi. (2.) Orosii epistola ad Augustinum de miseriis mundi.

Incip. not. marg. "Quorum probitatem contra Romanos multum commendat Orosius."

---

5. Oratio Poggii [Bracciolini] edita in funere [Nicolai Albergati?] Cardinalis Florentini, perorata Constantiæ in exequiis ejusdem cardinalis. fol. 207.

Incip. "Etsi plurimo luctu doloreque impedior;" ut inter opera, edit. 1538, p. 252.

6. Guarini Veronensis oratio ad populum Veronensem in laudem Rectorum. fol. 211.

Incip. "Optavi cum sepe alias."

7. Gasparini Pergamensis orationes duæ, ad [Philippum Mariam de Vicecomitibus] ducem Mediolanensem. fol. 211 b.

Incip. i. "Gaudeo plurimum, illustrissime;" ut inter opera, tom. i. p. 151.

Incip. ii. "Quantum tue;" ib. tom. i. p. 36.

8. Leonardi [Bruni] Aretini ad Innocentium papam vii. fol. 213 b.

Incip. "Qui tuam laudant sanctitatem;"

9. Oratio Fr. Barbari in promotione Alberti Guidalocti, cum susciperet insignia doctoratus. fol. 214.

Incip. "Antequam ea que hodierno;" ut apud Pezium, Thesaur. tom. vi. part. iii. p. 165.

CXXVI.

Codex membranaceus, in folio, ff. 123, sec. xv., binis columnis nitide exaratus; ex dono Will. Gray; in calce mancus.

Francisci Petrarchæ epistolarum ad familiares libri viginti quatuor, præviis epistolarum lemmatibus.

Desiderantur tamen tum pars epistolæ primæ libri primi tum sex libri postremi.

Incip. i. in verbis, "——si quid altius loquaris; Infinite sunt varietates hominum.

Defic. lib. xviii. ep. 1. "eo quidem tempore hoc dixit, quo exempto jam rebus huma"——

CXXVII.

Membranaceus, in folio minori, ff. 161, anno 1450 manu T. Werkent nitide exaratus; ex dono Ric. Bole.

1. Francisci Petrarchæ, poetæ Laureati, de secreto conflictu querimoniarum suarum libri tres, cum procemio. fol. 2.

Incip. procem. "Attonito mihi quidem et sæpissime cogitanti;" ut inter opera, p. 331.

2. M. Tullii Ciceronis liber de Senectute. fol. 63 b.
Tit. "Marci Tullii Ciceronis de senectute liber incipit ad Titum Attilium, lege fœliciter, A. D. 1450."

3. Ejusdem liber de Amicitia. fol. 82 b.

4. Ejusdem liber de Paradoxis. fol. 103 b.
In calce, "Anno Domini nostri Jhesu Christi 1450, T. W. T. Werken."

5. Poggii Bracciolini de vera nobilitate liber, cum præfatione ad Cardinalem Cumanum. fol. 114.
Exstat inter opera, ed. Aucupario, p. 25.

6. Ejusdem in Avaritiam liber, prævia epistola ad Franciscum Barbarum. fol. 133.
Exstat in edit. cit. p. 1.
Incip. gloss. "Bonefacius; Antequam ad textum vel glosam primo discendam est sciendum quod Johannes Mo. Cardinalis in hoc summe commendandus;" et postea, "Bonefacius; Salutacio et contra id quod licet papa premittit scripsi post Vinc. in prohemio."

Desin. "dimittere; hec melius intelliges per notata scilicet de voto, quod super hiis in tercia glossa Jo. Andree."

2. Commentarius de Regulis juris secundum ordinem alphabeti dispositus. fol. 182 b.

Incip. "Non est nomen; Sic incipit glosa super rubrica, cujus glossæ principio et fini resistens faciam plura nova."

Incip. gloss. "Accessorium naturam; Regule juris civilis, ut videbis."

Desin. "plus urgentem pretermitto."

Sequuntur *man. recent.* quæstiones nonnullæ, sive casus, juridiciales.

CLXI.

Codex chartaceus, in folio, ff. 411, sec. xv., binis columnis scriptus; ex dono Willelmi Gray.

Anonymi cujusdam, Mediolanensis, sermones Dominicales Quadragesimalesque, cum prologo.

Incip. prol. "Quantum sim hoc opere perfecturus nescio, qui nec ipsius operis modum video nec quantum vel fidei vel saluti cujusquam prodesse possit intelligo. * * *. Maxime vero contigit ut primum cum essem Florentie in illa ecclesia pro diebus quadragesime hanc a me operam postularent. Cum igitur ut qui eram in hac exercitatione rudior pauca contuli quibus in exponendis illius temporis evangeliis proficerem. Eadem post Bononie necessitas incidit ut alios sermones haberemus."

Incip. serm. i. "Lumen ad revelationem," etc. "Quanquam totum humanum genus ante Christi adventum magna ignorancia et cecitate."

Ad fol. 78 b incipit ut videtur pars altera operis, cum procemio, incip. "Non deficit quidem ab initio hujus operis divini auxilii spes."

Incip. serm. "Non in solo pane," etc. "Homo ut plane constat secundum genuinam substantiam, hoc est carnem."

Ad fol. 349 divisio succedit tertia, incip. "In dominica Palmarum; Recte hoc nomen factum videtur quod huic ebdomade majores tribuerunt ut majorem eam ebdomadam dicerent."

Defic. opus, in verbis, "quia in ipsis vivificasti me; sed nunc eciam in evangelium"——

CLXII.

Chartaceus, in folio majori, ff. 300, sec. xv., binis columnis exaratus; ex dono ejusdem Willelmi.

[Dominici de S. Geminiano] commentarius super Bonifacii libri Sexti Decretalium libros priores duo, cum prologo.

Incip. prol. "Que glossa prima sine recitatione est legenda secundum Jo. Andreæ."

Incip. comment. "Bonifacius; Istud prohemium potest dividi in quinque partes tenendo quod salutacio sit de epistola."

Desin. ab initio tit. 'de vita et honestate Clericorum,' in verbis, "cap. Quoniam, ubi dicitur"—— ut supra in cod. 159.

CLXIII.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 217, sec. xii. exeuntis; binis columnis exaratus, ex dono ejusdem Willelmi.

Petri Chrysologi, episcopi Ravennensis, sermones centum septuaginta sex, prævia notitia Felicis episcopi de ipso, et capitum tabula.

Tit. "Incipit prologus Felicis episcopi in sermones beati Petri Ravennatis, ecclesie pontificis."

Incip. "Beatus pontifex," ut in Bandinii Catal. tom. iv. col. 309.

Incip. serm. i. "De duobus fratribus hereditatem petentibus; Hodie nobis Dominus," ut in edit. Venet. 1742, p. 1.

CLXIV.

Chartaceus, in folio, ff. 394, sec. xv., ex dono ejusdem Willelmi.

Sermonum collectio in concilio Basileensi annis 1436 seqq. factorum.

Tit. i. "Sermo in die Epifanie Domini anno 1436 in generali Basiliensi concilio factus per Ma. doctorem in theologia ordinis fratrum minorum."

Incip. "Intrantes domum invenerunt, etc. et in evangelio hodierne festivitatis novissime decantato."

Sermonum auctores, quorum nomina occurrunt liceat exscribere,

1. Simonis Freroni doctoris. p. 38.
2. Abbatis de Dritudaynan de Scotia et ambassiatoris regis Scotiæ. p. 72.
3. Johannis Albalcri, canonici regularis. p. 93.

   Ad p. 116 notatur, "Hunc sermonem compilavi ego Petrus Porquirii doctor S. P. in universitate Tholosana et provincialis minister fratrum minorum in provincia Aquitanie, quando eram Basilee, quam predicavi coram tota sacratissima universalis ecclesie synodo anno Domini 1435 dominic. iv. Quadragesimæ."
4. Johannis de Ronray, "prædicatus die Concept. B. M. V. m.cccc.xxxv." p. 149.
5. Jacobi, ep. Laudensis et magistri palatii apostolici. p. 179.
6. Collatio facta in ascensione Domini concilio Basileensi, 1432, a quodam magistro theologiæ de ordine Cisterciensi. p. 210.
7. Johannis de Polemar, sedis apost. causarum auditoris. p. 245.
8. Henrici Kaltysen, S. T. P. ord. Præd. p. 253.
9. Magistri Matthiæ, provincialis Saxoniæ. p. 266.
10. Johannis Didaci de Coca, Decret. doctoris, abbatis de Cernatos. p. 277.
11. P. Dignensis episcopi, in die Pentecostes 1434. p. 314.
12. Arnoldi de Glimis præpositi de Morsen, ord. Bened. in die Nativit. B. M. V. 1435. p. 330.
13. Guidonis de Versailles, S. T. B. in die S. Dionysii 1436, "in qua fuit processio et missa solemnis pro pace Franciæ." p. 357.
14. Johannis prior. Fornensis ord. Præmonst. dominic. iv. Quadragesimæ 1435. p. 370.
15. Domini decani Asto. su.. Compostellani. p. 407.

    Sequuntur hic Mauritii de Praga sermones duo in concilio Constantiensi habiti, 1416. p. 432.

    Incip. i. "Habeo vobis dicere, Joh. xvi. Originaliter et in officio misse transumptive, reverendissimi patres."
16. Fratris Willelmi Tuscanne, de observantia S. Francisci de Francia. p. 496.
17. Abbatis Cisterciensis sermo in adventu Bohemorum congregato concilio prolatus in consistorio publico. p. 512.
18. Abbatis de Mulbron, ord. Cisterc. p. 541.
19. De dominica xxiii. per priorem monasterii S. Benigni Divionensis, ord. Clun. de auctoritate et potestate concilii generalis. p. 589.
20. Thomæ de universitate Viennensi S.T.P. p. 608.

    Folium inter pp. 610 et 613 excisum est.
21. Henrici Bakel, seu Babel, de Deist S. T. P. in die SS. Philippi et Jacobi. p. 629.
22. Radulphi de Portu in Dominic. post Domini nativitatem. p. 650.
23. Sermo auditoris domini Legati. p. 665.
24. M. Matthiæ in octav. Assumpt. 1434. p. 703.
25. Episcopi Dignensis in die Epiphaniæ. p. 717.
26. Decani Turonensis in die S. Martini. p. 738.

27. Thomæ Francisci, S. T. P. in ascensione Domini. p. 771.

Incip. "Euntes in mundum, etc. Originaliter et in evangelio provincialiter lecto."

Desin. "tam diu postpositam tamque neglectam perficere studeatis, quod vobis concedere dignetur Unigenitus Dei Filius."

CLXV. (A.)

Codex chartaceus, in folio, ff. 446, sec. xv.

Sermonum apud Concilium Basileense habitorum volumen alterum.

Incip. i. "De puritate B. M. V. Conceptionis." Divi ac summi in terris interpretes juris humani."

Sunt,

1. Episcopi Laudensis. p. 45.
2. Johannis de Turre-Cremata, ord. Domin. Dominic. 2 Adventus. pp. 62, 613.
3. Dionysii doctor. Paris. Dominic. 1 Advent. 1[4]31. p. 77.
4. Johannis de Ragusio, ord. Præd. Dominic. ii. Advent. p. 92.
5. Joh. de Polemar, S. palatii apostol. causarum auditoris. p. 125.
6. Sermo in die S. Nicolai Dominic. ii. Advent. 1433. p. 155.
7. Thomæ Haselbach, ambassiator. Vienn. Alberti ducis Austriæ, in festo SS. Simonis et Judæ. pp. 174, 407.
8. Collatio M. Henrici Tock, canon. eccl. Magdeburg. in Quadrag. p. 209.
9. Collatio Joh. de Montemartis, canon. eccl. Wormacensis. p. 225.
10. Dom. decani de Salteya. p. 254.
11. Jacobi Villeti, ord. Carmel. Paris. p. 273.
12. Simonis Freroni in die Invent. S. Crucis. pp. 283, 307.
13. Prioris de Benignis de Divione in die SS. Philippi et Jacobi. p. 321.
14. Simonis Pinguis de Pane. p. 335.
15. Collacio M. Herbardi, canon. Luppsensis. p. 371.
16. Henrici Kalteysen, ord. Præd. in festo SS. Simonis et Judæ 1434. p. 378.
17. Provincialis Saxoniæ ord. min. in die S. Pauli Convers. p. 429.
18. Nicolai Jaqueri ord. Præd. in Dominic. post Quadrages. pp. 451, 461.
19. Abbatis S. Ewgendi [*sic*], ord. S. Benedict. de Burgundia de Nativitate B. M. V. 1433. p. 485.
20. Hieronymi de Praga, [in concilio Constantiensi.] p. 508.
21. Nicolai de Cremona in die S. Matthæi. p. 524.
22. Lupi de Galdo, ambassiat. regis Castellæ 1435. pp. 532, 542.
23. Vicarii Cluniacensis. p. 556.
24. Johannis Kasoloski de Polonia. p. 575.
25. Andreæ de Prato, provinc. Portugal. p. 597.
26. Collatio prioris S. Benigni de Divione. p. 627.
27. Johannis de Ronray, seu Rouray, thesaurarii Aviciensis, in die B. M. V. Conceptionis, et 1435. pp. 653, 769.
28. T. de Courcellis in S. Augustini festo. pp. 739, 755.
29. Mauritii de Praga sermones duo in concilio Constantiensi habiti. pp. 791, 807.
30. Ejusdem, vel ut habet correctio marginalis antiqua, Jo. de Ragusio, Dominic. Quadrages. in eodem concilio habitus. p. 819.
31. Nicolai Kasoloski, S. T. P. de Polonia in Dominic. post Pasch., mutilus. p. 844.
32. C. Cæcilii Lactantii Firmiani liber de ira Dei. p. 849.

In calce, "Explicit liber de ira Dei."

CLXV. (B.)

Codex chartaceus, in folio, ff. 220, sec. xv.

1. Anonymi cujusdam doctoris Parisiensis Allegationes in materia et facto subtractionis; [scil. de schismate inter Urbanum vi. et Clementem vi. eorumque successores Bonifacium et Benedictum xxix.] p. 1.

   Incip. "Nunc reges intelligite, etc. ut in psalmo quod intelligitur, ut nunc quando ecclesia est in tanta tribulatione, ut dicit Augustinus, in epistola ad Vincentium."

   Quærit auctor, Numquid reges et regna, Italia sc. Hungaria, Alemannia et Anglia qui a partibus Bonifacii stabant, tum obedientiæ Bonifacii, quam obedientiæ Benedicti, ipsis ambobus nolentibus renunciare possint, et obedientiam canonice subtrahere seu penitus denegare, etc.

2. Copia literæ capitanei rectorum et syndicorum Avinionensium, ad regem Aragonum; dat. Cæsar-Augustæ 6 Dec. 1318, cum responso. p. 101.

   Incip. "Rex Aragonum. Lecta et intellecta litera, quam misistis, qua excusationis."

3. Allegationes pro subtractione ab obedientia concertantium de papatu. p. 109.

Incip. "Primo videtur quod non licet obedientiam."

4. Collatio Conradi Satalis ep. Verdensis, facta in gratiam Ruperti Romanorum regis coram Antipapa. pp. 133, 189.

Incip. "Sanctissime pater, etc. Devotissimus Sanctitati vestræ filius princeps invictissimus."

5. Copia capitulorum et informacionis datorum per dominum Bonifacium domino Antonio de Monte Cateno, legum doctori per eum transmisso ad novum electum, scil. Rupertum, et copia bulle confirmationis novi Imperatoris electi. p. 137.

Incip. "Primo exponere qualiter."

Incip. bull. "Bonifacius, etc. Pater universe majestatis altissimus."

6. Ordo unionis per consilium de eodem schismate. pp. 149, 210.

Incip. "Secundum omnes per quemcumque modum."

7. Clementis papæ VI. bulla falsa de indulgentiis plenariis. p. 153.

Incip. "Clemens papa et episcopus servus servorum Dei ad memoriam reducendo causam."

8. Urbani v. constitutio contra petentes vel exigentes aliquid ab ingredientibus religionem. p. 162.

Incip. "Ne in vinea Domini."

9. Gregorii XI. quod religiosi quilibet subsint correctioni superiorum. p. 163.

Incip. "Gregorius, etc. Ad perpetuam rei memoriam et ad Romani pontificis prudenciam."

10. Responsum Benedicti papæ, quibusdam ambassiatoribus regis Franciæ et domini Aurelianensis. p. 165.

Incip. "Noverint universi, quod anno a Nativitate Domini mill. ccc. xcix. indict. sept. die xi. mensis Octobris."

11. Requisitio regis Aragoniæ et protestatio contra Cardinales et Avinionenses, in gratiam Benedicti; dat. 20 Dec. 1401. p. 173.

Incip. "Pateat universis quod nos Martinus, Dei gratia rex Aragonum."

12. Capitula per Romanorum regem et legatos Concil. Constant. ab una parte et dominos Ambassiatores Regum aliorumque principum obedientiæ Benedicti papæ xiii. ab altera; die Veneris, 13 Decemb. 1415, in capitulo novo S. Eccl. Narbonensis et in camera magnæ turris novi palatii. p. 181.

Incip. "Primo quod convocatio fiet per prelatos ceterosque viros ecclesiasticos."

13. Sermo in istud, 'Accepistis quomodo oporteat vos ambulare,' etc. p. 193.

Incip. "Et in epistola hodierne electionis."

14. Martini papæ ad Henricum regem Angliæ epistola, in gratiam Ricardi ep. London. dat. Mantuæ iii. Non. Decemb. an. Pont. ii. p. 201.

Incip. "Venerabilis frater Rycardus."

15. Qualiter fuerit status ecclesiæ in veteri et novo Testamento, et qualiter ecclesia fuit recta temporibus prædictis, et quot scismata et quot intrusiones fuerint in eccl. Rom. etc. secundum veras chronicas. p. 203.

Incip. "Postquam superius status et effectus."

16. Responsio Benedicti papæ facta regi Franciæ super facto unionis; dat. 24 Octob. p. 215.

Incip. "Receptis noviter jocundis rumoribus."

17. Tractatus quod regi Galliæ nec liceat nec expediat obedientiam Benedicto XIII. subtrahere; dat. 1397. p. 217.

Incip. "Primo ponam tres maximas."

18. Practica Justitiæ per Benedictum cum Martino reges Aragon. concordata pro unitate ecclesiæ facienda et pro parte ipsius domini nostri oblata. p. 241.

Incip. "Primo concordata inter ipsum dominum nostrum et parte ejus."

Sequitur additio facta pro parte regis Aragonum ad practicam supradictam.

19. Tractatus quod via justitiæ cum Practica supradicta est potius eligenda ad unitatem faciendam, quam via renunciationis utriusque partis. p. 244.

Incip. "Est autem considerandum quod non potest cogitari seu inveniri."

20. Facta et gesta compendiose scripta cum responsionibus tribus factis dominis ducibus a tempore assumptionis domini Benedicti XIII. ad papatum usque ad exitum hominum armorum de palatio et cessationem guerræ. p. 249.

Tit. i. "Informacio seriosa eorum que nuper facta fuerunt Avinion. per duces Franciæ et alios ex diversis sumptis occasionibus circa dominum nostrum papam."

Incip. "Et ante omnia est sciendum."

21. Anonymi cujusdam oratio coram rege Franciæ in præsentatione epistolæ Tholosanæ Universitatis. p. 269.
Incip. "Regum serenissime, etc. Coegit me quodammodo remittentem filia vestra."

22. Universitatis Tholosanæ epistola ad regem Franciæ pro restitutione Benedicti papæ. p. 289.
Incip. "Orthodoxe ac invictissime pugil fidei, Brachium inclitum dextrum."

23. Litera dom. episcopi S. Pontii directa domino S. Angeli de modo Unionis; dat. Paris. 24 Febr., cum responso. p. 313.
Incip. "Reverendissime pater, etc. post recommendationem humilem et actiones gratiarum."

24. Declaratio regis Franciæ post subtractionem. p. 321.
Incip. "Karolus, etc. per presentes notum facere duximus quam benigne, quam pie."

25. Decretum Concilii Basiliensis dat. 29 Apr. 1432, in quo queritur quod Eugenius papa rogatus concilio interesse recusaverit, cum notarii, sc. Petri Bennett canon. Atrebat., subscriptione. p. 328.
Incip. "Olim sacrum Constantiense concilium."

26. Allegationes, quod papa non habeat plenitudinem potestatis in temporalibus; item quod rex pro bello justo potest exigere subsidia a personis ecclesiasticis sine auctoritate papæ. p. 333.
Incip. "Est opinio aliquorum quod papa."
Tractatum hunc ab Anglo quodam scriptum colligendum sit ab locis, quos videsis ad pp. 345, 348, 350 seq.

27. Quæstiones quatuor, quæ ponuntur de verbo ad verbum per dominum [Petrum Bertrandi] Cardinalem Eduensem super procemio Sexti. p. 355.
Incip. "Primo, Utrum potestas secularis per quam populus regitur quam ad temporalia sit a Deo."
Ad p. 375 in calce quæst. iii. legitur, "Predicta extraxi de libello domini Durandi; Petrus Bertrandi."

28. Tractatus, in quo pluribus impugnatur compositio quædam prætensa, per quam episcopus quidam Baiocensis Cancellario nonnulla ad mensam episcopi spectantia concesserat. p. 379.
Incip. "Puta, quia in veritate, jura que petebat cancellarius."

29. Harenga facta per Magistrum ord. Minor. Aragon. quando ambassiatores regis Aragon. venerunt ad regem [Franciæ.] p. 401.
Incip. "Considerate lilia agri, etc. Illustrissime princeps, per signa sensibilia et figuras varias."

30. Subtractio collegii sacri Dominorum Cardinalium, [ab obedientia Benedicti papæ XIII. ad regem Franciæ;] dat. apud Villam Novam prope Avinion. 17 Septemb. p. 405.
Incip. "Christianissime ac serenissime princeps; Nuper per honorabiles viros magistros Robertum Cordelerii et Tristanum de Bosco."

31. Assertiones cujusdam habitum Carmelitanum deferentis, 'quod aqua benedicta non est addenda aquæ benedictæ,' etc. p. 408.

32. Allegationes super quæstione temporalitatis et jurisdictionis ecclesiæ, pro et contra temporales; "Iste est liber compositus et translatus de Gallico in Latinum per dominum Petrum Bertrandi, utriusque juris professorem tunc episcopum Eduensem nunc cardinalem super facto Prelatorum, A. D. 1329, die prima mensis Septembris." p. 409.
Incip. "Dominus Philippus, Dei gratia Francorum rex illustris filius illustris."
In hoc tractatu habentur gravamina populo Gallicano per clerum illata, articulis 66 expressa, cum responsione ad singula coram rege exhibita.

33. Quæstio an monachus absolvi possit a suo abbate, et si non, an possit absolvi ab episcopo. p. 473.
Incip. "Monachus Perusinus excerptus aliqua commisit in suo monasterio exempto."

CLXVI. (A.)

Codex chartaceus, in folio, ff. 408, sec. xv., ex dono Will. Gray.

1. Johannis de Ragusio, postea ep. Argensis et Cardinalis, responsio ad primum articulum Bohemorum in concilio Basiliensi de communione sub utraque specie. p. 19.
Exstat impress. in Canisii Thesauro Monument. Eccles. vol. iv. p. 467.
Præcedit notitia de contentis manu Bryani Twyne scripta.

2. Ægidii Carlerii, decani eccl. Camerac., responsio ad secundum articulum contra Hussitas de corrigendis peccatis publicis. p. 219.
   Exstat ibid. vol. iv. p. 566.
3. Henrici Kaltheisen responsio ad tertium articulum Hussitarum de potestate ecclesiastica et officio prædicandi. p. 355.
   Exstat ibid. vol. iv. p. 628.
4. Johannis Polemar archidiac. Barcinonensis responsio ad quartum articulum Bohemorum de dominio ecclesiæ temporali. p. 535.
   Exstat ibid. vol. iv. p. 710.
   In calce, "Expliciunt responciones dom. Johannis Polomar, auditor. sacri palacii apostolici, archidiac. eccl. Barchinon. decret. doct. ad proposita per magistrum Petrum [Paine] Anglicum hereticum, seu ad articulum quartum Bohemorum, qui est quod clerici non debent habere temporalia facte in generali congregatione concilii Basiliensis A. D. 1433."
   Meminit tractatus istius Tho. Gascoigne in Dictionario suo theologico, sub verb. Prædicare, MS. coll. Lincoln. [CXVII.] p. 455.
5. Responsio M. Ægidii [Carlerii?] 'ad replicas dom. Nicolai memorati' data coram Patribus in congregatione generali, A. D. 1433, cum præfatione. p. 631.
   Incip. præf. "Cum excrescit ignis."
   Incip. respon. "Cum replicas contra positionem."

---

6. S. Bernardi abbatis ad Eugenium de consideratione libri quinque. p. 727.
   Inter opera, ed. Paris. 1690, tom. i. col. 407.
   In calce, "Explicit liber quintus Bernardi abbatis de consideratione ad Eugenium papam; Deo gratias."
7. Ricardi de Bury, ep. Dunelmensis, Philobiblon. p. 791.

CLXVI. (B.)

Codex membranaceus, in folio maximo, ff. 303, sec. xiv. exeuntis, binis columnis nitide exaratus, quoad literas initiales auro coloribusque ornatus.

Nicolai de Lyra postillæ super Veteris Testamenti libros, qui sequuntur, scil. Genesim ad Ruth inclusive, Regum quatuor, Paralipomenon duo, Esdræ duo, Neemiæ, Esther, Tobiæ, Judith, Job, Parabolas Salomonis, Ecclesiasten, Cantica Canticorum, Sapientiam et Ecclesiasticum.

CLXVII.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 215, sec. xiii. ineuntis, binis columnis nitide exaratus; ex dono Will. Gray.

1. Rabani Mauri, ep. Ratisponensis, commentarius super Genesim, prævia ad Freculphum præfatione. fol. 3.
   Tit. "Incipit epistola Rabani ad Freculfum episcopum."
   Incip. "Magnorum virorum;" ut in edit.
   In calce, "Explicit exposicio Rabani super Genesim."
2. Ejusdem expositio super Maccabæorum libros duo, cum præfatione ad Geroldum, sacri palatii archidiaconum. fol. 81.
   Tit. "Exposicio Rabani in libro Machabeorum."
   Incip. "Memini me in palacio;" ut ibid.
   In calce, "Explicit tractatus Rabani super Machabeorum libro."
3. Ejusdem expositio super Actus Apostolorum, cum prologo. fol. 143.
   Tit. "Incipit tractatus Rabani super Actus Apostolorum."
   Incip. "Lucas medicus Antiocensis, ut ejus scripta;" ut ibid.
   In calce, "Explicit tractatus Rabani;" etc.
4. Expositio Bedæ de nominibus urbium vel locorum, quæ leguntur in Actibus Apostolorum. fol. 174 b.
   Incip. "Acheldemach, ager sanguinis, qui hodie monstratur in Helya ad australem plagam montis Syon;" tom. v. p. 666.
5. Liber magistri Roberti prioris de Friddeswide, de connubio Jacob. fol. 177.
   Incip. "Quod significet quod Ysaac vocavit Jacob," etc. "De Jacob quod superna pietas mihi donare dignabitur."
   Præcedunt,
   a. Præfatiuncula ad Laurentium monachum monachofane; incip. "Dum adhuc scolaris."
   b. Oratio auctoris; incip. "Regum omnium rex Jhesu Christe, qui sitienti populo in heremo."
   In calce, "Autoris nomen qui queris;

Junge vocales ut prece, cum libris, hoc ordine, quarta secundam precedat, finis erit ultima sillaba libri."

6. Brevis ordinatio de prædicatione S. Crucis laicis facienda, quæ verborum ornatam non respicit compositionem sed potius lucidam manifestam veritatis ostensionem; etc. fol. 212 b.

Incip. "Obsida pressuris humana fragilitas suarum virium sepe considerat pravitatem."

Desin. "similiter sumpserunt crucem."

CLXVIII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 210, sec. xii. exeuntis, binis columnis bene exaratus; ex dono Will. Gray.

Rabani Mauri opera, ut sequuntur,

1. In Paralipomenon libros commentariorum libri quatuor, prævio prologo ad Ludovicum regem, et capitulis. fol. 2.

Incip. prol. "Cum sæpius jam dudum;" ut inter opera, tom. iii. p. 145.

Incip. lib. i. "Adam, Seth, Enos."

Desin. "partem mereamur habere."

In calce, "Explicit liber quartus commentariorum Hrabani Mauri in volumine Paral."

2. Ejusdem commentarius in librum Judith, præviis capitulis. fol. 161.

Ibid. tom. iii. p. 266.

3. Ejusdem in librum Esther, cum prologo et capitulis. fol. 191.

Incip. prol. "Liber Hester quem Ebrei inter agiographa annumerant."

Ibid. tom. iii. p. 279.

Desin. "quia isti sunt semen cui benedixit Dominus. Hi querunt bona populo suo et locuntur que ad pacem pertinent seminis sui, quia juxta Ysaie vocem"——

CLXIX.

Membranaceus, in folio, ff. 230, sec. xiv., ex dono Will. Gray.

Rabani Mauri in S. Matthæi evangelium commentariorum libri octo, cum prologo ad Haistulfum archiepiscopum.

Incip. prol. "Memor illius precepti."

Incip. lib. i. "Exposicionem scripturus."

Inter opp. tom. v. p. 1.

In calce, "Rabani Mauri exposicionis liber *octavus* explicit;

"*Laus tibi sit* Christe . per quem liber explicit iste."

Sequuntur "annotationes evangeliorum, que docent ubi invenientur expositiones eorum."

In fol. penult. verso notatur pretium codicis olim esse xlvi. s. viii. d.

CLXX.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 323, sec. xiii. ineuntis, binis columnis exaratus; ex dono W. Gray; in fine mutil.

Testamenti Veteris libri qui sequuntur, scil. Josuæ, Judicum, Ruth, Regum quatuor, Paralipomenon duo, Esdræ, Nehemiæ, et Maccabæorum duo, omnes glossa ordinaria atque interlineari necnon prologis instructi.

Incip. prol. i. "Tandem finito Pentateucho Mosis velut grandi fœnore liberati."

Desinit lib. ii. Maccab. a supplicio sumpto de filio sexto matris Maccabaicæ.

CLXXI.

Membranaceus, in folio grandi, ff. 262, sec. xiv. exeuntis, binis columnis.

Nicolai Lyrani Postilla super libros sequentes;

1. Psalterium. fol.

Incip. prol. "Propheta magnus, etc. Quamvis liber."

Excisum est folium, quod extremam partem expositionis in Psalterium et primam super Esaiam prophetam.

2. In Esaiam prophetam. fol. 81.

Incip. in verbis, "——Zorobabel duce, qui reedificaverunt templum et postea civitatem."

3. In Jeremiam prophetam, Threnos et Baruch. fol. 125 b.

4. In Ezechielem prophetam. fol. 159 b.

5. In Danielem prophetam. fol. 194.

Pro capite 13 numeratur hic et exponitur Historia Susannæ, et pro cap. 14 Historia Belis et Draconis.

6. In Prophetas duodecim minores. fol. 116.

Excisum est hic quoque folium primum ob literam principem illuminatam.

Incip. "——vite Achab, usque ad principium regni."

In calce, "Explicit postilla fratris Nicholai de Lira super librum duodecim prophetarum."

7. In Maccabæorum libros. fol. 146 b.

In calce, "Explicit postilla," etc.

"Opere completo sit laus et gloria Christo,
Scriptoris miseri dignare, Deus, misereri."

CLXXII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 169, sec. xii. exeuntis; ex dono Will. Gray.

1. Ezechielis prophetæ liber, cum glossa ordinaria et interlineari, et prologo. fol. 2.
   Incip. prol. "Ezechiel propheta."
2. Danielis prophetæ liber, itidem glossis et prologo instructus. fol. 130.
   Incip. prol. "Danielem prophetam."
   Ad finem habentur nomina regum Persarum, Ægypti et Syriæ.

CLXXIII. (A.)

Membranaceus, in 4to, ff. 119, secc. xiii. et xii. ineuntis; ex dono ejusdem.

1. Roberti Grostete, ep. Lincoln. super Analytica Posteriora commentarius. fol. 1.
   Incip. "Intentio Aristotelis in isto libro."
2. Avicennæ tractatus super librum Aristotelis de cœlo et mundo. fol. 40 b.
   Incip. "Collectiones expositionum ab antiquis."
3. Conclusiones Ethicorum, sive Propositiones Universales ex Aristotelis Ethicis collectæ. fol. 50.
   Incip. "Omnis ars et omnis doctrina."

---

4. De musica tractatus ad Dardanum, schematibus graphice delineatis instructus. fol. 74.
   Incip. "Musicam non esse contemnendam."
   Desin. "mixolidius, yperonxolidius."
5. Guidonis monachi ad Theodaldum liber de re musica, cum epistola et prologo. fol. 82.
   Tit. "Incipit micrologus, id est brevis sermo in musica, editus a domino Guidone piissimo monacho et peritissimo musico."
   Incip. epist. "Dum solitariæ vitæ."
   Incip. prol. "Cum me et natalis."
   Incip. lib. "Igitur qui nostram;" ut in edit.
   Præcedit acrostichis, incip. "Gymnasio musas placuit revocare solutas." Concluditur quoque opus similiter, incip. "Gliscunt corda meis hominum mellita camœnis."
6. Ejusdem alia ejusdem momenti; metrice. f. 92.
   Incip.
   "Musicorum et cantorum magna est distantia,
   Isti dicunt, illi sciunt quæ componit musica."
7. Ejusdem alia. fol. 94 b.
   Incip. "Temporibus nostris super omnes."
8. Ejusdem opus musicum cum epistola ad amicum. fol. 96.
   Tit. "Incipit epistola Guidonis ad amicum suum M."
   Incip. "Per anfractus multos dejectus et auctus. Aut dura sunt tempora."
   Incip. opus, "De novo cantu inveniendo; Ad inveniendum ergo ignotum."
   In calce, "Explicit musica domini Guidonis."
9. Explanatio artis musicæ, sub dialogo. fol. 100.
   Incip. "Δ. Quid est musica? Res. Veraciter canendi scientia."
10. Bernardi cujusdam liber qui dicitur Tonarium, prævia epistola ad archipræsulem Piligrinum. fol. 106.
    Incip. ep. "Præclara Christianæ."
    Incip. opus, "Omnis igitur regularis monochordi constitutus."
    Defic. in verbis, "Deus in loco sancto suo"——
    In folio rejectaneo ad initium ita notatur, "Requisitus per Cancellarium adire carcerem infra diem naturalem si non adeat ipso jure, est bannitus," etc.

CLXXIII. (B.)

Codex membranaceus, in folio, ff. 204, sec. xii. exeuntis; binis columnis optime exaratus et illuminatus, olim eccl. S. Mariæ de Bildewas, co. Salop.: ex dono ejusdem.

Glossa ordinaria super Epistolas Paulinas quatuordecim; nominibus auctorum in margine rubricatis.

Præcedit index summorum capitum epistolæ ad Romanos.

Incip. prol. "Principia rerum requirenda sunt."

Scholia aliquot ob literas initiales hic illic a nebulone quodam excisa sunt.

CLXXIV.

Membranaceus, in folio majori, ff. 248, sec. xv., binis columnis bene exaratus; ex dono ejusdem; initio mutil.

Gulielmi Parisiensis Summæ Partes, quæ sequuntur,

1. Pars quinta, quæ est de fide. fol. 2.
   Incip. in cap. 2, lib. i. verbis, "——derare vel obedire."
2. Pars sexta, de Sacramentis. fol. 68.
   Incip. prol. "Cum inter sapientiales."
3. Pars septima, de virtutibus et vitiis. fol. 153.
   Incip. præf. "Postquam claruit ex ordine."

CLXXV.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 132, sec. xii., ex dono ejusdem.

1. Venerabilis Bedæ expositio in Salomonis Proverbia. fol. 1.
   Tit. "Incipit expositio Bede presbiteri in libro Salomonis."
   Incip. "Parabolæ, Græce, Latine dicuntur Similitudines;" ut in edit. Colon. 1612, tom. iv. col. 634.
2. Ejusdem in librum Tobiæ expositio. fol. 94.
   Tit. "Expositio venerabilis Bede presbiteri in librum Tobiæ incipit."
   Inc. "Liber S. patris Tobiæ;" ib. col. 347.
3. S. Hieronymi expositio super Marcum. f. 106.
   Tit. *man. sec.* "Ieronimus super Marcum."
   Incip. "Omnis scriba doctus;" ut inter opera, tom. xi. col. 783.
4. Hugonis Ambiacensis epistola ad Gravionem Andegavensem de anima primo homini data. fol. 130 b.
   Incip. "Questioni tue rescribere amor imperat, imperitia denegat."

CLXXVI.

Membranaceus, in folio, ff. 182, sec. xii. exeuntis, binis columnis exaratus; ex dono ejusdem.

1. Venerabilis Bedæ Historiæ ecclesiasticæ gentis Anglorum libri quinque, cum prologo, et indice capitum cuique libro præfixo. fol. 2.
   Tit. "Incipit prologus venerabilis Bede presbiteri super ecclesiasticam historiam Anglorum."
   In calce, "Explicit ecclesiastica hystoria Anglorum edita a venerabili Beda presbitero."
2. Ejusdem expositio evangelii S. Marci. fol. 94.
   Tit. "Incipit prologus venerabilis Bede presbiteri in expositione evangelii secundum Marcum."
   Incip. "In expositione evangelii secundum Marcum;" ut inter opera, tom. v. col. 92.

CLXXVII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 192, sec. xii. exeuntis, binis columnis bene exaratus; ex dono ejusdem.

1. Bedæ expositio super Actus Apostolorum, ad Accam. fol. 2.
   Tit. "Domino in Christo desiderantissimo et vere beatissimo Accæ episcopo Beda perpetuam salutem."
   Incip. ep. "Accepi creberrimas;" ut inter opera, tom. v. col. 625.
   In calce, "Explicit opusculum venerabilis Bede in librum Actuum Apostolorum."
2. Ejusdem expositio super epistolas septem catholicas. fol. 29.
   Incip. "Jacobus; Dixit de hoc Jacobo;" ut ibid. tom. v. col. 673.
   Præcedit S. Hieronymi prologus in easdem epistolas generalis, et in epistolam S. Jacobi.
3. S. Hieronymi libellus de locis Sanctis, cum præfatione. fol. 89.
   Incip. "Eusebius qui a beato;" ut inter opp. tom. iii. col. 121.
   In calce, "Explicit liber Sancti Ieronimi presbiteri de situ sive distanciis vel nominibus locorum."
4. Ejusdem præfatio de interpretatione nominum Hebræorum. fol. 114 b.
   Incip. "Philo vir disertissimus;" ib. col. 1.
5. Ejusdem epistola de Hebraicis quæstionibus in Genesim. fol. 115.
   Inc. præf. "Qui in principiis;" ib. col. 301.
6. Ejusdem de Hebraicis quæstionibus in Samuelis et Paralipomenon libros. fol. 145.
   Inc. "Ramathaim interpretatur;" ib. c. 755.
7. Ejusdem de decem temptationibus liber. f. 182.
   Incip. "Hæc sunt verba;" ibid. col. 741.
8. Canticum Deboræ, cum expositione. f. 183 b.
   Incip. "Barach, vir Deboræ;" col. 745.
9. S. Jeremiæ Lamentationes cum expositione. fol. 187.
   Incip. "Sicut inter omnia cantica."

CLXXVIII.

Membranaceus, duobus voluminibus distinctus, in folio majori, ff. 156, et 214, sec. xii.,

binis columnis bene exaratus; olim S. Mariæ de Woburnia, postea coll. Ball. ex dono ejusdem.

Bedæ expositionis super epistolas Paulinas pars altera, ex S. Augustini operibus collectæ.

Incip. ab epistola ad Corinth. secunda, in verbis, "Paulus, etc. Ex tractatu octavo epistolæ Johannis;" inter opp. tom. vi. col. 447.

Desideratur folium extremum. Deficit ergo expos. in epist. ad Hebr. in verbis, "illo ergo quod eum nolle dixit, hoc signi"——

Tractatus S. Augustini unde expositio desumitur minio prænotati sunt.

CLXXIX.

Codex membranaceus, in folio, ff. 330, sec. xiii. exeuntis, binis columnis exaratus; ex dono Johannis de Pokynlyngton.

Bertrandi homiliæ lxxix. super Evangelia quæ in ecclesia legi solent per anni circulum, cum prologo et præfatione.

Incip. prol. "Quis putas; Sicut per hordeum."

Incip. præf. "Vidi alterum angelum; Prædicator evangelicus qui more apostoli."

Incip. homil. i. in Dominic. Advent. "Erunt signa; In quo quidem evangelio quamvis aliqua."

Homiliæ cuique si forte unam et alteram excipias, subjicitur collatio seu brevis conciuncula sive collatio, de eodem festo, incip. "Videbunt filium hominis; Quamvis verbum istud."

Sequuntur,

1. Ars dividendi themata. fol. 321.
   Incip. "Omnis traditio Scripturarum."
2. Ars dilatandi sermones. fol. 325.
   Incip. "Quoniam æmulatores estis."
   Præmisit volumini scriba distichon istud,

"Duc pennam, rege cor, Sancta Maria precor,
Ne faciam vanum, duc, pia Virgo, manum."

CLXXX.

Membranaceus, in folio, ff. 135, sec. xv. ineuntis, binis columnis exaratus; ex dono Will. Gray.

Bertrandi sermones super Epistolas, quæ in ecclesia leguntur per anni circulum, cum præfatione.

Incip. præf. "Scripsit Ezechias literas."

Incip. serm. i. in Dominic. i. Advent. "Scientes, quia hora; Ad evidentiam hujus sacri temporis."

Desin. ult. "sic trahat nos ad perfectionem sue glorie in vinculis caritatis, quod nobis concedat, et cetera."

CLXXXI.

Codex chartaceus, in folio, ff. 169, sec. xv., bicolumnis; ex dono ejusdem.

1. Lectura sive Postilla super S. Marci evangelium, 'ordinata et facta a fratre Johanne de Hisdinio, ord. Hospitalis, S. Johannis Hierosolymitani, doctoris in S. Theologia "et fuit completa A. D. 1360 10 die Julii." fol. 2.
   Incip. præf. "Similis factus est leoni, 1. Maccab. 3. In primis sciendum est, quod sicut dicit philosophus."
   Incip. opus, "Istud evangelium in prima sui divisione dividitur in duas partes."
   In calce index est alphabeticus.
2. Ejusdem lectura super epistolam Pauli ad Titum, cum præfatione ad DD. Philippum de Alenconio, archiep. Rothomagensem. fol.
   Incip. ep. "Quia sicut dicit philosophus."
   Incip. lect. i. "Erudi filium; Quia ut dicit Cyprianus."
   Incip. lect. ii. "Paulus servus," etc. "Iste liber in prima sui divisione dividitur in tres partes."
   In calce, tetrastichon est,

"Annis millenis transactis Nativitatis
A quadringentis ast quadraginta quaternis,
Ipso nempe die Lamberti presulis almi,
Nunc fuit hec scripta fratris lectura Johannis."

Sequitur tabula contentorum locuples.

CLXXXII.

Membranaceus, in 4to, ff. 121, sec. xii. ineuntis, bene exaratus; ex dono Will. Gray.

Haimonis, episcopi Halberstadiensis, super Esaiam prophetam commentarius, cum præfatione.

Incip. "Mos et usitata consuetudo est scriptorum;" ut in edit. 1531.

In principio codicis habentur folia septem rejectanea, in quibus exhibentur ritualia quædam de officiis sacris celebrandis, de horis canonicis; etc. a quibus non multum absce-

dunt, quæ ad calcem foliis tribus habentur, in quibus de sacramentis agi videtur ex Gregorii epistola ad Joh. ep. Ravennatem.

CLXXXIII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 204, sec. forsan xi. exeuntis, bicolumnis; manu Deodati cujusdam optime exaratus; olim monasterii S. Laurentii nescio cujus transmarini, postea coll. Ball. ex dono ejusdem Willelmi; mutilus.

Remigii, archiep. Remensis, potius Haimonis Halberstadiensis, expositio super S. Pauli epistolas; exceptis istis ad Titum et Philemonem.

Incip. prol. ad Rom. "Ab Achaia regione Græcorum scripsit apostolus Paulus Romanis." Cf. edit. 8vo. s. loco 1534.

In calce, "Ego Deodatus manu mea scripsi; Rogo vos ut oretis pro me."

Excisa sunt folia quædam ex epistola ad Thessalonicenses secunda et ista ad Hebræos.

In calce notantur de pensionibus et debitis ad monasterium B. Laurentii 'For. inur.' spectantibus; ex. gr. "Præterea pro vi. aliis libris den. quos idem Ramerius eidem monasterio mutuaverat, habet pro pignore duas pedicas de terra, unam in Pelaiano pro iii. libris denariorum, aliam in Muselino in duas partes divisam pro iii. aliis libris."

Annexa fuit olim, ut notavit Langbainius, Instrumenti chartacei copia, exemplificatio scilicet Bullarum trium Bonifacii papæ ad hospitales cum capella S. Trinitatis juxta Laffordysgate apud Bristolliam spectantium, ad petitionem Johannis Barstaple de eadem villa; dat. London. in Fryday Street 24 Sept. 1400.

CLXXXIV.

Membranaceus, in folio, ff. 138, sec. xiii., binis columnis optime exaratus; ex dono ejusdem.

Haimonis [?] Homiliæ xxxviii. de Temporali super Evangelia ab adventu Domini usque ad vigiliam Paschæ, prævia capitum summa; mutil.

Incip. i. "Cum appropinquasset; Non solum opera et virtutes."

Periere folia 2—9, et cum eis homilia 2 et 3, ut et pars extrema primæ et prima quartæ.

Defic. ult. in verbis, "hec nimirum est illa hora in qua Jhesus aquam"——

Colligata sunt olim cum codice nostro, ut eadem manu sunt scripta, omnia quæ hodie inferius inveniantur sub numero, 226.

CLXXXV.

Codex chartaceus, in folio, ff. 250, sec. xv., bicolumnis; ex dono ejusdem.

1. Anonymi cujusdam super Apocalypsim expositionis fragmentum; partim metrice. fol. 1.

Incip. "Apocalipsis; In verbis præmissis ostenditur quod in hac sua apocalipsi," etc. et post pauca,

"Altum scrutinium rimetur vivide,
Donans fastigium in alto numine,
Profundum mysterium scrutabor limpide;
Promens incendium in summo germine."

Desin. abrupte in expositione verborum istorum, 'Et angelo ecclesiæ Ephesi scribe, " attentius perscrutentur et in cunctis"——

2. Lectura super Apocalypsin distincta per sermones et tractatus disputativos edita a magistro Augustino de Roma de Favoronibus, ord. Eremit. S. Augustini; prævia epistola ad dominum Carolum de Malatesta. fol. 140.

Incip. epist. "Hinc cujusdam mei assumpti laboris in expositione Apocalypseos gloriosi Johannis."

Incip. opus, "De sacramento unitatis Christi et ecclesiæ sive de Christo integro. Cum gloriosus evangelista Johannes."

Post priores quatuor tractatus, sequuntur alii quatuor, quos dedicat auctor Cosmato Cardinali; incip. "Quanquam sacra Eremitarum religio." fol. 196.

In calce, "Explicit lectura super Apocalipsim distincta per sermones et tractatus disputativos edita a magistro Augustino de Roma de Favoronibus, ord. fratrum eremitarum Sancti Augustini."

CLXXXVI.

Membranaceus, in folio, ff. 228, sec. xv., bicolumnis; ex dono Rob. Abdy, coll. Ball. magistri.

Alberti [Ratisponnensis] expositio super S. Matthæi evangelium, cum prologis duobus.

Incip. prol. i. "Sume tibi librum."

Incip. prol. ii. "Matthæus ex Judæa."

Incip. opus, "Liber generationis; Hic evangelista librum intitulat, quod sic de generacione Jhesu Christi;" inter opp. tom. ix. p. 1.

Desin. "est sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech Cui est honor et gloria in secula seculorum."

CLXXXVII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 314, sec. xiii. exeuntis; binis columnis.

1. Alberti Ratisponnensis commentarius super S. Lucæ evangelium, cum prologo. fol. 2.

   Incip. prol. "Ubi apparent plurimæ."

   Incip. opus, "Toti huic operi Lucas;" ut inter opera, tom. x. p. 1.

   In calce, "Expliciunt notule super Lucam secundum fratrem Albertum de ordine Prædicatorum episcopum quondam Ratisponensem."

2. Ejusdem expositio super S. Marci evangelium, cum prologo. fol. 242.

   Incip. prol. "Ecce vicit Leo; Tria notantur hic."

   Incip. opus, "Sicut dictum est in præbabitis;" ut inter opp. tom. ix. part. ii.

   In calce, "Expliciunt notule super Marcum."

CLXXXVIII.

Membranaceus, in folio, ff. 293, sec. xii. exeuntis, bicolumnis; ex dono Will. Gray.

Ambrosii Antperti seu Ansberti, [seu Authberti,] expositio in S. Johannis Apocalypsin libris x exacta, prævia contentorum tabula, et epistola ad Stephanum Papam dedicatoria.

Incip. epist. "Incipit epistola Ambrosii Antperti ad Stephanum urbis Rome episcopum pro libris suis."

Incip. præf. "Dei omnipotentis illustratio."

Incip. opus, "Apocalypsis; etc. Primo ergo hoc in loco notandus;" in edit. 1536.

Desin. "ac dicat Domine fiat; Amen."

In fine, "Explicit liber decimus expositionis Ambrosii Antperti super Apocalipsim beati Johannis apostoli."

Præmisit scriba distichon sequens,

"Sensibus Auperti sensus nudantur operti
Clausa recluduntur, prius ignorata sciuntur."

CLXXXIX.

Codex membranaceus, in folio, ff. 178, sec. xv., bicolumnis; [autograph.?] ex dono ejusdem.

Johannis Capgrave expositio super Actus Apostolorum prævia epistola ad [Will. Gray], episcopum [Eliensem].

Incip. epist. "Reminiscor Sancte Antistes, quanta pia visitatione vestra in me miserum."

Incip. opus, "Primum quidem sermonem."

Desin. "Hujus igitur apostoli adjuti doctrinis facilius celestia capiamus, donante Illo qui vivit," etc. "Feliciter per Capgrave."

CXC.

Membranaceus, in 4to, ff. 116, sec. xv., bene exaratus; ex dono ejusdem.

Johannis Capgrave opus super Symbola, prævia epistola dedicatoria ad Will. Gray, episcopum Eliensem.

Incip. epist. "Quoniam Psalmigraphus ait, Secundum nomen tuum ita et laus tua, michi quoque ut reor loquitur, cui animus jam ebes est, corpus fatescit."

Incip. opus, "Symbolum quod vocatur Apostolorum, in quo sunt 14 articuli secundum quosdam, sed certior opinio est quod sunt tantum duodecim."

Symbola de quibus agitur in opere isto; sunt,

1. Symbolum Nicæni concilii. fol. 5 b.
2. Symbolum, quod Anselmus archiepiscopus, se præsente, fecit scribi ante corpus B. Apostoli ad exemplar argenteæ tabulæ, quæ a Nicæa missa fuerat Romæ. fol. 6.
3. Symbolum compositum a B. Athanasio. fol. 6 b.
4. Johannis Chrysostomi. fol. 8.
5. B. Hieronymi, ex libro Epistolarum. fol. 10 b.
6. Ex concilio Toletano undecimo. fol. 12 b.
7. Carthaginiensis concilii quarti, ubi interfuit S. Augustinus, tempore Honorii, et allegatur in lib. Decretorum, Dist. 23, 'Qui episcopus.' f. 16 b.
8. B. Augustini, 'et est sermo primus ejusdem, in secunda parte Sermonum.' fol. 17 b.
9. Aliud ejusdem, 'et est sermo 59, in tertia parte Sermonum.' fol. 21.
10. Item aliud Augustini, 'ex uno antiquo codice conscripto, quoniam in numero Sermonum non est.' fol. 23.
11. Aliud S. Augustino adscriptum 'et recte quoniam ille famosus sermo qui legitur in ecclesiæ

Dominic. 4 Adventus trahitur ex hoc Symbolo. fol. 26 b.

12. A. M. S. Boethii symbolum. fol. 40 b.
13. B. Maximi, 'et est sermo iste inter sermones B. Augustini part. i. serm. 54.' fol. 42.
14. Rabani Mauri ex lib. iv. de natura rerum cap. ult. fol. 45.
15. Ignoti cujusdam, 'Sententiæ de S. Trinitate ex libris S. Augustini raptim sumptæ.' fol. 52.
16. Augustini de symbolo libri quatuor. fol. 59 b.

    In calce, "Aurelii Augustini de simbolo liber iiij. explicit."
17. Hugonis de S. Victore symbolum. fol. 104 b.

    Tit. "Simbolum magistri Hugonis de S. Victore."

    Desin. "probet experimentum. Feliciter per Capgrave."

    Sequitur fragmentum Historiæ Romanæ, *Anglice*, cujus caput xiii. intitulatur et incip., "Of the hors of bras and the rider that stant at Laterne. xiij. Now of the hors that stant at Laterne."

CXCI.

De Codice isto mentio jampridem facta fuit sub numero CXXXIII.

CXCII.

Codex membranaceus, in folio, ff. **171**, sec. xv., binis columnis; ex dono Thomæ Gascoigne, **1448**.

1. Johannis Duns Scoti quæstiones quodlibetales, 'quas abbreviavit doctor famosus Jo. Scharp, de Hannonia, qui fuit socius coll. Regin. in Univ. Studii Oxon.' fol. 2.

   Incip. "Utrum in divinis essentialia sint immediatiora essentiæ divinæ."

   In calce habetur index alphabeticus, cui succedit, "Explicit tabula super quolibeta doctoris subtilis secundum Scharp, utiliter abbreviata."
2. Roberti Cowton Scriptum super quatuor libros Sententiarum per eundem Jo. Scharp abbreviatum. fol. 70.

   Incip. "Utrum habitus theologiæ sit forma simplex, abnegationem compositionis."

   Ad calcem habetur tabula octo foliis constans, qua absoluta, legitur, "Explicit Tabula super Cowton abbreviatum per P. Perdix."

In principio codicis legitur Thomam Gascoigne usum istius libri dedisse M. Jo. Reding ad terminum vitæ; et post finem Quodlibetorum abbreviatorum, "Liber collegii Ballioli in Oxon. ex dono M. Thomæ Gascoigne, sacerdotis et quondam doctoris S. Th. et cancellarii Oxon., qui in die mortis patris sui Ricardi Gascoigne de Hunslet in comitatu Eboraci fuit filius unicus et hæres patris sui, octodecim annorum existens in ætate in die mortis patris sui."

CXCIII.

Codex membranaceus, in folio, ff. **275**, sec. xiii. exeuntis, binis columnis eleganter exaratus; ex dono W. Gray.

Petri Lombardi Sententiarum libri quatuor.

Cuique libro præmissus est prologus capitulorumque tabula.

CXCIV.

Membranaceus, in 4to minori, ff. **220**, sec. xiii., binis columnis exaratus.

Petri Lombardi Sententiarum libri quatuor, capitulis instructi.

Tit. "Incipit prologus."

Primo libro præmittitur, manu recentiori, præfatio, incip. "Radix sapientiæ cui revelata est; etc. In opere quocunque aggrediendo."

In extrema pagina rejectitia habentur,

a. Regula Septuagesimæ; incip.

"A festo stellæ numerando perfice lunam,
Quadraginta dies post Septuagesima fiet."

b. Distichon de abluendis sordibus cum explanatione;

"O stillam laves pluvia, oleum liquore fabarum,
Incaustum vino, laxiva dilue vinum."

CXCV.

Membranaceus, in folio, ff. **204**, sec. xiii. exeuntis, bicolumnis; ex dono M. Roberti Polan, vicarii de Penistene quondam coll. Ball. socii; mutil.

P. Lombardi Sententiarum libri quatuor, præfatione in totum scholiisque marginalibus perpetuis manu recentiori illustrati.

Excisa est pars lib. iii. et iv., scil. a Dist. xxxix. ad Dist. viii.

In fol. penult. rejectitio habentur versus

circiter civ. ad B. Virginem Mariam, seu mavis picturam ejus, adposita columba, pomum Nato porrigentis; incip.

"Qui per me transis ad me te verte Mariam."

Fuit olim hic codex cautio magistri Philippi de Wythemere, exposita in nova cista Universitatis, A. D. 1348.

CXCVI.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 294, sec. xiii. exeuntis, olim Willelmi Marche, capellani, postea coll. Ball.; ex dono Roberti Roke, socii.

Anonymi cujusdam expositio super Sententiarum libros quatuor, cum præfatione.

Incip. præf. "Toti operi libri Sententiarum præmittit magister prologum suum; ubi primo ponit causas allicientes."

Incip. comment. "Magister aggrediens intentum, quod primo preparat sibi."

Fronti primi libri præmittitur carmen, quot in quoque libro sunt distinctiones; incip.

"Cuique quadragenæ, octo, tetras, cifra, denæ."

In fol. i. verso numerantur, "Anni a bello de Lewys xliii. Anni a bello de Ewysham xlii."

Præcedunt lib. iv. notulæ breviores ex SS. Patribus fere collectæ.

CXCVII.

Membranaceus, in folio, ff. 129, sec. xiv., binis columnis exaratus; ex dono Ric. Stapulton, coll. Ball. magistri.

Scotuli opus super quatuor libros Sententiarum, sive compilationes extractæ ex Joh. Duns Scoti super eosdem libros commentariis.

Incip. i. "Circa prologum libri Sententiarum, quæritur utrum homini pro statu isto sit necessarium."

Desin. ult. "sua gratia nos perducat, Qui sine fine vivit, etc. Amen."

In calce, "Explicit Scotulus super quatuor libros Sententiarum."

In fronte codicis notatur, "M. Richardus Stapulton quondam socius et magister coll. Ball. Univ. Oxon. dedit hunc librum predicto collegio catenandum in libraria predicti coll. in perpetuum exemplum, ut socii et magistri collegii conformiter faciant et multo melius si poterint."

CXCVIII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 135, sec. xiv., bicolumnis; ex dono Will. Gray.

Ricardi de Media-villa, sive Middleton, ord. min. expositio super Sententiarum librum secundum, cum prologo.

Incip. prol. "Omnia per Ipsum facta."

Incip. lib. "Creationem rerum; etc. In primo libro determinavit magister de Deo quantum ad rationem."

Desin. "usque in finem hic salvus est; ad quam salutem per obediencie perseveranciam;" etc.

CXCIX.

Membranaceus, in folio, ff. 159, sec. xiv., binis columnis; ex dono Will. Gray.

Roberti Cowton, ord. min. expositio super primum librum Sententiarum, cum prologo.

Incip. prol. "Sicut dicit B. Ambrosius."

Incip. lib. "Quæro primo an Theologia nostra per Dei faciem designata."

Desin. "secundum dictum modum."

In calce, "Explicit primus liber Cowton super primum librum Sententiarum."

CC.

Membranaceus, in folio, ff. 133, sec. xiv., bicolumnis; ex dono ejusdem.

Roberti Cowton super Sententiarum librum secundum commentarius.

Incip. "Circa distinctionem primam secundi libri quæritur primo, Utrum sit ponere in Deo."

Desin. "sicut patet intuenti."

In calce, "Explicit lectura Coutone super secundum librum Sentenciarum."

CCI.

Membranaceus, in folio, ff. 108, sec. xiv., bicolumnis; ex dono ejusdem.

1. Roberti Cowton super Sententiarum librum tertium lectura nobilis. p. 1.

   Incip. "Circa tertium librum."

   In calce, "Explicit lectura nobilis super 3 librum Senteneiarum edita a quodam fratre minorum nominato, Ricardus Cowton."

2. Ejusdem lectura super quartum librum. p. 189.

   Incip. "Circa istum quartum librum quæritur."

In calce, "Explicit lectura Coutoune super quartum librum Sentenciarum."

Sequitur index amplissimus quæstionum.

CCII.—CCIV.

Codices tres membranacei, in folio majori, ff. 223, 231, et 277, anno 1460 et 1461 manu Johannis Reynboldi Alemannici de Monte Ornato terræ Hassiæ binis columnis eleganter satis exarati; ex dono W. Gray.

Johannis Duns Scoti in opere Oxoniensi expositio super Sententiarum libros quatuor.

Excisum est folium primum ex lib. 1, 2, et 3; incip. quæst. i. Distinct. i. "Circa distinctionem primam ubi magister agit."

Ad calcem cujusque libri legitur [mutatis mutandis] clausula sequens, "Explicit lectura doctoris subtilis in Universitate Oxon. super quartum Sententiarum, scilicet doctoris Johannis Duns, nati in quadam villicula parochiæ de Emyldon vocata Dunstan, in comitatu Northumbriæ, pertinentis domui scholarium de Merton-Halle in Oxonia et quondam socii dictæ domus; scripta per me Johannem Reynboldi, etc. anno Domini millesimo cccc. sexagesimo primo decimo 7 die mensis Martii."

CCV, CCVI.

Codices duo membranacei, in folio majori, ff. 283 et 266 anno 1461 et 1462 manu Johannis Reynboldi bene exarati, ex dono Will. Gray.

Johannis Duns Scoti in opere Parisiensi super quatuor libros Sententiarum.

Incip. i. "Circa prologum libri Sententiarum primo quæritur utrum Deus."

Excisum est lib. ii. folium primum.

Ad calcem cujusque libri repetit scriba, quæ antea exscripsimus de auctore et labore suo.

CCVII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 295, sec. xv., bicolumnis; ex dono ejusdem.

1. Gulielmi [Durandi] Parisiensis Summæ pars secunda in libros quatuor distincta. fol. 2.

   Primum folium atque adeo prima capita excisa sunt; Incip. cap. 3, "Revertar ergo nunc juxta promissum."

2. Ejusdem Summæ pars tertia. fol. 200.

Incip. "Omnes homines natura; In principio metaphisice quam pre manibus habemus;" ut in edit. impress.

In margine inferiori fol. 3 notatur, "Liber magistri Alexandri Bell, quondam socii collegii de Balliolo legatus per eundem eidem collegio, A. D. m. cccc. lxxiiij. cujus anime propicietur Deus; Amen." In fol. secundo rejectaneo continetur catalogus librorum xxxiv. ejusdem Alexandri, pretio quod dederit cuique annexo; incip. "In primis metaphisica doctoris Subtilis; 2° folio libri, 'queritur que causa;' prec. xvj. s. viij. d."

In calce fragmentum est commentarii super Sententias, incip. "quando de uno tantum ordinate habito."

CCXXXV.

Codex membranaceus, in folio, ff. 183, sec. xiv. exeuntis, binis columnis exaratus; ex dono M. Thomæ Gascoigne, "sacerdotis, filii et heredis Ricardi Gascoigne, de Hunslet juxta Eboracum; 1448."

Ranulphi Higdeni, Cestrensis monachi, Polychronicon, prævia tabula; in calce mutil.

Defic. ad an. 1289, in verbis, "Eoque anno modius frumenti ad iiij. d. venditur"——

Sequitur "AW." scil. Ant. Wood, "m.DClx."

Præmittuntur,

a. Stationes urbis Romæ. fol. 2 b.

b. Versus novem de Sacramento Altaris. fol. 2 b. Incip.

"Nos qui vivificat pane celi nos benedicat."

c. Symbolum xii. apostolorum et xii. prophetarum super articulis fidei. fol. 3.

d. Hymni de S. Maria Magdalena. fol. 3. Incip.

"Collaudemus Magdalene . lacrimas et gaudium."

e. Præbendæ et dignitates ecclesiæ Lincolniensis. fol. 4.

Incip. "Prebenda de Thame, clxviij. marcis."

f. Bernardi [Carnotensis, cognomento Sylvestri,] epistola ad Raymundum, militem, [dominum Castri Ambrosii, de cura rei familiaris.] f. 4 b.

g. Kalendarium, cum expositione secundum usum Sarum. fol. 5.

Ad April. 29 notatur, "Anno Domini m. cc. xx. factum fuit nove ecclesie Sarum fundamentum."

Ad 14 Jun. *man. sec.* "anno [m.ccc.]lxxxi. decollatus est Symon de Suthburia, archiepiscopus Cantuar."

CCXXXVI.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 332, sec. xv., binis columnis bene exaratus; olim [Hum. Stafford] ducis de Buckinghamia, postea coll. Ball. ex dono Will. Gray.

Ranulphi Higdeni Cestrensis Polychronicon.

Desin. sub anno 1347, in verbis, "et regi Anglie urbs Calesii reddita est"——

In fol. 1 b notatum est, "Policronicon ex dono ducis Bokyngamie, avunculi subscripti episcopi." "Liber domus de Balliolo in Oxon. ex dono Willelmi Gray, Eliensis episcopi."

CCXXXVII.

Membranaceus, in folio, ff. 69, sec. xv., manu Italica nitide scriptus; ex dono ejusdem.

S. Pompeii Festi de vocabulorum significatione liber, ordine alphabetico.

Incip. "Augustus, locus sanctus, ab avium gestu id est quia ab avibus;" ut in editt. impress.

CCXXXVIII.

Membranaceus, in folio, hodie in volumina quinque distinctus, constans foliis, 135, 242, 174, 257, et 158, partim manu T. Werken, anno 1448, partim Laurentii Dyamantis, sumptibus Will. Gray, binis columnis exaratus; ex dono ejusdem Willelmi.

Dominici Bandini de Arecio Fontes memorabiles.

Tit. i. "Ponitur causa quæ auctorem compulit ad scribendum; loquitur cum illo ad quem liber mittitur;" etc.

Incip. "Michi diu cogitanti consulentique eciam sacros viros, quibus animarum potestas celitus data est."

In calce, vol. 2, "Iste liber inceptus erat Colonie anno Domini 1447, 20 die mensis Decembri et finitus est Rome anno Domini 1448 et 10 die mensis Februarii T. Werken."

Tit. vol. 3, "Incipit pars quarta Fontis memorabilium universi editi a magistro Dominico

de Arecio, cujus primus liber est de provinciis et regionibus secundum ordinem alphabeti."

Tit. vol. 4, "Incipit liber de moribus gencium seu populorum editus a magistro Dominico magistri Bandini de Arecio."

In calce, postquam de metallis tractatum est, "Et sic est finis, sit laus et gloria Trinis."

In calce vol. 5, cujus margines delineationibus pluribus bene sunt illustratæ, sermo est ad librum, qui sic concluditur, "et satis tecum verbi gratum sit; Deo gracias. Laurencius Dyamantis scripsit ad institutionem eggregii ac prefulgentis viri domini Guillermi Gray, in ceteris scientiis superiori theologiaque magistra doctoris, regnante excellenti magnifico et potenti principe Henrico, rege Anglie, Francie, Irlande, Ybernie, aliarumque terrarum, regnorum, ac insularum, propter breve tempus non explicandarum."

In fol. 57 marg. inferiori delineati sunt mendicantes, quorum unum, qui cæcus est, ducit canis; et ad fol. 68 urbes Januæ Venetiarumque.

CCXXXIX.

Codex membranaceus, in folio, ff. 141, sec. xv., binis columnis exaratus, sed quoad foliorum ordinem misere compactus; ex dono Gulielmi Dukins, Art. Mag. et coll. Ball. socii A. D. 1656.

1. Dialogus inter discipulum et magistrum, qui dicitur Lucidarius, [an Anselmi?]; initio mutil. fol. 4.

   Incip. in verbis, "M. Qui fecit celos intellectu. Sol et Luna Deum senciunt, quia loca sui cursus."

   Cap. ult. est, De potentia sanctorum, et desin. "Videas bona Jerusalem omnibus diebus vite tue; Amen."

   In calce, "Explicit Lucidarius."

2. Quæstiones et responsa inter Epictetum et Hadrianum Imperatorem. fol. 24 b.

   Incip. "Tribunus commendavit illum comiti."

3. Liber dictus, Speculum Christiani, duabus partibus comprehensus, prævio kalendario capitum lii. et lxix. ff. 27—31, 40, *sed foliis mire confusis.*

   Incip. "Deus in evangelio, qui ex Deo est Verba Dei audit."

   Desin. ad fol. 48 b in cap. de vita activa et contemplativa verbis, "bona conjungunt aut mala disjungunt."

   Sequuntur,

   a. Nota de tribus annulis aureis in sarcophago mortui cujusdam inventis. fol. 48 b.

   b. Quomodo debet pastor gregem suum pascere. fol. 49.

   c. Versus de Annunciatione Dominica, incip. "Salve festa dies." fol. 49.

   d. Quare depinguntur evangelistæ ad similitudinem quatuor animalium. fol. 49.

   Incip. "Mundus stat in quatuor partibus."

4. S. Augustini libri duo de conflictu vitiorum et virtutum. ff. 32—39 b, 87.

   Incip. "Apostolica vox clamat;" ut inter opera, tom. vi. App. col. 219.

   Tit. lib. ii. est, "qui vocatur sinonimi."

5. Expositio in Symbolum Apostolicum. fol. 91 b.

   Incip. "Accepto Spiritu Sancto."

   In fol. 92 margine notatur, "Richard Baylied Esq. Governour of Graston-Kohen I writt this booke; John Maundeville K. of Lyed."

6. Sir John Maundeville's Travels to the Holy Land. fol. 112.

   Begins with the words, "that it may come to mynde. And specially for hem that wil purpose to visite the holi citee of Jerusalem."

   The leaves are much transposed.

   At the end, "Explicit Maundevyle."

CCXL.

Codex membranaceus, in folio, ff. 256, secc. xii. exeuntis—xiv., pluribus constans codicibus; olim ut videtur prioratus de Kirkeby, postea coll. Ball. ex dono Ricardi Bole.

1. Salomonis libri qui sequuntur;

   a. Proverbia; prævia Hieronymi epistola ad Chromatium et Heliodorum. fol. 4.

   Incip. epist. "Jungat epistola quos."

   b. Ecclesiastes, cum commento annexo. fol. 32.

   Incip. com. "Quomodo hic liber legendus."

   c. Cantica Canticorum, cum commento. fol. 46.

   Incip. "Cum esset rex in accubitu."

---

2. Homiliarum collectio, numero xciv. per anni circulum legendarum, prævia præfatione brevi et tabula. fol. 57.

Incip. præf. "Prima causa est quare in una die septem cruces adit septem porte inferni."

Incip. homil. i. "Primum omnium oportet nos memorare, fratres karissimi, et recitare de Deo veraciter."

Præcedunt, "Fide-jussores plumbi accommodati a priore et monachis de Kirkebi; qui persolvant tantam quantitatem plumbi quantam nunc recipiunt." incip. "In primis Willelmus filius Reginaldi de Hesenhul."

---

3. De historia miraculisque B. Virginis Mariæ libri tres, quibus annexi sunt sermones Fulberti aliorumque in honorem ejusdem Virginis Assumptionis, etc. cum prologo. fol. 137.

Tit. "Incipit prologus in miraculis Sancte et perpetue Virginis Marie et matris Domini."

Incip. "Eterna Dei sapiencia."

Incip. lib. i. "Scripturi virtutes et miracula intemeratæ Virginis Dei genitricis."

Incip. ad fol. 165 Fulberti sermo, "Approbatæ consuetudinis est apud Christianos."

Tit. ult. cap. est, "Cur Johannes et illi qui similiter contempti sunt per miraculum non sint per se liberi a peccato." fol. 187 b.

Incip. "Quod si objiciuntur mihi Johannes Baptista."

Sequuntur lectiones de B. M. Virgine.

4. Liber Actuum Apostolorum, cum glossa marginali et interlineari, necnon argumentis. f. 190.

Incip. arg. "Lucas medicus Antiochensis."

Incip. gloss. "Beda. Primum sermonem, id est, evangelium."

5. Romanorum Pontificum series a S. Petro usque ad Innocentium papam III. inclusive. fol. 245.

Incip. "Petrus sedit annis xxv. mens. vij. diebus viij."

6. Series annorum ab 1001 usque ad annum 1274, notulis ad historiam Angliæ pertinentibus in margine instructa. fol. 250.

Incip. not. ad an. 1012 "Sanctus Elphegus lapidatur."

Occurrunt plura ad partem Angliæ occidentalem, necnon ad prioratum de Kirkeby, spectantia.

CCXLI.

Codex membranaceus, in folio, ff. 294, sec. xiv., binis columnis exaratus.

1. Adami Buckfield commentarius super Aristotelis Metaphysicorum libros undecim. fol. 2.

Incip. "Consideracio autem, etc. Supposito ut vult Avicenna et etiam Algazel quod subjectum."

Desin. "suum contrarium esse principium. Expliciunt sentencie super undecimum Methaphisice."

2. Thomæ Aquinatis super Metaphysicorum libros duodecim expositio. fol. 80.

Incip. "Omnes homines; etc. Sicut dicit philosophus in Politicis suis;" ut in edit.

In calce, "Explicit liber xij. Methaphisice."

3. Ejusdem super Ethicorum libros. fol. 205.

Incip. "Sicut dicit philosophus;" etc. ut ibid.

4. Ejusdem super librum de causis. fol. 283 b.

Incip. "Sicut philosophus dicit in decimo Ethicorum, Ultima felicitas;" ut ibid.

CCXLII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 191, sec. xv., manu Italica nitidissime exaratus; ex dono Will. Gray.

1. Aristotelis Ethicorum libri decem, interprete Leonardo Bruno Aretino, prævio prologo et epistola interpretis ad Martinum v. papam. fol. 2.

Incip. prol. in verbis, "——tum jocunditatem dixere et qui ita se habet urbanus."

Incip. epist. "Non novum esse."

Incip. traduct. "Omnis ars omnisque doctrina."

In calce, "Ethicorum Aristotelis liber decimus et ultimus finit."

2. Ejusdem Politicorum libri octo, eodem interprete, prævia epistola ad Eugenium papam IV., et præfatione. fol. 87.

Incip. ep. "Libros Politicorum multus a me."

Incip. præf. "Inter moralis discipline."

Incip. lib. "Quoniam videmus omnem."

In calce, "Finis Politicorum."

CCXLIII.

Membranaceus, in folio, ff. 117, sec. xiv. ineuntis, binis columnis; ex dono Will. Gray.

Averrois commentarius super Aristotelis libros quatuor de cœlo et mundo.

Incip. "Maxima cognicio; etc. Quia iste liber primus in quo loquitur."

Desin. "et sic finitus est liber celi et mundi. Explicit hic totum."

Sequitur commentarius super Meteororum librum quartum; incip. "Postquam visum est quod principia elementaria."

CCXLIV.

Codex membranaceus, in folio, ff. 133, anno 1308, manu Ricardi de Maincestria, ad opus Will. de Mundham, binis columnis exaratus.

Averrois commentarius super Aristotelis libros de cœlo et mundo.

Incip. "Maxima cognicio;" etc. unde supra.

In calce, "Iste liber scriptus fuit ad opus magistri Willelmi de Mundham anno Domini m.ccc. octavo per manus Ricardi de Maincestria, quem Deus commendet in eternum. Amen."

Sequitur pars commenti in fine libri primi inserenda.

CCXLV.

Membranaceus, in folio, ff. 190, sec. xiv., binis columnis exaratus; ex dono Will. Gray.

1. Averrois in libros Aristotelis de historiis animalium commentarius. fol. 3.
   Incip. "Earum quæ sunt in animalibus."
2. Ejusdem in libros de progressu animalium. fol. 69 b.
   Incip. "De partibus autem opportunis."
3. Ejusdem in libros de generatione animalium. fol. 105.
   Incip. "Quoniam autem de aliis partibus."
4. De physiognomia Aristotelis. fol. 146.
   Incip. "Quoniam et sententie sequuntur corpora."
5. De morte Aristotelis. fol. 149 b.
   Incip. "Cum homo est ad ymaginem."
6. Secreta Secretorum edita ab Aristotele ad Alexandrum regem, Latine versa per Philippum Clericum, cum prologis. fol. 152.
   Incip. "Quando luna ceteris stellis."
   In calce, "Expliciunt Secreta Secretorum missa ad peticionem Alexandri ad Aristotelem."
7. De coloribus. fol. 170.
   Incip. "Simplices colorum sunt."
8. De proprietatibus elementorum. fol. 172 b.
   Incip. "Postquam premissus est sermo."
9. De causis. fol. 177.
   Incip. "Omnis causa; etc. Cum ergo sermonum."
10. Poetria Ibn Boslin, scil. Ebr .... commentarius in Aristotelis Poetriam. fol. 182.
    Incip. "Inquit Hermannus Alemannus, postquam cum non modico labore consummaveram translationem rhetorice."
    In calce,
    "Explicit hec summa . sit bonis gratia summa,
    A Christo detur . ut cum sanctis comitetur."

CCXLVI.

Codex membranaceus, in folio, ff. 268, sec. xv. ineuntis, binis columnis exaratus; olim Ricardi Roderham; "prec. xiij. s. iiij. d."

1. Roberti Holcot quæstiones quodlibetales. f. 5.
   Incip. "Utrum ex testimoniis in eternum fundatis veritatis constat theologiam esse scientiam."
   Desin. "non exeunte in eodem."
   Sequitur tabula alphabetica.
2. Commentarius in Aristotelis Meteororum libros; imperf. fol. 169.
   Incip. "Cum omne desiderii compos et maxime creatura racionalis appetat suam perfectionem."
   Defic. in cap. 36 verbis, "virtus una celestis per ipsam movetur"——
3. Roberti Holcot quæstiones aliæ XCI. quodlibetales. fol. 181.
   Incip. i. "Utrum theologia sit scientia."
   "In disputacione de quolibet proposite fuerunt questiones."
   Desin. "vel plus de ista questione."
   Sequuntur tituli, et in calce, ut in fronte codicis, folia quatuor rejectanea fragmentum Digesti Veteris exhibentia.

CCXLVII.

Membranaceus, in folio minori, ff. 64, sec. xiii. exeuntis, binis columnis exaratus; ex dono Will. Gray.

1. S. Thomæ Aquinatis commentarius super Aristotelis librum de sensu et sensato. fol. 38 b.
   Incip. "Ut dicit philosophus in tertio de anima."
   In calce, "Explicit sentencia super librum de sensu et sensato secundum egregium ex-

positorem fratrem Thomam de Alquino, de ordine fratrum Prædicatorum, cujus anime propicietur Deus."

2. Ejusdem expositio super librum de memoria et reminiscentia. fol. 39.
   Incip. "Sicut dicit philosophus in vij."
   In calce, "Explicit expositio fratris Thome," etc.
3. Ejusdem expositio libelli de causis. fol. 51.
   Incip. "Causa prima, etc. Postquam ostensum est."
   In calce, "Explicit expositio," etc.
4. Ejusdem expositio super librum Boethii de hebdomadibus. fol. 56.
   Incip. "Pre .... prior in domum tuam; etc. Habet hoc privilegium sapiencie studium."
   In calce, "Explicit exposicio libri Boetii;" etc.
5. Ejusdem expositio super librum de generatione et corruptione. fol. 61.
   Incip. "Sicut philosophus tradit in tertio de anima."

CCXLVIII. (A.)

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 302, sec. xv., manu Italica nitide exaratus; mutil.

Ciceronis Orationes, quæ sequuntur; scilicet,

1. Pro T. Annio Milone. fol. 2.
   Incip. in verbis, "aliquando per vestram fidem, virtutem sapientiamque."
2. Pro lege Manilia. fol. 15 b.
   Tit. "Pro Gneo Pompeio Magno."
3. Pro M. Marcello. fol. 24 b.
4. Pro rege Deiotaro. fol. 28 b.
5. Pro Archia poeta. fol. 33 b.
6. Ad Quirites de congratulatione sui reditus in urbem. fol. 39.
7. Pro Q. Ligario. fol. 42.
8. Pro Cneio Plancio. fol. 46 b.
9. Post reditum in Senatu. fol. 62 b.
10. Pro se ad Equites ne eat in exilium. fol. 69.
11. Pro Sexto Roscio Amerino. fol. 73.
12. Pro A. Cluentio. fol. 91 b.
13. Pro P. Sylla. fol. 118 b.
14. Pro L. Muræna. fol. 130.
15. In Vatinium. fol. 144 b.
16. Pro M. Cælio. fol. 150.
17. Pro L. Cornelio Balbo. fol. 160 b.
18. Pro P. Sextio, cum glossis marginalibus. f. 172 b.
19. Pro domo sua ad Pontifices. fol. 187 b.
20. Gratias agit de reditu suo. fol. 208.
    Cf. supra, art. 6.
21. De Haruspicum responsis. fol. 212.
22. De provinciis consularibus. fol. 223.
23. Sallustii in Ciceronem. fol. 230 b.
24. In Sallustium. fol. 231 b.
25. In Catilinam orationes quatuor. fol. 235.
26. Pro C. Rabirio Postumo. fol. 253.
27. Pro C. Rabirio perduellionis reo. fol. 258 b.
28. Pro Roscio Comœdo. fol. 264 b.
29. Pro A. Cæcina. fol. 271.
30. Pro lege Agraria contra Rullum orationes duæ. fol. 286 b.

CCXLVIII. (B.)

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 224, anno 1447 manu Gerardi Cerasii Florentini nitide exaratus; ex dono Will. Gray.

1. M. T. Ciceronis Orationes contra M. Antonium Philippicæ quatuordecim; initio mutil. fol. 2.
   Incip. in verbis, "——post edictum Bruti affertur et Cassii, quod quidem."
   In calce, "Marci Tullii Ciceronis in Marcum Antonium Philippicarum quarta decima et ultima explicit."
2. Ejusdem in Caium Verrem orationes septem. fol. 74.
   In calce, "Iste liber Philippicarum et Verrinarum scriptus fuit per me Gherardum Cerasium, civem et notarium Florentinum, anno Domini m. cccc. xlvij. die trigesimo Septembris."

CCXLVIII. (C.)

Membranaceus, in folio majori, ff. 377, sec. xv., ex dono ejusdem.

M. T. Ciceronis Epistolarum libri; ut sequuntur,

1. Ad Lentulum, Brutum, aliosque libri sedecim. fol. 2.
   In calce, "M. T. Ciceronis epistolarum ad Lentulum liber decimus sextus et ultimus finit feliciter."
2. Ad Atticum libri quatuordecim. fol. 164.
   Tit. *aureis literis exaratus*, "Marci Tullii Ciceronis clarissimi et eloquentissimi oratoris epistolarum ad Atticum liber primus incipit feliciter."
   In calce, "M. T. Ciceronis epistolarum ad

Atticum liber decimus sextus et ultimus finit feliciter Deo gratias; Amen."

CCXLVIII. (D.)

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 390, sec. xv., ex dono ejusdem.

M. T. Ciceronis opera quæ sequuntur,

1. De officiis libri tres. fol. 1.
   Incip. in verbis, "——suscipitur de aliqua re institutio."
2. De amicitia. fol. 50.
3. De senectute. fol. 64 b.
4. De paradoxis. fol. 77 b.
5. Disputationum Tusculanarum libri quinque. f. 86.
6. De natura Deorum libri tres. fol. 155.
7. De divinatione libri duo. fol. 208 b.
8. De fato 'fragmentum.' fol. 248 b.
9. De legibus libri tres. fol. 256.
10. Academicorum "libri 1 fragmentum." f. 282 b.
11. Academicorum liber tertius. fol. 288 b.
12. Timæus. fol. 313 b.
13. Somnium Scipionis. fol. 319 b.
14. De finibus bonorum et malorum libri quinque. fol. 323.
    In calce, "M. T. Ciceronis de finibus bonorum et malorum liber v. et ultimus explicit."

CCXLVIII. (E.)

Membranaceus, in folio majori, ff. 251, anno 1445 manu Antonii Marii filii Florentiæ nitide exaratus; ex dono ejusdem.

M. T. Ciceronis opera alia; scilicet,

1. Rhetoricarum Inventionum libri duo. fol. 2.
   In calce,
   "Tullius erexit Romanae insignia lingue,
   Rhetoricas Latio, dum sonat ore tubas."
2. Rhetoricorum ad Herennium libri duo. f. 45 b.
3. De oratore. fol. 88.
4. Brutus. fol. 167.
5. Orator. fol. 199.
6. Partitionum Rhetoricarum liber. fol. 223.
7. Topica. fol. 236.
   Defic. in verbis, "quæ si ipsa contenta sunt melioraque"——
8. Synonyma. fol. 242.
   Incip. in verbis, "Sordidus genere; Infando genere."
   In calce, "Antonii Marii filius, Florentinus civis atque notarius, transcripsit Florentiæ ij. idus Novembris, m.cccc.xlv. Valeas."

CCXLIX.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 450, sec. xv., manu Italica nitide exaratus, sed quoad literas initiales hic illic mutilus; ex dono ejusdem.

1. C. Plinii Secundi Historiæ Naturalis libri xxxvi. prævio elencho capitum. fol. 2.
   In calce, "Explicit liber xxxvi. et ultimus historie Naturalis Plinii Secundi Veronensis feliciter."
2. Ejusdem de viris illustribus liber. fol. 442.
   In calce, "Explicit liber Plinii de viris illustribus feliciter."

CCL.

Membranaceus, in folio, ff. 181, sec. xiii. exeuntis, binis columnis nitide exaratus.

1. Aristotelis Rhetoricorum libri tres. fol. 1.
   Incip. "Rethorica assecutiva."
   In calce, "Explicit rethorica Aristotelis translata a Greco in Latinum."
2. Ejusdem de causa motus animalium. fol. 36.
   Incip. "De motu autem eo qui."
3. De problematibus. fol. 39 b.
   Incip. "De problematibus, que sunt circa medicinalia."
4. De historiis animalium libri. fol. 104.
   Incip. "Eorum que sunt in animalibus."
5. De progressu animalium. fol. 176 b.
   Incip. "De partibus autem."
   Sequitur fragmentum de causa motus animalium, ut supra.

CCLI.

Chartaceus, in folio, ff. 255, sec. xvii.; olim Ra. Cudworth, D. D. postea P. Allix, D. D. et deinde Ric. Kidder, ep. Bath. et Well.

Porta Veritatis, sive compendiosa via ad beatitudinem, authore Jacob Aben Amram Judæo [sive Ben Israel], anno ab orbe condito 5394 [scil. A. C. 1634], in tres partes distincta, indice posthabito.

Incip. prol. "Vir quidam illustris, natione Flandricus, origine et habitu Christianus."

Incip. pars i. "De simplicissima et omnimoda immultiplicabili unitate Dei veri. Audi Israel; etc. Unus, id est solus, non ergo aliorum."

Desin. "et agnosces simul vanitates gentium. Vale."

Notitiam de codice in initio scripsit Ricardus Kidder, ep. Bathon. et Wellensis, dat. 9 May 1700, *Anglice*, incip. "This MS. was found in the library of the very learned Ra: Cudworth, D. D. Thence it came into the hands of my learned friend P. Allix, D. D. of whom I bought it. I have heard Dr. Cudworth say that he bought of M. Ben Israel a MS. for £10, and I believe this to be the same. It hath bin thought that M. Ben Israel was the author of it. I cannot affirm that to be so," etc.

CCLII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 150, sec. xiii. exeuntis, binis columnis bene exaratus.

Aristotelis de historia animalium libri novendecim.

Abscissum est folium primum; incipit ergo lib. i. abrupte in verbis, "agrestia non sunt fixa nimio mobilia."

Desin. "et propter causam moventem."

CCLIII.

Membranaceus, in folio, ff. 265, sec. xiii., bene exaratus.

1. Porphyrii Isagoge, notulis marginalibus manu recentiori illustrata. fol. 1.
   Incip. vers. "Cum sit necessarium Grisarori."
2. Aristotelis Organon, aliis intermixtis, et cum notis marginalibus; scil.
   a. Prædicamenta. fol. 10 b.
   b. De Interpretatione. fol. 27 b.
   c. De sex Principiis. fol. 37 b.
   d. Boethii Topicorum libri iv. fol. 46.
   Incip. "Omnis ratio disserendi."
   e. De divisione. fol. 80 b.
   Incip. "Quam magnos studiosis."
   f. Topicorum libri octo. fol. 92.
   Incip. "Propositum quidem."
   g. Priorum Analyticorum libri duo. fol. 157 b.
   Incip. "Primum dicere."
   h. Posteriorum libri duo. fol. 209 b.
   Incip. "Omnis doctrina."
   Sequitur fragmentum vetustum regulæ societatis cujusdam, in cujus columna tertia occurrunt ista, "Adeo morte socii solvitur societas, ut nec ab inicio pacisci possimus, ut heres succedat societati. Hec ita in privatis societatibus, at in societate vectigalium nihilominus manet societas."

CCLIV.

Codex chartaceus, in folio, ff. 44, sec. xvii., ex dono Joh. Harris, quondam socii; 1666.

Breve relatione della stato forza richeza et grandezza del gran duca di Toscana, fatta al tempo del seren. Ferdinando Medici, Gran Duca V. et del nome II. a di xii. Juglio, 1630; con una minutissima descrittione delle Curiosita da vedersi particularmente in Firenze, e luoghi di Ricreationi et diletie appresso.

Nel fine sono descritte l' entrate del Gran Duca nel modo calculato et dilanicato l' anno passato 1629.

Incip. "Il modo non si stimerebbe."

Desin. "ogni particulare istoria."

CCLV.

Chartaceus, in folio, ff. 81, sec. xvii.; ex dono Browne Willis, de Whaddon Hall, 1744.

Balliofergus; or a commentary upon the foundation, founders and affairs of Balliol College, gathered out of the Records thereof and other Antiquities; by Henry Savage, master of the said College, 1661.

Printed, 4to, Oxford, 1668.

CCLVI.

Chartaceus, in folio minori, ff. 149, annum circiter 1200 binis columnis exaratus.

1. Eusebii Cæsareensis Historiæ Ecclesiasticæ libri undecim, prologo capitulisque illustrati. fol. 1.
   Tit. "Incipit prologus Historiarum."
   Incip. "Peritorum dicunt esse medicorum;" ut in edit. impress.
   In calce, "Expliciunt xi. libri Historiarum."
2. Historia Wandalorum libris quatuor comprehensa, auctore S. Victore, episcopo Vitensi, cum prologo. fol. 91.
   Tit. "Incipit historia persecutionis Affricane provincie temporum Aisenti et Hunenci regis Wandalorum, scribente Sancto Victore, episcopo patrie Vitensis."
   Incip. prol. "Quondam veteres ob studium sapientie;" ut in edit. Ruinart. p. 1.
3. Historiarum gentis Longobardorum libri sex a Paulo [Warnefrido] monacho quodam editi. fol. 110.
   Incip. "Septentrionalis plagæ;" ut in Murator. Rer. Ital. Scriptt. tom. i. col. 404.

Desin. "avarumque pacem custodiens."

Sequitur Pontificum tabula a S. Petro usque ad Cœlestinum III., et postea Imperatorum usque ad Conradum II.

CCLVII.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 98, sec. xii. exeuntis, in fine mancus.

Euclidis Elementorum Geometricorum libri xiv.; schematibus illustrati.

Incip. vers. "Triangulum equilaterum supra datam lineam rectam collocare. Esto exemplum."

Præcedunt definitiones sub titulo, "Primus liber Euclidis institucionis artis geometrice incipit xvii. propositiones continens per Adelardum Bathoniensem ex Arabico in Latinum translatus."

Defic. in propos. "Intra cubum assignatum figuram octo basium triangularum equalium laterum constituere."

CCLVIII.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 148, sec. xv., manu R. Bole, anno 1460 exaratus; ex dono M. Ric. Bull, archid. Eliensis, quondam coll. Ball. socii.

1. C. Crispi Sallustii Bellum Catilinarium. fol. 2.
2. Ejusdem Bellum Jugurthinum. fol. 53 b.

In calce, "Finit Salustius in Jugurtino per R. Bole, 20 Februarii, anno 1460, quo anno male pugnatum est per Anglos contra Anglos juxta Sanctum Albanum 17 mensis supradicti."

CCLIX.

Chartaceus, in folio, ff. 439, sec. xvii.; olim Rogeri Norton, postea J. H.; haud eadem manu scriptus.

Volume of Sermons on several subjects by the right reverend father in God James Ussher, late archbishop of Armagh and primate of Ireland.

They are upon the texts following, Rom. viii. 15, 16. Joh. viii. 31, 32. 2 Cor. v. 19. 1 Cor. x. 17. Ps. xxxii. 10. Ps. xxxii. 11. Luke i. 73. Heb. ii. 14, 15. Galat. iv. 4. Rom. vi. 14. Matt. xiii. 44. 1 Thess. ii. 13. 2 Chron. xxxiv. 33. Ps. ciii. 1, 2, 3. 1 Cor. xi. 28. Rom. iii. 19. 1 Joh. v. 12. 1 Joh. iii. 9. Galat. v. 17. Matt. xxv. 31, 32. 1 Joh. v. 7. 1 Joh. v. 8. 1 Joh. iii. 3. Jude 20, 21. Ephes. iv. 13.

The first beg. "Rom. viii. 15, 16. For yee have not received, etc. The apostle sets downe in this epistle a platforme of Christian doctrine."

The last beg. "Ephes. iv. 13, Till wee all come, etc. When the Lords ark was to set forward."

Ends, "working in you that which is well pleasing in his sight through Jesus Christ;" etc.

At the end, "4 Apr. 1656. This booke of sermons was entred in ye Register. J. Burroughs."

CCLX.

Codex chartaceus, in folio, ff. 138, sec. xvii.

Historiæ Britannicæ Defensio, Johanne Priseo equestris ordinis Britanno authore; manu sua propria recognita et emendata.

Incip. "Quod Britannia rerum in ea gestarum monumentis nullo unquam tempore a primo ejus incolatu caruisse videatur. Ut hec Insula Britannia, Albion quoque ab antiquis."

Desin. "valerem, patrocinio destitueretur."

Sequuntur, "Capita hujus commentacionis."

CCLXI.

Membranaceus, in folio minori, ff. 209, sec. xv. manu Joh. Reynboldi de Monte-Ornato, nitide exaratus; ex dono Roberti Thwaits, magistri.

Rogeri de Waltham, canonici Londoniensis, Compendium Morale, libris xiii. comprehensum.

Tit. i. "Prologus in compendium morale de virtuosis dictis et factis exemplaribus antiquorum magistri Rogeri de Waltham, canonici Londoniarum."

Incip. "Sapienciam antiquorum exquiret."

Desin. "sibi commissum cum fervore, sicut bonus debitor optimo creditori."

In calce, "Scriptus est liber iste per manus Johannis Reynboldi de Monte Ornato terre Hassie Theutonicum."

CCLXII.

Membranaceus, in folio minori, ff. 188, sec. xv., nitide exaratus, sed in calce mutilus; ex dono Will. Gray.

1. Nonii Marcelli, peripatetici Tiburtiensis com-

pendiosa doctrina per litteras ad filium de proprietate sermonum. fol. 2.

2. De diversis acceptionibus nominum et verborum. fol. 74 b.
3. De differentiis verborum. fol. 147.
4. De genere navigiorum. fol. 180 b.
5. De genere vestimentorum. fol. 182.
6. De genere vasorum. fol. 184.
7. De genere colorum. fol. 186.
8. De genere ciborum. fol. 187.
9. De genere armorum. fol. 187 b.

Defic. in verbis, " ex cursu levi armi gravibus non impediti ca"——

CCLXIII.

Codex chartaceus, in folio minori, ff. 176, sec. xv. ineuntis; binis columnis haud una manu exaratus.

1. Anonymi cujusdam de epistolaris natura Dictaminis. fol. 1.

Incip. " Cum inter jocunda familiariter."

Desin. " eos sapidiores auditoris."

2. Anonymi cujusdam auctoris liber qui dicitur, ' Tria sunt.' fol. 7 b.

Incip. " Tria sunt circa que cujuslibet."

In calce, " Explicit tractatus, qui dicitur Tria sunt."

3. Galfridi [de Vino-salvo] carmen de nova poetria, versibus heroicis. fol. 32 b.

Incip.

" . . . . noccnti
. . . tribuam . . . caput addam.
Testis erat nomen metri tibi vult simulari."

In calce, " Explicit liber magistris Galfridi de nova poetria."

4. Tractatus de arte Dictaminis episcopi Carleolensis, [scil. Thomæ de Novo-Mercatu.] f. 44 b.

Incip. " Dilectissime frater in Christo in quodam amoris."

In calce, " Explicit tractatus episcopi Carliolensis de titulis dictaminis."

5. Guidonis de Columnis Historia de bello Trojano, cum epilogo. fol. 49 b.

In calce, " Factum est presens opus anno Dominice Incarnacionis m.cc.lxxxvij. ejusdem prime indictionis. Deo gratias agamus."

6. Johannis Lemovicensis somniale Dilucidarium Pharaonis ad Theobaldum regem Navarinæ, cum prologo et capitulorum tabula. fol. 114.

Incip. " Rex virtutum progressurus ad prelium adversus principes tenebrarum."

Desin. " et vox laudis; Amen."

In calce, " Explicit Sompniale Delucidarium Pharaonis compositum per Johannem Lemovicensem ad regem Navarine."

7. Ricardi de Bury Philobiblion. fol. 124 b.

In calce, " Explicit Philobiblon domini Ri. de Bury, Dunelmensis episcopi; completus est autem tractatus iste in manerio nostro de Aukeland xxiiij. die Januarii anno Domini m.ccc.xliiij.," etc.

8. [Matthæi] Vindocinensis tractatus de arte versificatoria. fol. 138.

Incip. " Ne meas viderer."

Desin. " Explicit emeritum Vindocinensis opus."

In calce, " Explicit tractatus Vindocinensis de arte versificatoria."

9. Gervasii de Saltu-Lacteo tractatus de arte versificatoria et modo dictandi ad Johannem Album, ' non tam socium, quam magistrum suum.' fol. 153 b.

Incip. " Armata est majorum petitio."

In prologo recenset scriptores de arte versificatoria sequentes, " Matthæum Vindocinensem, Galfridum Vinesa [Vinsauf], et Bernardum Sylvestrem."

Desin. opus, " delectari nolumus, sed prodesse."

In calce, " Explicit tractatus Gervasii de Saltu-Lacteo de arte versificatoria et modo dictandi."

CCLXIV.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 98, sec. xv. ineuntis; olim eccl. B. Petri Westmonast.

Opus, quod dicitur Forma Religiosorum, in libros tres distributum, præviis capitulis et prologo.

Incip. prol. " Forma religiosorum dicitur iste liber et bene, quia secundum doctrinam in eo contentam vivere quis voluerit."

Tit. lib. i. " Incipit libellus qui dicitur Formula Religiosorum. Cap. pr. Quid debes primo considerare."

Incip. " Primo considerare debes quare veneris et ad quid veneris."

Desin. lib. iii. qui in septem processus distinguitur; " aut cum gratias agimus pro ac-

ceptis vel promissis, que nobis concedat Deus, Qui vivit," etc.

In calce, "Explicit tertius liber de forma Religiosorum;" et in pag. sequenti, "Starrys, monachus Westmonestrii."

CCLXV.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 147, sec. xv.; ex dono M. Nicolai Saxton, quondam socii.

Alani [Insulani] Carmen quod dicitur Anti-Claudianus, notulis marginalibus et interlineæribus perquam instructum.

Præcedit prologus, incip. "Cum fulminis impetus vides suas expendere dedignetur."

Incip. carm.

"Actoris mendico stilum phalerasque poete."

Incip. gloss. "Ego usurpo modum scribendi verba ornata;" et in marg. "Actor hujus operis in principio."

Desin. carm.

"Supplantare novas saltem post fata silebit,
Qui dedit alpha et O. sit laus et gloria Christo."

CCLXVI.

Chartaceus, in 4to, ff. 60, sec. xvi., ex dono Thomæ Wendy, equitis aurati.

The life of Sir Thomas More, by John Harris, his secretary.

Tit. "The Lyffe of Sir Thomas Moore."

Beg. "Thomas Moore was borne in London, the principall cytty of this realme."

At the end are, 1. The description of Sir T. Moore, according to the relation of them who best knew him and his picture which was drawne when hee was chancellor. 2. The translation of his epitaph.

Prefixed is a note upon the authorship.

CCLXVII.

Chartaceus, in 4to minori, ff. 53, sec. xvii.

1. Heliodori Larissæi optica. fol. 2.
2. Autolyci Definitiones de Sphæra. fol. 19.
3. Ejusdem libri duo περὶ ἐπιτολῶν καὶ δύσεων. f. 24.
4. Theodosii Theoremata περὶ οἰκήσεων. fol. 34.
5. Ejusdem de diebus et noctibus libri duo. f. 41.

CCLXVIII.

Chartaceus, in 4to, ff. 5, et 106, sec. xvi.

The lyfe of the gloryous virgin Saynt Werburge, also many myracles, that God hath shewed for her; and fyrst the prologe of the auctor; by Henry Bradshaw, monk of Chester.

Prefixed is,

The prologe of J. T. in the honour and laude of Seynt Werburge and to the prayse of ye translatour of the legende folowinge.

Beg.

"Honour, joy and glory the trynes organicall."

This poem, as is noticed at the end in a colophon, was printed by Pynson, 1521. There are two copies of the original edition in the Bodleian Library.

CCLXIX.

Codex chartaceus, ex charta lævigata, in folio, ff. 247, sec. xvii.; ex dono [Theoph.?] Leigh.

Tsikarȧt al-Evlian; i. e. An account of several of the Turkish Saints; *in Turkish.*

Prefixed is the note following, "Mr. Leigh's compliments to Mr. Davey and sends him two college books.

"He likewise sends him five Turkish manuscripts brought by Dr. Brydges from Aleppo, which he begs ye college to accept of, and to find a place for them in their library."

CCLXX.

Chartaceus, in folio, ff. 83, sec. xvii. ineuntis, manu Rob. Sprakelinge scriptus.

1. The life of Cardinal Wolsey written by Mr. Banister, his gentleman usher. fol. 2.

   At the end, "Upon the 30th day of June towards the evening in ye yeere of Christ 1609, I began to copie out this booke and upon the 31 day of July next following I ended it. Robt. Sprakelinge."

2. The copie of a letter which was said to have been sent unto the kyng by Sir Walter Rawligh presently after his condemnation. fol. 75.

   Beg. "The life which I had."

3. Letters on the Churches of Rome and England. fol. 76.

   Beg. "The blessed disposicion of his Majestie."

   At the end, "This tretise is supposed to have bin written by Doctor Carrier."

4. The tenor of Sir Water Raleigh's speech at his death. fol. 82.

CCLXXI.

Codex membranaceus, in folio, ff. 15 et 119, secc. xiv. et xv.

Chartularium, sive Registrum Chartarum ad prioratum de S. Guthlaco apud Herefordiam spectantium.

Charta prima est Roberti Folet de aquæ ductu apud Aylnadeston.

Præcedunt,

a. Tabula chartarum circiter quingentarum, secundum ordinem foliorum.

b. Registrum earundem alphabeticum secundum loca, ad quæ chartæ spectant.

c. Chartæ aliæ inferioris ævi, a manibus insertæ recentioribus.

Ad fol. 107, *seqq.* tabulæ sunt reddituum aliorumque ad eundem prioratum spectantium.

CCLXXII.

Membranaceus, in 4to, ff. 31, sec. xii. exeuntis; ex dono Gulielmi Hamilton.

M. T. Ciceronis Rhetoricorum ad Herennium libri quatuor, notulis marginalibus interlinearibusque instructi.

In calce notatum est de oratoris officio; incip. "Oratoris officium est de hiis rebus posse dicere."

CCLXXIII.

Membranaceus, in 4to, ff. 26, sec. xii. exeuntis; ex dono Gulielmi Hamilton.

M. T. Ciceronis de inventione rhetorica libri duo.

CCLXXIV.

Membranaceus, in folio, ff. 257, anno 1409 manu Pauli de Mertzenich binis columnis nitide exaratus.

1. Johannis Wallensis, sive Guallenis, Collationes sive Communiloquium in partes septem distinctæ, prævia capitulorum tabula. fol. 2.

Tit. "Incipit prologus in Communiloquium a fratre Johanne Vallensi, ordinis Minorum editum."

Incip. "Cum doctor sive predicator evangelicus sapientibus et insipientibus."

In calce, "Explicit Summa Collacionum, sive Communiloquium, Johannis Vallensis, ordinis fratrum Minorum, scriptum per me Paulum de Mertzenich, etc. anno Domini mcccc nono in crastino Sancti Thome apostoli. Deo gratias."

2. Ejusdem Johannis Vallensis Breviloquium de virtutibus antiquorum principum et philosophorum, præviis titulis. fol. 130.

Incip. "Quoniam misericordia et veritas custodiunt regem et roboratur."

In calce, "Explicit Breviloquium Johannis Vallensis."

3. Petri Blesensis Opus quod dicitur 'Quales sunt' cum prologo et capitulis. fol. 145 b.

Incip. "De utinam episcopis;" ut inter opera, p. 563, ex codice nostro editum.

In calce, "Explicit liber qui intitulatur 'Quales sunt' editus per venerabilem Petrum Blesensem, scriptus per me Paulum," etc.

4. Liber de oculo morali, cum prologo et capitulis. fol. 166.

Incip. prol. "Si diligenter voluerimus."

Incip. lib. "Sciendum igitur quod sicut."

In calce, "Explicit libellus de oculo morali."

5. Tractatus de vita et moribus philosophorum. fol. 204.

Incip. "De vita et moribus philosophorum."

In calce, "Explicit libellus de moribus, etc. per manus Pauli de Mertzenich; Deo gratias, Amen."

6. De memoria artificiali tractatulus. fol. 236.

Incip. "Memoria utrum aliquid habeat."

In calce, "Explicit notabile quoddam de memoria artificiali."

7. Radulphi de Praellis epistola ad Carolum, regem Francorum quintum. fol. 238.

Incip. prol. "Etsi quos principibus notos ars efficit mechanica, quanto magis eos, qui liberalibus insistunt artibus."

Incip. opus, "Nocturnis nuper pulicibus."

8. Notitiæ de Arthuro rege et de Methodio. fol. 255 b.

Incip. "Arturus utriusque Britanniæ."

9. Bernardi, abbatis Clarævallensis, epistola ad servum in Christo in monasterio S. Mariæ quod est Trecas a suo proposito fluctuantem. f. 256.

Incip. "Relatum est michi;" in edit. ep. cxv.

10. Legenda de Thaide meretrice pœnitente. f. 256 b.

Incip. "Gaudium fuit angelis Dei."

11. Anonymi prophetia de ultima ætate. fol. 257.

Incip. "In ultima etate humiliabitur."

CCLXXV.

Codex membranaceus, in folio, ff. 184, sec. xiv., binis columnis bene exaratus; ex dono Will. Gray.

1. Johannis Cassiani monachi de institutis cœnobiorum libri duodecim, prævia "epistola S. Castoris Aptensis episcopi ad beatum Cassianum, Massiliensem abbatem." fol. 2.

   Incip. epist. "Rationabiliter, Pater;" ut inter Cassiani opera, edit. 1628, p. 1.

2. Ejusdem Cassiani collationes SS. Patrum, numero viginti quatuor, prologis capitulisque illustratæ. fol. 46.

   Tit. "Incipit liber collationum beati Cassiani qui et Johannis Massiliensis presbiteri. Hic codex continet collationes Sanctorum Patrum numero xxiiij." etc.

   Incip. præf. "Debitum quod beatissimo pape Castorio;" ut ibid. p. 297.

   In calce, "Explicit collatio abbatis Piamonis."

CCLXXVI.

Membranaceus, in folio, ff. 154, sec. xv., binis columnis nitide exaratus, mutilus; ex dono Will. Gray.

1. Galfridi [de Vino-Salvo] de Poetria nova opus ad Innocentium III., carmine heroico; initio mutil. fol. 2.

   Incip. in versu,

"Exemplum sed et hic sicut penultimus in tres
Crescit et hiis octo ramis stilus ipse superbit."

   Desin.

"Sed licet omnis apex tibi crescat honoris honore,
Crescere non poteris quantum de jure meretis."

2. Alani de Insulis Anticlaudianus. fol. 15.

   Incip.

"Auctoris mendico stilum falerasque poete."

   Exstat impress.

   In calce, "Explicit liber Anticlaudiani."

3. Ejusdem liber de planctu Naturæ, partim prosaice partim metrice. fol. 43 b.

   Tit. "Incipit Encheridon magistri Alani de Podio."

   Incip.

"In lacrimas risus, in luctus gaudia vertit."

4. P. Terentii Afri comœdiæ sex; [scil. Phædrus,] Eunuchus, Heautontimorumenos, Adelphi, Hecyra, et Phormio; cum prologis argumentisque. fol. 57.

   Incip. in Phædr. verbis, "——sese; item alia multa que nunc narrandi non est locus, continuo ad te properans percurro."

   In calce, "Explicit comedia Phormio feliciter." Sequitur epitaphium Terentii, "Natus in excelsis;" ut inter Epigrammata et Poematia Vetera, ed. 1619, p. 71.

5. Gervasii de Melkeleyn, sive de Saltu-lacteo, liber de arte versificatoria. fol. 108.

   Incip. "Ne meas viderer magnificare fimbrias."

   Desin. "dignatus est delegare."

6. Ejusdem Gervasii liber de modo dictandi; initio mutil. fol. 127.

   Incip. "——solum sufficit in legendis auditoribus solum sensum exponere."

   Desin. "ad presens pretermittamus, quippe delectari nolumus sed prodesse. Deo gratias."

   In calce, "Explicit tractatus Gervasii de Saltu-lacteo de arte versificatoria et modo dictandi."

   Sequuntur versus transmissi ad episcopum Norwicensem, incip.

"Magnus Alexander bellorum sæpe procellas."

CCLXXVII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 191, sec. xiii. exeuntis, binis columnis nitide exaratus; ex dono Ro. Rok, vicarii eccl. S. Laurent. London.; mutilus.

Aristotelis opera, quæ sequuntur,

1. Metaphysicorum libri XI. fol. 3.

   Incip. in verbis, "Speculantibus causam."

   Desin. "ut quidem dicunt neque hec circa principia. Explicit Metaphisica Aristotelis."

2. Meteororum libri quatuor. fol. 99.

   Incip. "De primis quidem igitur."

   Defic. in verbis, "coagulatas calido et frigido. Dico autem quecunque omnino"——

3. Ethicorum libri sex priores. fol. 146.

   Incip. "Omnis ars et omnis doctrina."

   Defic. in verbis, "exeunte propter quod et prin"——

   In calce, "Caucio M. Roberti Rok exposita in cista de Turvyll A. D. m. cccc. xxvj. in festo S. Blasii, viz. in crastino Purif. B. M. Virginis et jacet pro xv. s.;" etc.

CCLXXVIII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 238, sec. xiii. exeuntis; binis columnis exaratus.

1. S. Thomæ Aquinatis super Aristotelis libros de anima expositio. fol. 5.
   Incip. "Bonorum; etc. Sicut philosophus docet in undecimo;" ut in editt. impress.
   In calce, "Explicit sentencia super librum de anima secundum fratrem Thomam de Aquino, ordinis Predicatorum."
2. Ejusdem super libros de sensu et sensato, et de memoria et reminiscentia. fol. 43.
   Incip. i. "Sicut philosophus dicit;" ibid.
   In calce, "Explicit de sensu," etc. "Deo gracias, Amen."
3. Ejusdem super libros Ethicorum. fol. 64.
   Incip. "Sicut philosophus dicit;" ibid.
4. Ejusdem super libros Politicorum tres priores. fol. 141.
   Incip. "Sicut docet;" ibid.
   In calce, "Explicit Politic. fratris Thome."
5. Ejusdem super librum de Causis. fol. 166 b.
   Incip. "Sicut philosophus;" ibid.
6. Ejusdem super Meteororum libros. fol. 176.
   Incip. "Sicut in rebus naturalibus;" ibid.
7. Ejusdem super libros tres de Cœlo et mundo; in calce mutil. fol. 192.
   Incip. "Sicut dicit philosophus in primo Phisicorum, Tunc opinamur;" ibid.
   Defic. in verbis, "dicebat quod corpora componuntur ex superficiebus secundum lineam"——

CCLXXIX.

Membranaceus, in folio, ff. 265, sec. xv., binis columnis exaratus.

[Huguitionis Pisani?] Vocabularium ordine alphabetico dispositum.

Incip. "A. prepositio est et deservit ablativo et aliquando recipitur in compositione."

Desin. "Zoticus, ca, cum, id est, vitalis; zozinus, na, num, vivax vel vividus."

CCLXXX.

Membranaceus, in volumina tria olim distinctus, quorum hodie modo restant primum et tertium, ff. 200 et 218, sec. xii. exeuntis; binis columnis bene exaratus.

S. Gregorii Moralium super Job libri i.—x. xxvi.—xxxv. inclusive, prævia 'Visione per totam Hispaniam inventa,' et præfatione ad Leandrum coepiscopum.

Tit. "Incipiunt moralia beati Gregorii pape per contemplationem sumpta in librum beati Job; libri quinque."

Defic. lib. 10 in verbis super cap. xii., "quanto ex lectionis quoque incisione respirat."

Incip. vol. ii. in verbis lib. xxvi. "——ciat, qui discussis quibusdam signis exterius apparentibus."

In calce notatur rubricatum, "Deo gratias."

CCLXXXI.

Codex membranaceus, in folio, ff. 194, sec. xiv. ineuntis, nitide exaratus; ex dono Will. Gray.

"Liber intitulatus Hortus copiosus, id est, Summa Auctoritatum, quas per multiplicium librorum campos venerabilis dominus Egidius Beneventanus, veluti floridum germen ad utilitatem pauperum in unam coronam collegit," cum præfatione et capitulis, in partes tres distinctus. f. 1.

Incip. præf. "Si temporis moderni superstites antiquorum philosophorum doctrinis dignantur attendere."——"Ego quidem Egidius Beneventanus scriptor in penitenciaria domini papæ."

Incip. pars i. "Contra ociosum, pigrum et somnolentum, et nota quod hec rubrica tripartita est;" etc. "Plus vigila semper ne sompno."

Incip. pars ii. [fol. 149], "In hac secunda particula hujus libri agitur de civitatum et castrorum ac plurium famosorum locorum fundationibus."

Incip. pars iii. [fol. 165], "Tercia hujus operis particula, que quidem ultima est, continet quasdam exfloraciones seu excerpta ex Pantheon, Speculo Regum, Anselmo, Solino."

Ad fol. 190 b, chronicon est breve ab anno 1190 ad 1245 inclusive.

Desin. opus, "non tantum a proximis dissenciat, sed plerumque eciam a se ipso; Deo gratias."

CCLXXXII.

Membranaceus, in folio, ff. 202, sec. xiv., binis columnis exaratus.

1. Ægidii Romani de regimine principum libri tres. fol. 2.

Præcedit præfatio ad Philippum, primogenitum Philippi regis Franciæ.

In calce, "Explicit liber de regimine Principum editus a fratre Egidio Romano, ordinis S. Augustini."

2. Gualteri Burlæi commentarius super Aristotelis Politicorum libros, prævia tabula. fol. 124 b.

Incip. "Capitulum primum est prohemium et continet duas partes principales."

Defic. in lib. vii. verbis, "oportet duo observare, scilicet, quod non sint"——

Continebat olim codex noster Ursonis Aphorismos, et Tractatum nobilem de effectibus qualitatum primarum, qui hodie desunt.

CCLXXXIII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 166, sec. xiii. exeuntis, binis columnis bene exaratus; ex dono ejusdem Willelmi.

Isidori Hispalensis Etymologicorum libri viginti, prævia tabula alphabetica; necnon S. Isidori et Braulionis epistolis mutuis.

In calce, *man. sec.* ut et fol. ult. integrum, "Explicit liber Ethimologiarum beati Ysidori Hispalensis archiepiscopi; Amen."

Præmittitur notitia de cautione MM. Th. Chace, Ric. Rotheram, aliorumque exposita in antiqua cista Universitatis pro quinque libris, A. D. 1408 "et habent tria supplementa, Primum est una zona argentea deaurata habens xxvij. scipas;" etc.

CCLXXXIV.

Membranaceus, in folio, ff. 110, sec. xiv., binis columnis haud una manu nec eodem tempore exaratus.

1. Collectio secunda libri sufficientiæ Avicennæ philosophi principis. fol. 1.

Tit. "Prologus. Dixit princeps philosophorum Arabis."

Incip. "Postquam expedivimus nos, auxilio Dei, ab eo;" ut in edit. Ven. 1500.

Desin. "hee propositiones note sunt."

In calce, "Explicit secundus liber collectionis secunde, qui dicitur sufficiencia vel Phisica Avenceni."

2. Avicennæ liber de cœlo et mundo. fol. 20.

Incip. "Collecciones expositionum ab antiquis."

3. Quæstiones de caritate, et de spe, etc. fol. 27.

Incip. "Utrum caritas per essentiam augeatur; et arguitur quod non: quia augmentum est."

4. Expositio de canone missæ edita a fratre Ægidio de Roma, ord. Fratrum heremitarum S. Augustini. fol. 43.

Incip. "Ad cujus evidenciam advertendum."

5. De S. Trinitate. fol. 54.

Incip. "Salvator noster discipulos ad predicandum."

6. De articulis fidei et de Sacramentis. fol. 58.

Incip. "Postulat a me vestra dilectio, ut de articulis fidei et ecclesie sacramentis."

7. Expositio orationis Dominicæ. fol. 72.

Incip. "Pater noster ut in summa exponitur."

In calce, "Finito libro sit laus et gloria Christo."

8. Commentarii fragmentum in Cantica Canticorum. fol. 75.

Incip. "Osculetur me; Hec est vox sinagoge, que Christum venturum in mundum didicerat."

9. Liber de officio sacerdotali. fol. 76.

Incip. "Qui sunt isti, qui ut nubes volant; etc. Materiam plenam, et ut credo nobis non ignotam."

Defic. in verbis, "convictum vel confessum extorrem fieri exhereda"——

CCLXXXV.

Codex membranaceus, in folio, ff. 257, sec. xiii., binis columnis nitide exaratus; ex dono ven. patris Willelmi [Rede] tertii episcopi Cicestriæ; olim peculium Nicolai de Sandwyco.

1. Moralium Dogmata philosophorum, quorum nomina in margine leguntur, cum prologo. f. 5.

Incip. prol. "Moralium dogma philosophorum per multa dispersum volumina."

Incip. cap. i. "De honesto consilio. Triplex est capiendi consii (*sic*) deliberatio."

Præcedunt versus,

"Presens huic operi sit gracia stemmatis almi,
Me juvat et faciat complere quod utile fiat."

In calce, "Explicit liber iste de morali scientia."

2. Aristotelis liber de regimine principum, sive Secretum Secretorum, prævia epistola Philippi Clerici ad Guidonem de Valentia, et tabula capitum. fol. 15 b.

Tit. "Hic incipit regimen principum, et regum vel dominorum, quod edidit princeps philosophorum Aristoteles filius Nicomachi de Macedonia."

In calce, "Explicit liber de Secretis Secretorum."

3. Liber de virtutibus lapidum, nuncupatus Lapidarius, quem Marbodus composuit, in se continens sexaginta capitula, cum glossis; *metrice*. fol. 34.

Incip. "De adamante.

"Evax rex Arabum legitur scripsisse Neroni."

Cf. ed. Gottingæ, 1799.

In calce,

"Hec ex innumeris extracta vocabula gemmis,
Sufficiat nostro collecta labore teneri,
Quæ decies senis distincta patent capitellis."

4. Sermo de xii. lapidibus. fol. 38 b.

Incip. "De Jaspide. Jaspis primus ponitur."

Sequuntur quædam de diætis, incip. "Omnis sapiencia et omnis sciencia."

5. De carne quorundam animalium. ff. 41, 66 b.

Incip. "De lupo. Caro ejus frigida."

6. Tractatus quadrantis, quartæ partis Astrolabii. fol. 42.

Incip. "Scire debes, quod circulus solis."

7. De efficacia medicinarum, quomodo ad humana corpora secundum potentiam planetarum et signorum effectum. fol. 42 b.

Incip. "Inter astrologos est ardua."

8. Kalendarium, anno, ut videtur, 1239, exaratum. fol. 43 b.

Sequuntur manu altera inserta,

a. Quæstiones nonnullæ medicinales. fol. 44 b.

Incip. "Queritur utrum compositio."

b. Carta obligationis Milonis Doget, aliorumque ad Petrum de Clif, rectorem eccl. de Nerny; dat. Dublin. 1289. fol. 45.

   In calce, "Explicit tabula super doctorem de Lyra compilata per fratrem Willelmum Norton de sacro ordine fratrum minorum in conventu Coventrensi, anno Domini millesimo cccc° tercio."

8. Expositio literalis Psalterii juxta sententias authenticas SS. Hieronymi, Augustini diversorumque, cum prologo epilogoque. fol. 265 b.

   Incip. prol. "Ad consolacionem fidelium, eorum maxime."

   Incip. opus, "Ad primum psalmum igitur accedendo notandum est."

   Desin. "qua fuit purificatus ex sanguinis aspersione."

   Incip. epil. "Completa est autem exposicio literalis psalterii secundum sentencias diversorum et glosas autenticas Hebreorum, ut in Scripturis in Latinum translatis inveni, quia fateor me Hebreum nescire."

XIII.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 239, secc. xiv. exeuntis et xv.; binis columnis exaratus.

1. Quæstionum de pignoribus, etc. fragmentum. fol. 1.

   In marg. fol. 2. superiori scripta est notitia de acræ mensura et denarii pondere Anglicani.

2. Sermones decem de diversis. fol. 3.

Incip. i. in istud 'Qui mihi ministrat,' etc. "In his verbis notantur duo."

Notavit manus aliquantum recentior in fol. 10 de Will. Ingram de Stapiltone non apparente coram Justiciariis ad respondendum, quare vi et armis pratum Symonis Attenoke depastus erat et conculcavit, etc.

3. S. Augustini vita, auctore anonymo; imperf. fol. 14.

Tit. "Incipit vita Sancti Augustini magni doctoris et episcopi Yponensis instructoris canonicorum."

Incip. "Beatum Augustinum magnum fuisse doctorem catholicum."

Desin. in verbis, "ideo mihi catholicam viam tenendam."

4. Thomæ Ismaelitæ de Christi infantia et miraculis liber; initio mutil. fol. 24.

Desin. "De nomine collectoris et auctoris libri. Ego autem Thomas Ysmaelita semper peccator, servus autem justorum et omnium in Christo credencium hec collegi de dispersis scriptis et miraculis per loca, que nullatenus voluit Deus abscondi nec a memoria hominum detegi; etc."

In calce, "Explicit liber de infancia Salvatoris Domini nostri Jhesu Christi cum miraculis maximis."

5. S. Anselmi liber qui dicitur Elucidarius. fol. 30.

Tit. "Incipit liber Elucidarius beati Anselmi doctoris."

Exstat impress. inter opera, Paris. 1721, p. 457.

6. Secundi philosophi responsiones ad Hadriani quæstiunculas. fol. 39.

Tit. "Liber Secundi philosophi, quem scripsit Adriano Romanorum imperatori deposcenti ipsum."

7. Rhythmi parænetici ad regem Henricum. f. 40.

Incip.

"Pax Henrico . Dei amico.
Decet regem . discere legem."

8. Tabula de utilitate orationis dominicæ, in qua breviter tractatur de septem petitionibus ejus. fol. 40 b.

Incip. "Pater noster, etc. Prima peticio."

9. S. Anselmi meditatio. fol. 48.

Incip. "Terret me vita mea;" ut inter opera, p. 207.

10. S. Pauli verba ad Neronem. fol. 48 b.

11. Dicta SS. Ambrosii, Bedæ, Augustini, Bernardi et Petri Blesensis de Eucharistia. fol. 48 b.

Tit. i. "Hec est oracio beati Ambrosii archiepiscopi ad sacerdotes circa Eucharistiam."

12. Narratio de apparitione spiritus Guidonis de Corvo in civitate Alosti, an. 1324. fol. 49.

Tit. "Incipit liber alloquiorum de Spiritus Gwydonis."

Incip. "Augustinus de fide ad Petrum libro dicit, Miraculum quicquid arduum."

Desin. "complevit in purgatorio communi."

13. Liber et historia "Metodii, episcopi Patriensis vel Paterensis ecclesie, et martyris Christi, quem de Hebreo et Greco sermone in Latinum beatus Jeronimus transferre curavit; hic est de principio seculi, de regnis gencium et de fine seculorum, quem illustris vir beatus Jeronimus doctor suis opusculis plane collaudavit." fol. 51 b.

Incip. "Sciendum est nobis, fratres carissimi, quomodo in principio creavit."

14. S. Augustini epistola ad beatum Cyrillum, Hierosolimitanum episcopum 'de apparitione beati Jeronimi doctoris et presbiteri Cardinalis.' fol. 53.

Exstat impress. in edit. Vallars. tom. xi. col. 325.

15. Epistola S. Cyrilli ad Augustinum de S. Hieronymi miraculis. fol. 55 b.

Ibid. tom. xi. col. 332.

In calce, "Expliciunt epistole sive libri Sanctorum Augustini et Cirilli episcoporum de apparicionibus et miraculis beati Jeronimi."

16. "Bernardi, abbatis Clarevallensis, [potius Sylvestris,] epistola ad quendam militem, nomine Raymundum dominum Castri Ambrosii, de re familiari utilius gubernanda." fol. 61 b.

Exstat in editt. Vett. Opp. S. Bernardi, Clarævallensis.

17. Epistola "Domini nostri Jesu Christi de interdictione omnium malorum et de observatione omnium bonorum, quam angelus Domini digito suo scripsit et in manu Petri Antioch. episcopi tradidit." fol. 62 b.

Incip. "Ego angelus et nuncius Domini Salvatoris mando et remando."

Cf. Fabric. Cod. Apocr. Nov. Test.

18. Versus in epitaphio apud S. Paulum. fol. 63 b.
Incip.
"Vermibus hic donor et sic intendere conor."

19. Revelatio S. Pauli hiis tribus diebus quando conversus et vocatus a Christo cecidit in terra nihil videns. fol. 63 b.
Incip. "Dies dominicus, dies electus, in quo gaudent angeli."

20. Gulielmi Aquitanici, [sive Bonaventuræ,] liber qui dicitur Diæta Salutis, cum procemio. f. 65.
Exstat impress. inter Bonaventuræ opera, tom. vi. p. 286.
In calce, Tabula alphabetica, et deinde, "Explicit liber qui dicitur dieta salutis; 1428."

21. Revelationes, quas vidit Albertus archiepiscopus Coloniensis, dum missam celebraret. f. 100.

22. Narratio de S. Thoma apostolo. fol. 100 b.
Incip. "Sanctus Thomas apostolus, qui dicitur Didymus, quiescit corporaliter."

23. Orosii ad Augustinum Quæstiones LXV. cum responsis. fol. 101.
Tit. "Incipit liber 65 questionum propositarum ab Orosio doctoro et a beato Augustino doctore Yponensi episcopo expositarum."
Exstant inter opera S. Augustini ed. Benedict. tom. vi. App. col. 7.

24. Sententiæ et responsiones ex libris beati Augustini excerptæ adversus Manichæos et quæstiones eorum. fol. 108.
Incip. "Quare fecit Deus hominem, quem peccaturum sciebat? Quia de peccatore multa bona facere."

25. S. Prosperi responsiones contra Impugnatores libellus, cum præfatione. fol. 112 b.
Incip. "Doctrinam quam Sancte memorie Augustinus episcopus."

26. S. Augustini libellus de confutatione Judæorum. fol. 115 b.
Incip. "Vos inquam convenio, o Judei, qui usque in hodiernum."
In calce, Versus Sibyllæ sapientis de Christo judice, [ex Augustini lib. xviii. de Civ. Dei.] fol. 116 b.
Incip.
"Judicii signum tellus sudore madescat."
Exstant inter fragment. Orac. Sibyl. ed. Obsopæo, p. 65, in notis; et inter Augustin. Opp. tom. vii. col. 505.

27. Ejusdem de conflictu virtutum et vitiorum libellus. fol. 117.
Incip. "Videamus quemadmodum castra Dei et Inferni," ut ibid. tom. vi. App. col. 219, C. 12.

28. Ejusdem sermo de pœnitentia, confessione et indulgentia. fol. 119 b.
Ibid. tom. v. col. 1506.

29. Hugonis de S. Victore liber de instructione novitiorum cum prologo, et capitulorum, numero xxviii., tabula. fol. 121.
Exstat inter opera, Venet. 1588, tom. ii. fol. 15 b.
Occurrit in MS. prologus, incip. "Non preter solitum facere quosdam," qui in edito non invenitur.

30. Ejusdem liber de modo orandi. fol. 128 b.
Ibid. tom. ii. fol. 110.

31. Ejusdem sermo in istud, 'Ibo mihi ad montem myrrhæ.' fol. 131 b.
Incip. "Sponsus quidam hic loquitur;" ut ibid. tom. ii. fol. 113.

32. Ejusdem de meditatione, quomodo disponetur animus deprecantis ad Deum. fol. 133 b.
Incip. "Meditacio est frequens cogitacio;" ibid. tom. ii. fol. 130 b.

33. Ejusdem tractatulus de refectione verbi Dei. fol. 134 b.
Incip. "In refeccione duo sunt potus et cibus."

34. Ejusdem de quinque septenis. fol. 134 b.
Incip. "Quinque septena, frater, in sacra scriptura inveni."

35. Ejusdem de oblivione præteritorum malorum et memoria. fol. 136.
Incip. "Insipientem doctus interrogas."

36. Ejusdem de judicio faciendo. fol. 136 b.
Incip. "Quid retribuam Domino."

37. Ejusdem de substantia dilectionis. fol. 137.
Incip. "Cotidianum de dilectione."

38. Excerptum ex libro ejusdem de archa Noæ, etc. fol. 138.
Incip. "Tribus modis per contemplacionem."

39. Ejusdem liber de arrha animæ. fol. 139 b.
Inter opera, tom. ii. fol. 104.

40. Ejusdem liber de laude caritatis, cum præfatione. fol. 144.
Ibid. tom. ii. fol. 108 b.

41. Ejusdem libellus de virginitate et matrimonio Beatæ Mariæ, cum prologo. fol. 146.
Incip. "Quæ est ista, quæ."

42. Ejusdem dialogus inter rationem et animam de creatione mundi; libris duobus. fol. 151 b.
Ibid. tom. ii. fol. 121 b.

43. Ejusdem dicta et approbationes super sententias beati Athanasii, Alexandrini episcopi. fol. 162 b.
Incip. "Veritatis propugnaculi turris Athanasius."

44. Miraculum de sacramento altaris apud Mantuam, cum prologo per H. Karoli Loci monachum attestatum. fol. 169.

45. Miraculum aliud de eodem per Phegum, sacerdotem quondam comprobatum. fol. 169 b.

46. S. Gregorii magni homilia de Divite et Lazaro. fol. 170 b.
Incip. "Nonnulli putant precepta veterum."
In calce, Anecdota duo, a. De quodam presbytero qui semper cantabat missam de requie eterna; b. De muliere quadam anno 1421 Judæo servienti.

47. S. Maximi Confessoris de observatione Quadragesimæ tres, aliorumque scil. Hieronymi, Bedæ et Origenis, quatuor sermones. fol. 170 b.
Incip. i. "Ante dies devocionum sancte quadragesime predicantes."

48. Anecdota de SS. Bonifacio, et Thecla virgine. fol. 176.
Incip. "Temporibus Diocletiani impiissimi imperatoris erat quedam mulier."

49. Excerpta libri beati Augustini de fide Christiana; et regulæ theologicæ. fol. 176 b.
Incip. "Aliud est nosse regulas connexionum, aliud sentenciarum veritatem."

50. Evangelium Nazareorum, secundum Nicodemum. fol. 181.
Incip. "Factum est in anno decimo nono imperii Tyberii Cesaris Romanorum."
Cf. Fabric. Cod. Apocr. Nov. Test. vol. i. p. 238.
In calce, "Explicit evangelium Nichodemi, quod dicitur Evangelium Nazareorum."

51. Interlocutio S. Anselmi, archiep. Cantuar., ad beatam virginem Mariam de passione Filii sui Domini nostri Jhesu Christi, quomodo factum est Jherusalem. fol. 186.
Incip. "Sanctus Anselmus, Cantuariensis archiepiscopus, doctor theologie eximius vita et moribus preclarus."

52. Vado Mori, sive Carmen elegiacum de morte. fol. 190.
Incip.
"Ad mortem tendo morti mea carmina pendo."

53. Versus leonini de tribus regibus Coloniæ quiescentibus. fol. 190 b.
Incip.
"Hi tres reges sunt Indorum,
Diversorum sed regnorum,
Saba, Tharsis, Arabum."

---

54. S. Augustini sermones octo in Orationem Dominicam. fol. 191.
Incip. "Sublevatis; Poterat Dominus."
In calce, "Finita est Salvatoris oratio; Amen."

55. Liber conscientiæ vel confessionis beati Bernardi abbatis. fol. 201 b.
Incip. "Conscientia, in qua est anima perpetua."
In calce, "Explicit liber conscientia vel confessionis beati Bernardi abbatis."

56. Sermones, numero circa viginti duo, de diversis. fol. 205 b.
Incip. i. "Convertimini ad me; etc. Et nota quod quatuor requiruntur ad hoc quod peccator."

57. Clementis Papæ V. Constitutiones, sive Clementinarum liber; imperf. fol. 223 b.
Præcedit tabula capitulorum.
In calce, manu recentiori, Index contentorum in libro; et in fol. 239 et ult. verso, "Liber domus scolarium de Merton in Oxon. ut incathenetur in libraria ejusdem ex dono magistri Henrici Sever, sacre theologie professoris; Oretis igitur pro eo."

XIV.

Codex membranaceus, in folio, ff. 330, sec. xiv., binis columnis nitide exaratus; olim Willelmi Burnel.

1. S. Hieronymi contra Jovinianum libri duo. fol. 3.

Tit. "Incipit liber beati Jeronimi contra Jovinianum."

Exstant impress. inter opera, edit. Vallars. tom. ii. col. 237.

2. S. Augustini de symbolo sermones quatuor. fol. 18 b.

Exstant inter opera, tom. viii. App. col. ii.

3. Ejusdem sermo de Cantico novo. fol. 26.

Incip. "Omnis qui baptismum."

4. Ejusdem de nuptiis et concupiscentia ad Valerium libri duo. fol. 27 b.

Ibid. tom. x. part. i. col. 277.

5. Ejusdem de pœnitentia libellus. fol. 36.

Ibid. tom. v. col. 1350.

6. Ejusdem sermo de pastoribus. fol. 39.

Ibid. tom. v. col. 225.

7. Ejusdem sermo de ovibus. fol. 42 b.

Ibid. tom. v. col. 248.

8. Ejusdem de baptismo contra Donatistas libri septem. fol. 46.

Ibid. tom. ix. col. 79.

9. Ejusdem de baptismo parvulorum ad Marcellinum libri tres. fol. 66 b.

Ibid. tom. x. part. i. col. 1.

10. Ejusdem contra Academicos libri tres. f. 78 b.

Ibid. tom. i. col. 250.

In calce, Sermo ejusdem de symbolo, incip. "Sacrosancti misterii."

11. Ejusdem contra epistolam Parmeniani libri tres. fol. 88.

Ibid. tom. ix. col. 11.

12. Ejusdem sermo de utilitate Psalmorum. f. 99.

Incip. "Quam gratasit et acceptabilis."

13. Sermo S. Basilii de eo, 'Attende tibi ne forte fiat in corde tuo sermo occultus. fol. 100.

Incip. "Sermonis usum Deus nobis, qui nos creavit."

14. SS. Augustini et Hieronymi epistolæ decem mutuæ. fol. 101 b.

Prima est in istud, Qui totam legem observaverit, etc. in edit. cit. tom. i. ep. cxxxii.

15. S. Augustini sermones viginti octo, de excidio urbis, S. Vincentio, Fide, Adventu Domini, etc. fol. 111.

Incip. i. "Intueamur primam lectionem S. Danielis."

16. S. Chrysostomi sermones quatuor, scilicet,

a. Quod nemo læditur nisi a seipso, interprete forsan Ambrosio Camaldulensi. fol. 126 b.

Incip. "Scio quod crassioribus."

b. Cum de ejus expulsione ageretur. fol. 130.

Incip. "Multi quidem fluctus."

c. Post exilii prioris reditum. fol. 130 b.

Incip. "Quid dicam, quid loquar."

d. Quando de Asia regressus est Constantinopolim. fol. 131.

Incip. "Moyses magnus ille Dei."

17. S. Hieronymi liber de interpretatione nominum Hebraicorum, cum prologo. fol. 131 b.

Inter opera, tom. iii. col. 1.

18. Ejusdem Epistolæ ad diversos numero centum novem. fol. 138.

Tit. i. "Epistola Ieronimi Pammachio de optimo genere interpretandi," et est in edit. Vallars. tom. i. ep. lvii.

Ult. inscribitur ad eundem Pammachium "de morte Paulinæ;" in edit. cit. tom. i. ep. lxvi.

Insertus est ad fol. 182 b, "Sermo Ieronimi de assumptione Sancte Marie sacris consecratus virginibus;" incip. "Quotiescumque dilectissime."

19. Origenis Sermones duo de Cantico Canticorum a S. Hieronymo *Latine* versi, prævia traductoris præfatione. fol. 235.

Inter S. Hieronymi opera, tom. iii. col. 499.

20. S. Augustini ad Simplicianum libri duo, prævia epistola. fol. 239.

Exstat inter opera, tom. vi. col. 81.

21. Ejusdem libellus contra Judæos. fol. 246.

Ibid. tom. viii. col. 29.

22. Ejusdem ad Orosium de Priscianistis et Origenis errore. fol. 247 b.

Ibid. tom. viii. col. 611.

23. Ejusdem contra Felicem Manichæum libri duo. fol. 249.

Ibid. tom. viii. col. 471.

24. Ejusdem contra Pelagium et Cælestinum de gratia et peccato originali libri duo. fol. 254.

Ibid. tom. x. part. i. col. 229.

25. Ejusdem Annotationum liber in Job. f. 261 b.

Ibid. tom. iii. part. ii. col. 625.

26. Ejusdem in S. Johannis evangelium homiliæ centum viginti quatuor, cum tabula annexa. fol. 273.

Tit. "Aurelii Augustini doctoris eximii omelie in expositionem evangelii secundum Johannem, quas colloquendo prius ipse ad populum habuit et inter loquendum a notariis exceptas, eo quo habite sunt ordine, verbum ex verbo postea dictavit."

Ibid. tom. iii. part. ii. fol. 289.

27. Anonymi cujusdam in Aristotelis Ethica ad Nicomachum glossæ. fol. 321.

Incip. "Politica dicitur a polis, que est civitas."

28. Glossulæ super titulos Ethicorum. fol. 326.

Tit. "Tituli libri primi Ethice Aristotelis secundum A."

Incip. "Omnis ars et omnis doctrina, etc. Primum capitulum de eo quod est aliquis finis."

In fol. 330 et ult. verso sequuntur, a. Tabula contentorum codicis. b. "Liber domus scolarium de Mertona Oxon. ex legato M. Will. Bernel." c. "Istum librum reparavit M. Johannes Burbach, sacre pagine professor."

XV.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 176, sec. xii. exeuntis, binis columnis optime exaratus; "ex legato magistri Walteri Rammesbury," olim coll. Mert. socii.

1. Homiliæ diversorum in Evangelia, quæ in ecclesia leguntur a Dominica prima usque ad Dominicam xxiv. post Pentecosten. f. 2 b.

Tit. i. in istud, 'Homo quidam erat dives, qui induebatur purpura,' etc. "Omelia lectionis ejusdem beati Gregorii pape habita ad populum in basilica Sancti Laurentii martiris."

Incip. "In verbis sacri eloquii," ut in edit. Benedict. tom. i. col. 1652.

Occurrunt post sermones in Dominicas, homiliæ decem in dedicatione ecclesiæ, ex SS. Augustino, Beda et Maximo. fol. 127.

Præfigitur tabula homiliarum omnium quæ in codice continentur, sub titulo, "Prima dominica post octavas Pentecostes usque ad adventum Domini Omeliaris estivalis pars secunda," cum præfatione.

Incip. præf. "Quomodo vero non solum temporis presentis particula."

Homiliarum, quæ occurrunt, auctores nominantur, "Gregorius, Augustinus, Beda, Chrysostomus, Ambrosius, Claudius presbyter, Eusebius, Origenes, Leo, Hieronymus, Maximus, Petrus Ravennas, Amalarius, Expositor Anonymus in S. Pauli epistolas.

2. S. Augustini, sive cujuscumque sint, sermones viginti septem de diversis. fol. 141.

Tit. i. "Sermo beati Augustini episcopi de eo, quod scriptum est in psalmo xxxiii., Quis est homo qui vult vitam."

Incip. "Sermo divinus peragrans currensque per campos."

In tabula volumini præmissa recensentur homiliæ quinquaginta una, (quarum desiderantur hodie viginti quatuor,) sub titulo, "Præter illa, que in serie hujus voluminis continentur, quorum hic sunt prescripta capitula, sunt in fine voluminus sermones Sancti Augustini episcopi de diversis rebus."

In initio voluminis notatum est, "Liber domus scolarium de Merton in Oxon. ex legato Walteri Rammesbury inceptoris theologie, precentoris in ecclesia cathedrali Herefordensi, ac quondam dicte domus consocii; cujus anime propicietur Deus; Oretis igitur pro eodem et omnium fidelium animabus a purgatorio liberandis, etc."

XVI.

Codex membranaceus, in folio, ff. 281, secc. xiv. et xv., binis columnis exaratus.

1. S. Johannis Chrysostomi sermo de pœnitentia. fol. 1.

Incip. "Pura mente et profundo cogitatu cognoscere debes."

In calce, "Explicit tractatus Sancti Johannis Crisostomi de penitencia."

2. Tractatus ejusdem super psalmum L. qui est de pœnitentia David. fol. 2.

Incip. "Pictores imitantur arte naturam et colores coloribus permiscentes."

In calce, "Explicit omelia Johannis Crisostomi super psalmum quinquagesimum."

3. Ejusdem libellus de reparatione lapsi. fol. 6 b.
Incip. "Quis dabit capiti meo, etc. Oportunius multo nunc a me dicitur."
Cf. Bandin. Catal. Codd. Biblioth. Laurent. tom. i. col. 27.

4. Ricardi Rolle de Hampole liber de emendatione vitæ sive de regula vivendi, prævia capitulorum tabula. fol. 19.
Incip. "Ne tardes converti ad Dominum et ne differas de die in diem."
In calce, "Explicit libellus quem scripsit heremita Richardus apud Hampol tumulatus."
Sequuntur versus novem rhythmici, incip.
"Cuncta Deus celat. homo si peccata revelat."

5. S. Chrysostomi homiliæ LVII. super Evangelium S. Matthæi, "et dicitur liber ipse, Opus imperfectum," prævio prologo. fol. 27.
Incip. prol. "Sicut referunt, Matheum conscribere evangelium causa compulit talis."
Incip. text. "Liber generacionis, etc. Liber est quasi apotheca."
Exstant impress. *Latine*, in editt. variis S. Chrysostomi operum.
In calce, "Expliciunt omelie Johannis Crisostomi patriarche Constantinopolitani super Matheum operis imperfecti scripte Anno Domini 1382."

6. S. Gregorii Papæ I. Magni liber Pastoralis Curæ, præviis capitulis et prologo. fol. 137.
Exstat impress. inter opera, edit. Benedict. tom. ii. col. 1.
In calce, "Explicit liber regule pastoralis Gregorii pape scriptus ad Johannem episcopum."

7. Ejusdem Gregorii Homiliæ XL. super Evangelia, quæ in ecclesia leguntur; cum prologo. fol. 168.
Exstant ibid. tom. i. col. 1434.
In calce, "Expliciunt omelie beati Gregorii pape, feria quinta proxima post festum Sancte Katerine, ad finem perducte gratia Jhesu Christi Anno Domini 1405. Laus tibi sit Christe quoniam liber explicit iste."
Sequuntur, "Versus quinque Willelmi in Clementinis, Cap. Dudum;" incip.
"Qui facit incestum deflorans aut homicida."

8. S. Anselmi, archiepiscopi Cantuariensis, homilia in istud, 'Intravit Jesus in quoddam castellum;' cum prologo. fol. 218.
Exstat impress. in edit. 1721, p. 178.

9. Johannis de Sacro-Bosco liber de computo; cum figuris. fol. 219.
Exstat impress. in 8vo. Paris. 1551, et alibi.
Subjunxit manus recentior,

a. Sermo B. Augustini de decimis reddendis et de vitandis maleficiis, quæ fiunt in festivitate S. Johannis Baptistæ. fol. 227 b.
Incip. "Propicio Christo fratres karissimi jam fuisse."

b. Secreta meditatio S. Hieronymi. fol. 228.
Incip. "Pensandum quippe est cum jam peccatrix."

10. S. Anselmi 'Cur Deus homo,' libri duo, cum prologo. fol. 230.
Tit. "Liber beati Anselmi Cantuariensis episcopi Cur Deus homo."
Exstant impress. inter opera, Paris. 1721, p. 74.

11. Sermo in istud 'Ibo mihi ad montem myrrhæ,' [auctore Hugone de S. Victore.] fol. 239 b.
Incip. "Sponsus quidam hic loquitur, qui sponsam habet;" ut inter opera, tom. ii. fol. 113.

12. Gennadii episcopi Massiliensis liber de dogmatibus ecclesiasticis. fol. 241.
Tit. "Liber Gennadii ecclesiasticorum dogmatum."
Exstat impress. in 4to. Hamb. 1614.

13. Chæremonis abbatis collatio de fide, spe et caritate; [ex lib. collationum Cassiani abbatis.] fol. 242 b.
Exstat in edit. 1628, p. 556.

14. Fulgentii Ruspensis liber de Trinitate et fide catholica ad Donatum. fol. 240 b.
Exstat inter opera ed. Raynaud. 1633, p. 78.

15. Ejusdem epistola ad Petrum diaconum, ejusdem momenti. fol. 246 b.
Incip. "Epistolam, fili Petre, tue civitatis;" ibid. p. 83.

16. S. Augustini liber de pœnitentia. fol. 251 b.
Incip. "Quam sit utilis et necessaria;" ut inter opera, tom. v. col. 1350.
In calce, "Explicit Augustinus de penitencia."

17. Tractatus S. Johannis Chrysostomi, 'Quod nemo læditur nisi a seipso;' [interprete forsan Ambrosio Camaldulensi.] fol. 255.

Incip. "Scio quod crassioribus."

In calce, "Explicit tractatus Sancti Johannis Crisostomi continens, quod nemo leditur nisi a se, quem scripsit Robertus de Fenton, capellanus, ad communem utilitatem, anno Domini 1391."

---

18. S. Bernardi meditationes de passione Christi et de compassione matris ejus. fol. 262.

Incip. "Quis dabit capiti meo; O vos filie Jerusalem, sponse dilecte."

In calce, "Explicit meditacio beati Bernardi de passione Domini Jhesu Christi."

19. Tabula alphabetica super S. Chrysostomi Homilias in S. Matthæum supra memoratas. fol. 265.

In calce, "Explicit tabula super Crisostomum."

20. Ejusdem Chrysostomi super Psalmum, 'Miserere mei Deus,' sermo. fol. 277 b.

Incip. "Reliquias hesterne mense hodie."

In calce, "Explicit liber secundus Johannis Crisostomi de psalmo quinquagesimo."

XVII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 152, sec. xiv., binis columnis exaratus; ex legato Roberti Gillyngham, eccl. S. Petri in Oriente, Oxon. vicarii.

1. Tabula alphabetica super S. Augustini libros de civitate Dei. fol. 2.

Incip. "Abel; quid interpretatur."

In calce, "Explicit tabula super libros Augustini de civitate Dei."

2. Tabula alphabetica super S. Johannis Chrysostomi in S. Matthæum opus imperfectum; prævio numero et ordine homiliarum. fol. 16.

Incip. "Omel. i. Liber generacionis; quomodo Ysaac Christum figurabat."

Incip. tabula, "Adversitas; Utilitas adversitatum temporalium."

3. Tabula in ejusdem Johannis 'Opus perfectum,' [sive homilias in eundem Evangelistam?] fol. 34 b.

Tit. "Tabula Crisostomi de opere perfecto."

Incip. "Abhominacio desolacionis, quæ dicitur, exponitur omelie 57."

In calce, "Explicit tabula Johannis Crisostomi de opere perfecto."

4. Martini Strepi, cognomine Poloni, Summa Juris canonici, quæ dicitur Martiniana, prævia præfatione; ordine alphabetico. fol. 47.

Tit. "Incipit alphabetum Decreti et Decretalium, quod Martiniana nuncupatur."

Exstat impress. Argent. 1486, et alibi.

In calce, "Explicit tabula Martiniana;" sequitur index verborum alphabeticus.

5. Nicolai de Anessiaco, Ord. Præd., tabula super librum Sextum Decretalium. fol. 151.

Incip. "Abbatisse; si debeant benedici."

In calce, "Explicit tabula Decretalium Sexti libri edita a fratre Nicholao de Anessiaco, de ordine Predicatorum."

In fronte codicis leguntur notitiæ sequentes,

a. "Liber quondam M. Roberti de Gillyngham, in sacra pagina professoris et vicarii beati Petri in Oriente Oxon. et legatus domui Aule de Mertone ad incathenandum in librario ejusdem domus."

b. "Istum librum de novo ligari fecit magister Ricardus Scardeburgh anno Domini m.cccc.liii. Oretis igitur pro eo et parentibus ejus."

XVIII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 229, sec. xiv. ineuntis, haud eadem manu binis columnis exaratus.

1. S. Augustini, opuscula varia; scilicet,

a. De pœnitentia animæ. fol. 2.

Incip. "Quotquot Spiritu Dei aguntur."

b. De pœnitentia. fol. 2 b.

Incip. "Admonet Dominus Deus noster."

c. De eleemosyna. fol. 5.

Incip. "In lectione Sancti Evangelii."

d. De humilitate et obedientia. fol. 6 b.

Incip. "Nihil sic Deo placet;" tom. vi. App. col. 297.

e. De gaudio electorum et supplicio damnatorum. fol. 7.

Incip. "Tria sunt sub omnipotentis Dei manu."

f. De opera monachorum liber abbreviatus. fol. 8 b.
Incip. "Dominus monachos in quandam."

g. De disciplina Christianorum. fol. 9.
Incip. "Locutus est ad nos sermo Dei;" tom. vi. col. 581.

h. Dialogus hominis plangentis et rationis consolantis. fol. 11 b.
Incip. "Hic introducuntur persone."

i. De visitatione infirmorum libri duo. fol. 12.
Ibid. tom. vi. app. col. 253.

2. Paschasii Radberti, Corbeiensis, epistola de corpore et sanguine Domini ad Fredegardum, fratrem et commilitonem. fol. 15 b.
Tit. "Paschasius de corpore Christi."
Exstat inter opera, 1618, col. 1619.

3. Ejusdem liber, ejusdem fere momenti ad Placidum, præviis versibus et prologo. fol. 19 b.
Ibid. col. 1554.

4. Ejusdem de Sacramentis liber. fol. 27 b.
Incip. "Quoniam populus ad fidem vocatus."

5. Anonymi cujusdam in Dionysii Areopagitæ librum de divinis nominibus commentarius. fol. 35.
Incip. "Domine, Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum, non solum mirabile sed admirabile."

6. Extractio sive compendium ejusdem Dionysii de Angelica hierarchia libri, secundum Thomam S. Andreæ Vercellensem, cum prologo. fol. 52 b.
Exstat teste Caveo, inter opera, 1536.

7. Ejusdem extractio, sive compendium, ecclesiasticæ hierarchiæ. fol. 63.
Tit. "Extraccio ecclesie: Que ecclesiastice ierarchie traditio et hujus intentio."
Exstat ibid. eodem teste.

8. S. Augustini liber ad Paulinam de videndo Deo. fol. 72.
Exstat impress. inter opera, ed. Benedict. tom. ii. fol. 473.

9. Ejusdem Augustini ad Italicam epistola de eodem. fol. 78 b.
Ibid. tom. ii. col. 227.

10. Ejusdem sermo ad Juvenes. fol. 79.
Ibid. tom. v. col. 1500.

11. S. Anselmi, archiep. Cantuar. libellus de Sacramentis ecclesiæ. fol. 80 b.
Inter opera, edit. 1721, p. 139.

12. S. Augustini opuscula alia; scilicet,

a. De amissione virginitatis. fol. 81.
Incip. "Anima mea, anima erumpnosa;" ut inter Anselmi opera, p. 208.

b. De reddendo voto, ad Armentarium et Paulinam. fol. 82.
Incip. "Vir egregius filius meus;" inter Augustini opera, tom. ii. col. 373.

c. Sermo de perjurio. fol. 83 b.
Incip. "Prima lectio que nobis hodie;" tom. v. col. 859.

d. De immortalitate animæ. fol. 85 b.
Incip. "Si alicubi est disciplina;" tom. i. col. 387.

e. Sermo de timore Domini. fol. 91.
Incip. "Recordamini vobiscum, dilectissimi;" tom. v. col. 1338.

f. De spiritu et litera. fol. 90 b.
Incip. "Lectis opusculis que ad te;" tom. x. col. 86.

g. De natura summi boni. fol. 103 b.
Incip. "Summum bonum quo superius nihil est;" tom. viii. col. 501.

h. Qualiter homo factus est ad imaginem Dei. fol. 105.
Incip. "Quanta dignitas humane condicionis;" cf. tom. vi. App. col. 292.

i. Expositio symboli contra Judæos. fol. 105 b.
Incip. "Inter pressuras atque angustias presentis;" tom. viii. App. col. 11.

k. De bono conjugali. fol. 111.
Incip. "Quoniam unusquisque homo humani generis pars est;" tom. vi. col. 319.

l. De ordine rerum libri duo. fol. 118.
Ibid. tom. i. col. 315.

13. Glossæ sive postillæ in S. Pauli epistolam ad Timotheum secundam. fol. 124.
Incip. "In isto argumento tanguntur quatuor cause."

14. Postillæ in epistolam ad Titum. fol. 131.
Incip. "In isto argumento tanguntur quatuor cause."

15. In Epistolam ad Hebræos. fol. 136.
Incip. "Circa hunc prologum epistole subsequentis."

16. In epistolam ad Ephesios. fol. 165.
Incip. "Apostolus isti epistole sicut aliis argumentum premittit."
Desin. "Amen; quod est, Fiat ut dixi."

17. Rabani Mauri in S. Matthæi Evangelium commentarii. fol. 178.
Exstant impress. inter opera, edit. 1626, tom. v. p. 5.

18. Johannis Burgundionis Judicis prologus in commentarium S. Johannis Chrysostomi super Matthæum; imperf. fol. 228 b.
Deficit in verbis, "Minorari non permittit; immo seru——"
In calce, "Caucio magistri Johannis ...... nham, exposita in cista Boburi pro die ...... in die Mercurii prox. post. festum S. Agathe anno Domini m.ccc.xlvi."
Sequitur tabula contentorum.

XIX.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 247, sec. xiv., binis columnis exaratus; ex dono Willelmi Reed, episcopi Cicestrensis.

1. Anselmi, archiepiscopi Cantuariensis, opera varia; scilicet,

a. De veritate dialogus, cum prologo et capitulis præmissis. fol. 2.
Tit. "Incipit prefacio Anselmi Cantuariensis archiepiscopi in librum de veritate."
Exstat impress. inter opera, ed. Paris 1721, p. 109.

b. De libero arbitrio, præviis capitulis. fol. 4.
Exstat ibid. p. 117.

c. De casu diaboli præviis capitulis. fol. 5 b.
Ibid. p. 62.

d. De conceptione virginali, cum capitulis. fol. 9 b.
Ibid. p. 97.

e. Cur Deus homo, libri duo, cum præfatione et capitulis. fol. 12 b.
Ibid. p. 74.

f. De incarnatione Verbi. fol. 20.
Ibid. p. 41.

g. Monologion, cum epistola ad Lanfrancum et præfatione. fol. 23.
Ibid. p. 3.

h. Proslogion, cum præfatione. fol. 29 b.
Ibid. p. 29.

i. De processione Spiritus Sancti. fol. 31.
Ibid. p. 49.

k. De sacrificio Azymi et fermentati. fol. 35.
Ibid. p. 135.

l. De sacramentis ecclesiæ. fol. 36.
Ibid. p. 139.

m. De concordia præscientiæ, prædestinationis et gratia, cum libero arbitrio. fol. 36.
Ibid. p. 123.

n. Epistola ad Langonem. fol. 40.
Ibid. p. 321.

o. Ad Odonem et Langonem epistola. fol. 40 b.
Ibid. sed in fine contractior, p. 312.

p. Ad F. abbatissam. fol. 41.
Ibid. p. 452.

q. Ad Goffridum, episc. Parisiensem. fol. 41.
Ibid. p. 369.

r. Ad Falconem, ep. Beluacensem. fol. 41.
Ibid. p. 369.

s. De caritate. fol. 41 b.
Incip. "Cogit me instancia tue caritatis monachorum."

t. De corpore Christi. fol. 43.
Incip. "Primum quidem quid hoc sacrificii corpus appelletis."

u. De corpore et sanguine Christi; [fragm.] fol. 46.
Incip. "Nota quod humana natura in anima et corpore."

w. De similitudinibus. fol. 47.
Exstat in edit. Venet. 1744, tom. ii. p. 189.

x. De Grammatico. fol. 59.
In edit. Paris. p. 143.

y. De conceptione virginali. fol. 60 b.

z. Contra Insipientem dicentem, non est Deus. fol. 65 b.
Ibid. p. 35.
Præmittuntur nonnulla in codice, quæ in edit. impress. haud inveniuntur, incip. "Ergo domine qui das fidei intellectum."

aa. Meditationes et Orationes, cum prologo. fol. 67.
Exstat prol. ibid. p. 202.
Medit. i. est 'Ad concitandum terrorem,' ibid. p. 207.

2. S. Augustini opuscula varia, scilicet,

a. De baptismo parvulorum, prævia retractatione. fol. 78.
Exstat impress. inter S. Augustini opera, edit. Benedict. tom. x. col. 1.

b. Enchiridion. fol. 91.
Ibid. tom. vi. col. 195.

c. Sermo de pœnitentia. fol. 99.
Ibid. tom. v. col. 1350.

d. Sermo alius de pœnitentia. fol. 101.
Ibid. tom. v. col. 1506.

e. De vera et falsa pœnitentia. fol. 101.
Ibid. tom. vi. App. col. 231.

f. De prædestinatione sanctorum. fol. 104 b.
Ibid. tom. x. col. 790.

g. De dogmatibus ecclesiasticis. fol. 109 b.
Ibid. tom. viii. App. col. 71.

h. De fide ad Petrum diaconum. fol. 110 b.
Ibid. tom. vi. App. col. 19.

i. De immortalitate animæ. fol. 115 b.
Ibid. tom. i. col. 387.

k. De duabus animabus. fol. 117 b.
Ibid. tom. viii. col. 75.

l. De spiritu et anima. fol. 120.
Ibid. tom. vi. App. col. 25.

m. De vera religione. fol. 124.
Ibid. tom. i. col. 747.

n. De genesi ad literam libri xii. fol. 131 b.
Ibid. tom. iii. col. 117.

o. De octoginta tribus quæstionibus. fol. 167.
Ibid. tom. vi. col. 1.

p. De quantitate animæ. fol. 179 b.
Ibid. tom. i. col. 401.

q. De prædestinatione contra Pelagios. fol. 181.
Incip. "Addere etiam hoc quam maxime nunc opera oportet ut litera calumnia quam objicere."

r. De vera innocentia, sive Sententiæ Prosperi ex Augustino. fol. 183.
Ibid. tom. x. App. col. 223.

s. De symbolo. fol. 189.
Incip. "Sacrosancti misterii simbolum, quod simul accepistis."

t. De decem plagis et decem præceptis. fol. 189 b.
Ibid., nonnullis variis, tom. v. col. 41.

u. De cura pro mortuis agenda. fol. 190 b.
Ibid. tom. vi. col. 515.

w. De libero arbitrio. fol. 191.
Ibid. tom. i. col. 569.

x. Retractationum liber. fol. 206 b.
Ibid. tom. i. col. 1.

y. Ad inquisitiones Januarii. fol. 219 b.
Ibid. tom. ii. col. 123.

z. De disciplina Christiana. fol. 223 b.
Ibid. tom. vi. col. 581.

aa. De doctrina Christiana libri quatuor. fol. 225.
Ibid. tom. iii. col. 1.

bb. De mirabilibus S. Scripturæ, cum capitulis. fol. 240 b.
Cf. ibid. tom. iii. App. col. 1.

In fol. i. b. notantur,

a. "Liber M. Willelmi Read prepositi Wynghammensis quem habuit per escambium pro alio libro cum M. ... Willelmo Lynham, quondam socio domus de Merton; Oretis igitur pro utroque."

b. "Liber domus scolarium de Merton in Oxon. in communi libraria ejusdem et ad usum communem sociorum ibidem studentium cathenandus, ex dono venerabilis patris domini Willelmi, tercii episcopi Cicestrie; Oretis igitur pro eodem et benefactoribus ejusdem ac fidelium animabus a purgatoris liberandis."

c. "Oretis igitur, si placet, pro Waltero Roberti scriba venerabilis patris predicti, qui suprascriptos titulos et titulos aliorum 99 librorum per dictum patrem ut premittitur eidem domui datorum ad emendacionem librarie ejus inscripsit et circa eosdem libros et alios quam plures per diversa collegia Universitati Oxon. per ipsum venerabilem patrem distributos diligenter insudavit."

XX.

Codex membranaceus, in folio, ff. 2 et 150, sec. xiv. exeuntis; "peculium domus scholarium de Merton, ex dono magistri Roberti Wyght, quondam socii; incatenatus anno Domini 1468."

1. S. Anselmi, archiepiscopi Cantuariensis, opera varia; scilicet,

a. Monologium, prævia epistola ad Lanfrancum, et præfatione. fol. 1.
Tit. "Epistola Anselmi archiepiscopi ad Lanfrancum, primatem Anglie."
Exstat impress. inter opera, Paris. 1721, p. 3.
b. Libellus de Incarnatione Verbi ad Urbanum papam. fol. 14 b.
Ibid. p. 41.
c. De conceptu virginali, et de originali peccato, prævia capitulorum tabula. fol. 20.
Ibid. p. 97.
d. De processione Spiritus Sancti. fol. 26 b.
Ibid. p. 49.
e. De Sacramentis ecclesiæ. fol. 34 b.
Ibid. p. 139.
f. De concordia præscientiæ et prædestinationis et gratiæ Dei cum libero arbitrio. fol. 36 b.
Ibid. p. 123.
g. De grammatico. fol. 43 b.
Ibid. p. 143.
h. De veritate. fol. 47.
Ibid. p. 109.
i. De libertate arbitrii. fol. 51.
Ibid. p. 117.
k. Cur Deus homo, libri duo. fol. 55.
Ibid. p. 74.
l. De casu diaboli. fol. 69 b.
Ibid. p. 62.
m. Proslogion. fol. 78.
Ibid. p. 29.
n. De similitudinibus. fol. 82.
In edit. Venet. 1744, tom. ii. p. 189.
o. De eminentia beatæ Virginis. fol. 99.
Incip. "Supereminentem omni," ut ibid. App. p. 135, Eadmero adscriptus.
p. De conceptione beatæ Virginis. fol. 123.
In edit. Paris. p. 499.
q. Libellus contra insipientem dicentem 'Non est Deus.' fol. 126 b.
Ibid. p. 35.

2. S. Augustini opuscula varia, scilicet,
a. Enchiridion. fol. 109.
Exstat inter opera, tom. vi. col. 195.
b. De fide, ad Petrum diaconum. fol. 121.
Ibid. tom. vi. App. col. 19.
c. Quæstiones Orosii ad Augustinum cum responsis. fol. 129.
Ibid. tom. vi. App. col. 7.
d. De disciplina Christianorum. fol. 134 b.
Ibid. tom. vi. col. 581.
e. Admonitio, ut non solum lingua, sed moribus et opere, laudetur Deus, quia quale est quod cogitatur in corde tale quod procedit in ore. fol. 136 b.
Incip. "Resurrectio et clarificatio."
f. Qualiter homo factus est ad imaginem et similitudinem Dei. fol. 137 b.
Ibid. tom. vi. App. col. 293.
g. De duodecim abusionibus seculi. fol. 138.
Ibid. tom. vi. App. col. 211.
h. De gratia et libero arbitrio. fol. 140 b.
Ibid. tom. x. col. 717.

XXI.

Codex membranaceus, in folio, ff. 156, sec. xiv., binis columnis exaratus.

1. Indices, partim alphabetici, in S. Augustini opera varia. fol. 1.
Incip. "Super librum de civitate Dei. Aaron non consensit in vitulum."
Opera, quibus indices, sunt, De civitate Dei, De Trinitate et Confessione, Enchiridion, De quantitate animæ, etc.
2. Index alphabeticus in P. Lombardi Sententiarum libros quatuor. fol. 74.
Incip. "Abortum: quod etiam dictum homicide."
3. Index alphabeticus in Aristotelis Ethicorum libros decem. fol. 104 b.
Incip. "Accio: exaccio, id est operacio virtutis."
In calce, "Explicit tabula Ethicorum."
4. Index super Hugonis de S. Victore libros de Sacramentis. fol. 118 b.
Incip. "Abyssus; quid sit abissus."
In calce, "Qui scripsit carmen sit benedictus; amen."
5. Capitula excerpta de gestis habitis contra Pèlagium heretieum et alia de libellis ejus, quæ in Palestino synodo sibi objecta ipse damnare compulsus est. fol. 124 b.
6. Collectio errorum in Anglia et Parisiis condemnatorum, per capitula. fol. 124 b.
Incip. "Primum capitulum de erroribus in grammatica."
7. Tabula Decretalium secundum ordinem alphabeti, cum prologo. fol. 128.

Incip. prol. "Prompte volentibus per hoc opusculum in decretalibus et super decretales."

Incip. tab. "Abbas, ubi appellacio."

XXII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 194, sec. xiv., binis columnis sed haud una manu exaratus; olim Joh. Raynham, S. T. P.

1. S. Augustini, episcopi Hipponensis, de S. Trinitate libri quindecim, prævio excerpto ex libro retractationum, et epistola ad Aurelium. fol. 2.
   Tit. "Aurelii Augustini doctoris de Trinitate liber primus."
   Exstant impress. inter opera, tom. viii. col. 749.
2. Ejusdem Augustini Locutiones in Pentateuchum. fol. 61.
   Tit. *man. sec.* "Incipiunt questiones super Pentatheucum, super quinque primos libros biblie."
   Ibid. tom. iii. col. 325.
3. Ejusdem quæstiones super librum Josuæ. fol. 96.
   Ibid. tom. iii. col. 579.
4. Ejusdem quæstiones in lib. Judicum. fol. 98 b.
   Ibid. tom. iii. col. 595.
5. Ejusdem de quæstionibus evangeliorum libri duo. fol. 103.
   Ibid. tom. iii. part. ii. col. 1.
   Deficit in verbis, "sed alter evangelistarum de uno tacuit—."
6. Anselmi, archiepiscopi Cantuariensis, meditatio de redemptione humana. fol. 109.
   Incip. in verbis, "— terror horribilis, dolor terribilis," inter opera, p. 209, c. 3.
7. Hugonis de S. Victore de claustro animæ libri, cum prologo. fol. 109.
   Exstant, inter opera, tom. ii. fol. 23.
8. Ejusdem didascalicon libri sex, prævia capitulorum tabula. fol. 121.
   Tit. "Capitula didascalicon Hugonis de Sancto Victore; Parisius."
   Ibid. tom. iii. fol. 1.
   In calce, "Explicit didascalicon Hugonis de Sancto Victore"
9. Ejusdem Sigillum Sanctæ Mariæ, "in istud, Intravit Jhesus in quoddam castellum." fol. 133 b.
   Incip. "In festo S. Mariæ recitatur."
10. Johannis Abbeville, sive Johannis Algrini de Abbatisvilla, sermones dominicales super epistolas et evangelia per annum. fol. 134.
    Incip. "Cum sacrosancta mater ecclesia premonstravit spiritu non sine certarum causis rationum."
    Defic. in verbis, "prima decima dabatur sacerdoti—."
11. Ejusdem liber de quinque septenis. fol. 174 b.
    Tit. "Incipit liber H. de. S. Septenis."
    Incip. "Quinque septena, frater, in sacra scriptura."
12. S. Anselmi sermo in istud, "Intravit Ihesus in quoddam castellum." fol. 175 b.
    Inter opera, 1721, pp. 640, 178.
13. Ejusdem tractatus de conceptione B.V. Mariæ. fol. 176 b.
    Tit. "Incipit tractatus Anselmi de concepcione B. Virginis."
    Ibid. p. 499.
14. Ejusdem, [sive Eadmeri], de excellentia B.V. Mariæ tractatus. fol. 181.
    Ibid. App. p. 135.
15. Ejusdem Deploratio Virginitatis perditæ. fol. 185 b.
    Deficit in verbis, "turpitudinis terror horribilis—," ibid. p. 209, C. 3.
16. H. de S. Victore [potius S. Augustini] de abusionum gradibus libri fragmentum. fol. 186.
    Incip. "—buerat humilis apparens," ut inter S. Augustin. Opp. vi. App. 214.
17. Ejusdem de virtute orandi libellus. fol. 186 b.
    Inter opera tom. ii. fol. 110.
18. Ejusdem de arrha animæ. ff. 188 b, 174.
    Ibid. tom. ii. fol. 104 b.
19. Sequuntur alia duo fragmenta ex Hugone et S. Anselmo, ut videntur, desumpta.
    In fol. 1 b. notatum est, "Istum librum fecit reparari Magister Johannes Burbage sacre pagine professor;" et in fol. 2 marg. super. "Liber domus scolarium de Merton ex legato magistri Joh. Raynham sacre pagine professoris et quondam socii ejusdem domus, cujus anime propicietur Deus; Amen."

XXIII.

Codex membranaceus, in folio ff. 237, anno 1497, impensis Ricardi Fitz-James, ep. Roffensis, binis columnis nitide exaratus.

S. Hieronymi presbyteri in Prophetas xii. minores commentarius.

Tit. "Incipit explanacionum in Osee prophetam beati Jeronimi presbiteri liber primus et ad Pammachium."

Exstat inter opera, ed. Vallars. Veronæ, tom. vi. col. 1.

In calce, "Explicit liber explanacionis beati Jeronimi presbiteri in Malachiam prophetam ad Minervium et Alexandrum. Hic quoque opus ejusdem in explanacionem 12 prophetarum minorum perfectum feliciter finit, quod singulari reverendissimi in Christo patris et domini domini Ricardi Fytz-James Roffensis episcopi industria unaque impensis exaratum fuerat in vigilia Sancti Hugonis anno Dominice Incarnationis, 1497."

XXIV.

Membranaceus, in folio majori, ff. 169, sec. xiv. exeuntis; binis columnis exaratus.

S. Hieronymi presbyteri in Psalterium commentarius; initio mutil.

Incip. in comment. in Psalmum i ad finem, "iniquitatis, non novi vos," in edit. Vallars. tom. vii. App. col. 4, l. 38.

XXV.

Membranaceus, in folio majori, ff. 203, sec. xiv. exeuntis; binis columnis nitide exaratus; "ex dono domini Ricardi Fitz-James, nuper Cicestrensis episcopi et custodis istius collegii; cujus animæ propicietur Deus; Amen."

S. Hieronymi presbyteri commentarius in Isaiam prophetam, in libros octodecim distinctus.

Exstat impress. inter opera, ed. Vallars. tom. iv. col. 1.

In calce, "Ieronimi liber super Ysaiam xviij. et ultimus prophetam feliciter hic finit."

XXVI.

Membranaceus, in folio, ff. 212, sec. xv. exeuntis; binis columnis nitide exaratus; "ex dono domini Ricardi Fitz-James nuper Cicestrensis episcopi," etc. ut supra.

S. Hieronymi, presbyteri, opera varia, scilicet,

1. Commentarius in S. Matthæi Evangelium. fol. 2.

   Tit. "Incipit commentarium super Matthæum."

   Exstat impress. inter opera. edit. Vallars, tom. vii. col. 1.

   In calce, "Finit liber quartus commentarii beati Hieronymi presbiteri super Matheum."

2. In S. Johannis Apocalypsin commentarius, ad Anatolium. fol. 47.

   Tit. "Incipit prologus beatissimi Ieronimi ad Anatolium de explanacione apocalipsis."

   Incip. "Diversos maxima discrimina transcendentes inveniunt casus."

   De isto opere in edit. cit. nullam invenimus mentionem.

3. De monogramma Christi. fol. 53.

   Incip. "Hec est sapiencia et intellectus."

4. Regulæ Definitionum contra hæreticos. fol. 54.

   Incip. "Omne quod est aut ingenitum est aut genitum."

5. In S. Marci evangelium commentarius, cum præfatione. fol. 57.

   Ibid. tom. xi. col. 783.

   In calce, "Explicit commentarium beati Hieronymi presbyteri super evangelium Marci."

6. Breviarium super epistolas S. Pauli, cum prologo et argumentis. fol. 69.

   Tit. "Hieronimi presbiteri breviarium incipit feliciter."

   Exstant argumenta et prologus in Gloss. ordinar. et commentarii, istis in epist. ad Hebræos exceptis, nonnullis variantibus, tom. xi. col. 837.

   Desin. comment. in ep. ad Hebr. "ceterum majora crimina et que puniuntur cese victime non remittunt."

   In calce, "Expliciunt annotationes super epistolam ad Hebreos."

7. Commentariorum in epistolam ad Galatas libri tres. fol. 140.

   In calce, "Explicit liber tertius sancti Ieronimi presbiteri super epistolam ad Galathas."

8. In epistolam ad Ephesios commentariorum libri tres, cum prologo. fol. 170.
   Ibid. tom. vii. col. 537.
   In calce, "Explicit liber tercius sancti Ieronimi super epistolam Pauli apostoli ad Ephesios."
9. In epistolam ad Titum commentarius, cum prologo. fol. 197.
   Ibid. tom. vii. col. 685.
   In calce, "Explicit ad Titum."
10. In epistolam ad Philemonem commentarius, cum prologo. fol. 207 b.
   Ibid. tom. vii. col. 742.

XXVII.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 104, sec. xiv., binis columnis exaratus, olim Thomæ Tryllek, ep. Roffensis, postea coll. Merton. ex dono Will. Reed, ep. Cicestrensis; in calce, mutil.

Moralitatum liber ex Origenis commentariis in Genesim, Exodum, Leviticum, Numeros Josuamque excerptarum, in capitula xcvi. distinctus, prævia capitulorum tabula.

Tit. tab. "Incipiunt capitula in moralitates excerptas de libris Origenis."

Tit. i. "Quod homo noster interior quadam similitudine celestis appellatur."

Incip. "Cum omnia quæ facturus erat Deus ex spiritu cantarent."

Tit. ult. cap. est "De multimoda ratione caritatis."

Codex noster in cap. xciv. deficit in verbis, "quæ juxta legem ad sollempnitates Dei excitat que—."

In initio codicis, sunt notitiæ sequentes,

a. "Liber M. Willelmi Reed, episcopi Cicestrensis, quem emit a domino Thoma Tryllek, episcopo Roffensi, Oretis igitur pro utroque."

b. "Liber domus scolarium de Merton in Oxon." etc. "ex dono Willelmi tertii episcopi Cicestrie; Oretis igitur pro eodem et benefactoribus" etc. "Walterus Roberti, notarius."

XXVIII.

Membranaceus, in folio minori, ff. 328, sec. xi., binis columnis nitide exaratus; olim Petri cujusdam.

1. S. Johannis Chrysostomi ad populum Antiochenum in statuas homiliæ viginti una. ff. 3—229, 243.
   Tit. βιβλίον χρυσοστομικὸν ὃ λέγεται οἱ ἀνδριάντες, deinde, Ἰωάννου τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου ὁμιλία λεχθεῖσα ἐν Ἀντιοχείᾳ πρεσβυτέρου αὐτοῦ ὑπάρχοντος εἰς τὸ ῥητὸν τοῦ ἀποστόλου, οἴνῳ ὀλιγῷ χρῶ κ. λ.
   Exstant impress. inter opera, tom. ii. p. 1.
   Præcedunt,
   a. Notitia sequens literis scripta majusculis sub Crucis imagine, κύριε βοηθεῖ τῷ σῷ δούλῳ Πέτρῳ καὶ συγχώρισον τὰς ἁμαρτίας αὐτοῦ, ὡς ἀγαθὸς καὶ φίλος.
   b. Tabula S. Chrysostomi effigiem repræsentans.
   c. Index contentorum, *imperf.* sub titulo, πίναξ σὺν Θεῷ τῆς παρούσης πυξίδος.
2. Ejusdem Catechesis secunda. fol. 243.
   Tit. κατήχησις πρὸς τοὺς μέλλοντας φωτίζεσθαι καὶ περὶ γυναικῶν τῶν ἐν πλέγμασι, κ. λ.
   Exstat ibid. tom. ii. p. 234.
3. Ejusdem homilia quarta in istud, 'Factum est in anno,' etc. fol. 270.
   Ibid. tom. vi. p. 120.
4. Ejusdem homilia in seraphim. fol. 280 b.
   Ibid. tom. vi. p. 137.
5. Ejusdem homilia in Oziam. fol. 288 b.
   Ibid. tom. vi. p. 95.
6. Ejusdem homilia quinta in istud, 'Factum est in anno,' etc. fol. 300.
   Tit. τοῦ αὐτοῦ εἰς τὰ ὑπόλοιπα τοῦ Ὀζίου.
   Ibid. tom. vi. p. 131.
7. Ejusdem, potius Severiani, in libros signaculorum homilia. fol. 306 b.
   Ibid. tom. xii. p. 403.
8. Ejusdem homilia in Abraham; initio mutil. fol. 321.
   Incip. in verbis, διὰ παντὸς τούτων ἐκπέσωσιν, ibid. tom. iv. p. 768, E. 9.

XXIX.

Codex membranaceus, in folio, ff. 173, sec. xiii., ff. 14 primis exceptis sec. xiv. exaratis, binis columnis nitide scriptus; ex legato M. Joh. Raynham, S.T.P. coll. Merton. olim socii.

Origenis presbyteri opuscula varia; scilicet,

1. Homiliæ xxiv. in Jesum Naue, cum Ruffini prologo. fol. 2.

Tit. "Incipit prohemium exposicionis Origenis in Jhesum Naue; Ieronimus."

Exstant impress. inter opera, tom. ii. p. 397.

2. Homiliæ octo in librum Judicum. fol. 44 b.

Exstat ibid. tom. ii. p. 458.

3. Homilia in Canticum Canticorum, sive 'de Helkanah et Fenenna et Anna,' etc. fol. 59.

Ibid. tom. ii. p. 481.

4. Homiliæ duæ in Canticum Canticorum. fol. 66 b.

Ibid. tom. iii. p. 12.

5. Homiliæ novem in Isaiam prophetam. fol. 76.

Ibid. tom. iii. p. 107.

Longior est ultima in codice quam in impressis.

6. Homiliæ xiv. in Jeremiam, secundum Hieronymum. fol. 91 b.

Ibid. sed plures numero et mutato ordine, tom. ii. p. 125.

7. Homiliæ xiii. in Ezechielem, cum S. Hieronymi prologo. fol. 131.

Ibid. tom. iii. p. 353.

In margine fol. 15 superiori, "Liber domus scolarium de Merton. in Oxon. ex legato Joh. Raynham, sacre pagine professoris et quondam socii ejusdem domus, cujus anime propicietur Deus; Amen."

XXX.

Codex membranaceus, in folio, ff. 228, sec. xiii., binis columnis nitide exaratus.

1. S. Johannis Chrysostomi in S. Matthæi evangelium homiliæ nonaginta *Latine* versæ per Joh. Burgundionem Judicem civem Pisanum, glossulis marginalibus instructæ, cum traductoris prologo. fol. 1.

Tit. "Prologus Burgundionis in librum Sancti Johannis Crisostomi super Mattheum, quem transtulit de Greco in Latinum."

Exstat prologus impress. in Bandini. Catal. codd. Laurent. tom. iv. col. 448.

Incip. opus, "Oportebat quidem nos non indigere, eo quod a literis."

Desin. "vitam et stabilem, eterna fruemur vita, qua sit nos omnes potiri, gratia et philantropia Domini nostri Jhesu Christi, cui gloria in secula seculorum; Amen."

2. Ejusdem Johannis in S. Johannis evangelium homiliæ octoginta octo, eodem interprete, cum interpretis prologo. fol. 133.

Tit. "Incipit prologus Burgundionis judicis in commentatione Johannis Crisostomi supra evangelium sancti Johannis evangeliste."

Incip. "Cum Constantinopoli pro negociis publicis patrie mee a concivibus meis ad Imperatorem Manuelem missus legati munere fungerer, et quendam filium meum, Hugolinum nomine, quem mecum direxeram in itinere morbo arreptum amiserim, pro redemptione anime ejus explanationem evangelii Sancti Johannis evangeliste a beato Johanne Crisostomo Canstantinopoleos patriarcha mirabiliter editam de Greco in Latinum vertere statui sermonem."

Desin. "et in hujus evangelii textus explanatione, et in fidei Christi confirmacione habere auctoritatem; Finit prologus."

Incip. homil. i. "Qui agonum, qui foris sunt, inspectores existunt, cum aliquem nobilium et coronabilem athletam."

2. Ejusdem in Ezechielem prophetam libri duo. fol. 129.
Exstant inter opera, tom. ii. col. 1273.
In calce, "Explicit liber secundus Omeliarum B. Gregorii pape urbis Rome super extremam partem Ezechielis prophete."
3. Ejusdem liber de cura pastorali. fol. 216.
Exstat ibid. tom. ii. col. 1.
In calce, "Explicit liber pastoralis."

LVIII.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. **250**, sec. xiv., binis columnis exaratus.

S. Gregorii Papæ I. moralium super Job pars secunda, scil. lib. xi. ad finem inclusive.

Tit. "Incipit liber undecimus moralium S. Gregorii pape urbis Rome in librum Job, id est, pars secunda."

Exstat inter opera, tom. i. col. 365.

LIX.

Membranaceus, in folio majori, ff. **192**, manu Johannis Reynbold, de Monte Ornato, anno **1455** nitide exaratus.

Johannis Duns Scoti super sententiarum P. Lombardi librum primum quæstiones, sive opus Parisiense.

Incip. "[Cir]ca prologum libri sententiarum primo queritur utrum Deus sub propria racione," etc. "Videtur quod non. Omne scibile habet conceptum alium," ut inter opera, ed. 1639, tom. xi. p. 1., qua cum editione tamen minimum habet consensum.

Des. "sed hoc pertinet tantum ad voluntatem divinam comprehendere finem suum, qui est beatitudo sua, ad quam nos perducat," etc.

In fine, "Explicit lectura doctoris subtilis in universitate Parisiensi super primum librum sentenciarum, scilicet doctoris Johannis Duns nati in quadam villicula parochie de Emyldon, vocata Dunstan, in comitatu Northumbriæ, pertinentis domui scolarium de Merton-halle in Oxonia et quondam socii dicte domus. Scriptum per me Johannem Reynbold de Monte-Ornato, anno Domini milessimo cccc.lv."

Sequitur tabula distinctionum et questionum super primum librum sentenciarum in opere Parisiensi.

LX.

Membranaceus, in folio majori, ff. **239**, anno **1451**, manu eadem ac præcedens codex, nitide exaratus; ex dono Thomæ Bloxham, Med. Doct.; initio mutil.

Johannis Duns Scoti in sententiarium librum primum quæstiones, sive scriptum Oxoniense.

Incip. in verbis, "sumus naturaliter cognoscere distincte quod ille finis sit conveniens nature nostre;" cf. edit. Oxon. Venet. 1612, p. 8.

In calce, "Explicit lectura doctoris subtilis in universitate Oxoniensi super primum librum sentenciarum scilicet doctoris" etc.; ut supra, "scriptum per me Johannem Reynbold, Almanicum de Monte Ornato, anno Domini millesimo cccc.li."

Sequitur tabula distinctionum et questionum doctoris subtilis super primum librum sentenciarum in opere Oxoniensi.

Præmittitur notitia, "Orate pro anima magistri Ricardi Scardeburgh, sacre theologie professoris, qui istos libros fieri fecit, quos postea magister Thomas Bloxham in medicinis doctor ab eodem emit et huic collegio dedit; orate igitur pro utroque."

LXI.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. **222**, anno **1452** manu Johannis Reynbold, Alemanni, de Monte Ornato, nitide exaratus; initio mutil.

1. Johannis Duns Scoti super sententiarum librum secundum scriptum Oxoniense. fol. 1.

   Incip. in verbis, "persone spirate in natura divina, prius igitur naturaliter quam intellectu."

   Desin. "est a Deo, quoniam ex ipso et in ipso sunt omnia, ipsi honor et gloria."

   In calce, "Explicit lectura doctoris subtilis in universitate Oxoniensi super secundum librum sententiarum scilicet doctoris Johannis Duns nati in quadam," etc. ut supra, "scripta per me Johannem Reynbold, Almanicum de Monte Ornato anno Domini millesimo cccc.lii."

2. Ejusdem Johannis super librum eundem scriptum Parisiense. fol. 15.

   Incip. "Utrum primus actus causandi," etc. "Quod non, Ricardus tertio de Trinitate;" ut inter opera, tom. xi. p. 239.

   Desin. "tanto plus posteriora dependent ad ipsum, ideo omnia dependent ad Deum, Qui est benedictus in secula seculorum; Amen."

   In calce, "Explicit lectura doctoris subtilis in universitate Parisiensi," etc. ut supra.

   Sequuntur tabulæ cujusque operis prædicti.

LXII.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 259, anno 1453 manu eadem ac præcedentes nitide exaratus; ex dono Thomæ Bloxham, M. D.

1. Johannis Duns Scoti in sententiarum librum tertium lectura in universitate Oxoniensi habita. fol. 2.

Incip. "Circa incarnacionem, de possibilitate; utrum possibile fuerit naturam humanam, etc. Videtur quod non .... propriis et infinitus non est alicui."

Desin. "Jugum enim meum suave est et onus meum leve; Cui sit laus," etc.

In calce, "Explicit lectura doctoris subtilis in Universitate Oxoniensi super tertium librum sententiarum;" etc. ut supra.

Sequitur tabula distinctionum et quæstionum.

2. Ejusdem super sententiarum librum eundem (usque ad Distinct. 37. inclusive) lectura Parisiensis. fol. 124.

Incip. "Circa distinctionem primam tercii libri queritur primo utrum sit possibile," etc. "Quod non; Primo quia actus purus et infinitus non est alteri componibilis."

Desin. "in secundo vero fuit animacio, in tercio fuit incarnacio."

3. Ejusdem in ejusdem libri distinctiones iv.—xvii. inclusive lectura Parisiensis. fol. 231.

Incip. "Utrum beata virgo fuit vera mater Christi. Quod non Damascenus cap. 58 dicit ipsam," ut in edit. cit. tom. xi. p. 437.

Desin. dist. xvii. "oratio exaudita in repetita;" ibid. tom. xi. p. 485.

In calce, "Explicit lectura incompleta doctoris subtilis in universitate Parisiensi super tercium librum sentenciarum," etc. ut supra.

Sequitur tabula distinctionum et quæstionum.

Præmittitur codici notitia, "Orate pro anima magisti Ricardi Scardeburgh, S. T. P. qui istos libros fieri fecit, quos postea magister Thomas Bloxham in medicinis doctor ab eodem emit et huic collegio dedit; orate igitur pro utroque."

LXIII.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 117, anno 1455 manu eadem exaratus; mutil.

Johannis Duns Scoti super quartum librum sententiarum lectura Parisiensis.

Incip. in verbis schol. in quæst. 4 Distinct. iv., "amoveatur et ponantur ibi folia viridia."

Desin. "Ex hoc patet quod per accidens pena est eterna, quia manet culpa perpetuo."

In calce, "Explicit lectura doctoris subtilis in universitate Parisiensi super quartum librum sententiarum" etc. ut supra, "scriptum per me Johannem Reynbold de Monte Ornato, anno Domini millessimo cccc.lv."

Sequitur tabula distinctionum et quæstionum.

LXIV.

Membranaceus, in folio majori, ff. 5 et 262, anno 1454 manu eadem exaratus; ex dono Thomæ Bloxham M. D.

Johannis Duns Scoti super sententiarum librum quartum lectura Oxoniensis.

Incip. "Samaritanus, etc. De ista saucii sanacione."

Desin. "permanet in eis juste retribucionis dampnacio, a qua nos custodie dignetur, Qui est benedictus in secula seculorum; Amen."

In calce, "Explicit lectura doctoris subtilis in universitate Oxoniensi super quartum librum sentenciarum," etc. ut supra, "scriptum per me Johannem Reynbold Almanicum de Monte Ornato, anno Domini millesimo cccc.liiii."

Præmittitur notitia, "Orate pro anima magistri Ricardi Scandeburgh," etc. ut supra.

LXV.

Membranaceus, in folio, ff. 154, anno 1456 manu eadem exaratus; mutil.

1. Johannis Duns Scoti quæstiones quodlibetales. fol. 1.

Exstant inter opera, tom. xii. p. 1.

Deficiunt in verbis, "potest aliquis ratiocinare de agendis et ita."

2. Collationes ejusdem sive quæstiones vii.—xxiv. inclusive; utrumque mutil. fol. 66.

Incip. in verbis, "nec debet poni quomodo includit contradictionem."

Deficit in, "necesse esse ergo quocunque posito—."

3. Ejusdem Collationes aliæ Parisienses; initio mutil. fol. 90.

Incip. "non esset delectatio, tum quia talis."

In calce, "Explicit collacio Parisiensis doctoris subtilis scripta per me Johannem Reynbold de Monte Ornato, Almanicum, anno Domini millesimo cccc.lvi."

Sequitur tabula quæstionum doctoris subtilis in collationibus Parisiensibus.

4. Ejusdem libri de primo principio capita quatuor; mutil. fol. 111.

Ibid. tom. iii. p. 210.

Deficit in verbis cap. iv. "quia tamen de simplicitate essentiali." in edit. cit. tom. iii. p. 237, col. 1. l. 10.

5. Ejusdem liber de perfectione statuum. fol. 119.

Incip. "Quod status prelatorum ecclesiasticorum."

In calce, "Explicit opus doctoris subtilis intitulatum Duns, de perfectione statuum. Scriptum per me Johannem Reynbold Almanicum de Monte Ornato anno Domini millesimo cccc.lvi."

6. Francisci a Mayronibus quæstio de dominio bonorum apud apostolos. fol. 138.

Incip. "Et videtur quod sic, quia Act. 4, c. dicit Sanctus Lucas, quod erant omnia communia."

In calce, "Explicit questio Francisci de Maronis de dominio apostolorum; scriptum per me," etc. ut supra.

7. Ejusdem Francisci quæstio de subjectione universalis et plenitudinariæ potestatis seu principatus monarchiæ ad hierarchiam. fol. 144 b.

Incip. "Circa quam questionem dicunt civiliste quod princeps."

In calce, "Explicit questio de subjectione," etc. ut supra.

8. Venerabilis Bedæ de duodecim lapidibus Apocalyps. rhythmus. fol. 148 b.

Incip.

"Cives superne patrie.
In Jhesu et civite."

In calce, "Explicit rithmus venerabilis Bede presbiteri de duodecim lapidibus preciosis qui numerantur in fine Apocalipsis, scilicet capitulo 21."

9. Francisci a Mayronibus sermo de indulgentiis super istud, 'Quodcumque ligaveris super terram,' etc. fol. 149.

Incip. "Duos fines ultimos futuros esse in fine seculi describit beatus Augustinus."

In calce, "Explicit sermo venerabilis doctoris fratris Francisci de Maronis predicatus in assiso tempore indulgenciarum in presencia domini pape et cardinalium de indulgenciis; scriptus per me Johannem Reynbold de Monte Ornato Almanicum, anno Domini millesimo cccc.lvi."

LXVI.

Codex membranaceus, in folio, ff. 257, sec. xiv., binis columnis exaratus.

1. Johannis Duns Scoti super librum primum sententiarum lectura Oxoniensis, cum tabula annexa. fol. 1.

Incip. "Utrum homini pro statu" etc. "Omnis positio habens aliquod commune."

Desin. "ordinata est ad finem ultimum, Qui est alpha et o," etc.

2. Ejusdem Johannis in quartum librum lectura Oxoniensis. fol. 121.

Incip. "Samaritanus," etc. "De ista saucii sanatione salubri."

Deficit, in verbis, "hoc autem potest poni duplex in proposito una—"

Sequitur, *manu recentiori*, "Hic deficiunt decem questiones."

LXVII.

Membranaceus, in folio majori, ff. 217, sec. xv., binis columnis exaratus; ex dono M. Hamundi Haydok, A.D. 1468.

1. Nicolai de Byard distinctiones theologicæ et morales, ordine alphabetico, prævia tabula alphabetica. fol. 5 b.

In calce tab. "Expliciunt capitula distinctionum fratris Nicholai de Byard, quod W."

Incip. "Absconditur malum a dyabolo sub delectacione."

Desin. "Zelatus est Dominus terram suam," etc.

In calce, "Expliciunt distincciones fratris Nicholai de Byard."

2. Gulielmi Parisiensis, ord. Præd. in epistolas Dominicales Postillæ. fol. 93.

Incip. "Hora est jam nos de sompno surgere, etc. Hoc tempus dicitur tempus adventus."

Desin. "quin ornet se crinibus alienis. Explicit."

3. Ejusdem Gulielmi speculum beatorum sive liber de vitiis et virtutibus, cum tabula capitulorum. fol. 170.

In calce tab. "Explicit tabula speculi beatorum tractatus de Parisiensi viciorum et virtutum abbreviati."

Incip. lib. "De viciis et virtutibus auctoritates sacre scripture et sanctorum ac philosophorum."

In calce, "Explicit speculum beatorum."

4. S. Bernardi speculum conscientiæ, sive de interiori domo liber. fol. 196.

Exstat impress. inter opera, 1690, tom. ii. col. 335.

In calce, "Explicit speculum conscientie editum a beato Bernardo; Deo gracia."

5. Ricardi Rolle, de Hampole, libellus de emendatione vitæ, capitulis duodecim. fol. 211.

Incip. "Ne tardes converti ad Dominum."

In calce, "Explicit libellus de emendacione vite."

6. Liber Johannis Damasceni vocatus Mansur de orthodoxa fide. fol. 216.

Incip. "Deum nemo vidit;" etc. ut in edit. Le Quien. tom. i. p. 123.

Deficit verbis, "Tempus vero a sub—"

LXVIII.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 302, sec. xv., binis columnis exaratus.

1. De adoratione latriæ, hyperduliæ et duliæ libellus. fol. 1.

Incip. "Latria est honor soli Deo debitus."

Auctorem fuisse Anglicum liceat conjectare ex eo quod inter auctoritates alias Robertum Grostete Wodefordumque citat.

2. S. Bonaventuræ cardinalis liber qui dicitur Parvum bonum sive incendium amoris. fol. 2.

Tit. "Incipit parvum bonum fratris SS. Bonaventure, quod a quibusdam vocatur meditatio ejus."

Exstat inter opera, tom. vii. col. 197.

3. Liber de natura rerum, avium scilicet, bestiarum, lapidum pretiosorum, etc. ordine alphabetico. fol. 6.

Incip. "Julius Silvius dicit quod Aquila, que acuti luminis dicitur."

Citantur Isidorus, Albertus magnus, [Barthol. a Glanvilla] liber de proprietatibus rerum, Historia Israelitana, S. Ambrosius aliique Patres, cum multis aliis.

Sequitur index materiarum alphabeticus.

4. De vita apostolica libellus, sive defensio ordinis prædicatorum contra impugnatores. fol. 17 b.

Incip. "Quia quidam emuli nostri impugnant in nos dicentes, quod ordo prædicatorum non servet formam apostolorum."

In calce, "Explicit vita apostolica."

5. Thomæ Palmeri, sive Palmarii, ord. Præd. de adoratione imaginum libellus. fol. 18 b.

Incip. "Numquid Domini nostri crucifixi et beate Marie ac reliquorum sanctorum."

In calce, "Explicit tractatus de adoracione ymaginum secundum Thomam Palmer, fratrem prædicatorem et professorem theologie."

6. Ejusdem de originali peccato. fol. 23 b.

Tit. "Tractatus de originali peccato secundum Palmer ut dicitur."

Incip. "Ego cum sim pulvis et cinis loquar."

In calce, "Explicit Palmer de peccato originali."

7. De peregrinationibus libellus, in quo arguitur de favore Dei speciali erga ecclesiam Cantuariæ. fol. 29.

Incip. "In materia peregrinacionis dicendum."

In calce, "Explicit materia perigrinacionis."

8. Roberti Alyngton determinatio de adoratione imaginum. fol. 32.

Incip. "Pro materia de adoracione ymaginum."

In calce, "Explicit determinacio M. Roberti Alyngton de adoracione ymaginum."

9. Tractatulus de judiciis astrorum secundum Thomam de Aquino. fol. 40.

Incip. "Quia petisti ut tibi scriberem an liceret."

10. De observatione sabbati tractatulus. fol. 40.

Incip. "Quia de tercio precepto prime tabule."

Citantur SS. Augustinus, Thomas Aquinas, Alex. Ales, aliique.

11. Auctoritates de diversis ex SS. Bibliis collectæ ab anonymo quodam, et ordine alphabetico dispositæ, cum prologo. fol. 42.

Incip. prol. "Tanta pollet excellentia predicacionis."

Incip. opus, "Abstinentia et jejunium; precepit Dominus Ade Ge. ex omni ligno paradisi."

In calce, Index vocabulorum alphabeticus.

12. Roberti Grostete, episcopi Lincolniensis, de venenis liber. fol. 64 b.

Incip. "Racio veneni potissime convenit."

In calce, "Explicit tractatus de venenis et ejus remediis."

13. Ricardi Rolle, heremitæ de Hampole, tractatus qui vocatur Stimulus conscientiæ. fol. 74 b.

In calce, "Explicit tractatus qui vocatur stimulus conscientiæ secundum Hampole."

14. Ejusdem libellus de emendatione vitæ sive de regula vivendi. fol. 88 b.

In calce, "Expliciunt xii. capitula Ricardi heremite de modo vivendi in vita contemplativa."

15. [Ejusdem?] Commentum in istud, 'Placebo Domino in regione vivorum.' fol. 95 b.

Incip. "I shall please my Lorde by worching in the regioun of them that be lyvyng. Forma placendi Domino notatur Miche sexto."

16. [Ejusdem in novem lectiones mortuorum libellus, sive Parvum Job.] fol. 97.

Incip. "Parce mihi Domine, etc.
Lord for thi mercy thou me spare,
Forsothe my dayes to notȝ beth fare.
Ista fuerunt verba beati Job."

Exstat impress. Colon. 1536.

17. Tractatus magistri Johannis Eyton, canonici de Repindano sive de Repington, de usura, 'quem composuit anno Domini 1387, tunc regens Oxoniæ in theologia,' cum prologo. fol. 113.

Incip. prol. "Appropinquante termino mundi hujus."

Incip. lib. "Sicut ejus quod est in se decorum."

In calce excisa sunt folia tria.

Deficit liber in verbis cap. vii. "secundum Parisiensem comparatur usurarius cujusdam——."

18. Quæstiones quas movet [Gul.] Notyngham in scripto suo super evangelia, extractæ secundum ordinem alphabeti per magistrum Johannem Wykham. fol. 121.

Incip. "Abel queritur super primo dicto."

Sequitur tabula lectionum evangelicarum per anni circulum, et in fine, "Expliciunt questiones Notyngham super evangelia."

19. Ricardi Butler, ord. Min. libellus contra SS. Scripturarum translationem Anglicanam; initio mutil. fol. 202.

Incip. in verbis argumenti primi, "intellexisse scripturam sacram et eam false composuisse."

Desin. "Mee nimium excedente absque inpactivorum verborum misera Christianitate."

In calce, "Explicit determinacio fratris et magistri Willelmi Buttiler, ordinis minorum, regentis Oxonie anno Domini m.cccc. primo."

20. Augustini Triumphi, Anconitani, quæstiones super Canticum Deiparæ, præviis titulis. fol. 205.

Tit. "Incipit tractatus fratris Augustini de Anchona sacre pagine professoris ordinis fratrum heremitarum S. Augustini super magnificat."

Exstant impress. Matrit. 1648.

In calce, "Explicit tractatus fratris Augustini de Anchona," etc. ut supra.

21. Libellus de ecclesiastica hierarchia ex Dionysio Areopagita confectus. fol. 224.

Incip. "Numquid nosti ordinem celi, etc. Secundum beatum Dionisium de ecclesiastica gerarchia ordinata est ad instar."

In calce, "Explicit tractatus de Angelorum secundum beatum Dionisium."

22. Johannis Waldby, ord. Augustin. archiep. Dublinensis, Itinerarium salutis, sive commentarius super orationem Dominicam. fol. 229.

Incip. "Septies in die laudem dixi tibi, Ps. cxviii. Scribitur Eccl. xxxiii. Sic contra malum bonum est."

Desin. "qui dilexit nos et lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo; Ipsi gloria," etc.

23. Ejusdem Johannis, quinque homiliæ super quinque verba salutationis angelicæ. fol. 257.

Incip. "Vas electionis Paulus doctor gencium egregius scribens."

In calce, "Expliciunt quinque omelie" etc. ut supra, "secundum fratrem Johannem Waldeby, ordinis heremitarum beati Augustini."

24. Ejusdem commentarius super symbolum, prævia epistola ad Thomam, abbatem de S. Albano, et procemio. fol. 272.

Incip. epist. "Cum in loco sacro Tynmowth, ubi regis martiris Oswyn sunt ossa venerabiliter translata vos ex more visitarem."

Incip. procem. "Credo Adjuva incredulitatem meam; Marc. Karissimi, consideranti et superfici aliter."

Incip. expos. "Credo in Deum, etc. Iste articulus repellit tres errores."

In calce, "Explicit expositio super symbolum fidei secundum fratrem Johannem Waldeby."

Sequitur tabula materiarum alphabetica, et postea vocabulorum.

LXIX.

Codex membranaceus, in folio, ff. 166, sec. xv.

1. [Thomæ Galli,] abbatis Vercellensis, extractio seu paraphrasis in quatuor libros Dionysii Pseudo-Areopagitæ de Cælesti et Ecclesiastica Hierarchia, de divinis nominibus et de mystica theologia, cum præfationibus. fol. 1.—118, 124—134 b.

Incip. præf. "Job. xxxix. Nunquam per sapientiam tuam plumescit."

Incip. opus, "Omne datum bonum; Antiqua translacio habet optimum."

Desin. de mystica theologica, "lumina luminaria, etc. usque proporcionalem participantibus."

In calce, "Explicit exposicio abbatis Vercellensis de mistica theologia."

In calce expos. de divinis nominibus, "Actum anno gratie m.cc.xlii. v. kal. May."

2. Dionysii Areopagitæ libri supra dicti, *Latine* versi per Johannem Saracenum, sive Sarrazinum, cum ejusdem Johannis prologis. fol. 140—165 b, 118 b.—119.

Incip. prol. i. "Quoniam prudencie vestre serenitatem perpendi in libris beati Dionisii."

Incip. text. "Omne datum bonum, etc. sed cunctus a Patre motus luminis apparicionis processus ad vos."

Desin. "ab omnibus simpliciter absoluti et supra tota."

In calce, "Explicit mystica theologia Dionisii Areopagite, episcopi Athenarum."

3. Ejusdem epistolæ decem ad diversos, eodem interprete. fol. 119.

Incip. i. "Tenebre occultantur lumine et magis multo lumine."

Desin. ult. "et hiis qui erunt post tetrades."

LXX.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 515, sec. xv. ineuntis, binis columnis exaratus.

Anonymi cujusdam, [scilicet Johannis Felton, eccl. S. Mariæ Magdalenæ Oxon. vicarii,] Dictionarium theologicum, vocatum Petra Peregrine, [sive Pera Peregrini,] scilicet, loci communes theologici ex SS. Patribus aliisque collecti et secundum alphabeti ordinem dispositi.

Incip. "Abbas; Cum constitueretur Joseph super Egiptum, precessit eum preco clamans juxta Symachium, Ab. quod interpretatur Pater."

Desin. "Zelotipus,
Mens mala zelotipa se non sinit esse quietam,
Nec spem nec requiem suspiciosus habet; comedia."

In calce, "Explicit tabula theologie que dicitur Petra peregrine compilata a quodam monacho novi monasterii anno Domini m.ccc.l. scripta per magistrum . . Lyneham socium aule Mertonensis in Oxonia 14...."

LXXI.

Membranaceus, in folio majori, ff. 264, anno 1344 binis columnis exaratus; ex dono Simonis Lambourne.

Thomæ Bradvardini, sive Bravardini, de causa Dei contra Pelagium libri tres, prologo, contentorum tabula et ad Mertonenses suos epistolis instructi.

Tit. "De causa Dei contra Pellagium et de virtute causarum Thome de Bredewardyna, cancellarii London."

Exstant impress. curante H. Savilio, London. 1618.

In calce, "Explicit istud opus de causa Dei contra Pelagium et de virtute causarum, vir-

tute Dei cause causarum perscriptum London. anno milesimo trecentesimo quadragesimo quarto Domini Jhesu Christi."

LXXII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 261, sec. xiv., binis columnis exaratus.

Thomæ Aquinatis Summæ theologicæ pars prima.

In calce, "Explicit prima pars summe fratris Thome de Aquino, de ordine Predicatorum."

Sequitur tabula quæstionum.

LXXIII.

Membranaceus, in folio, ff. 168, sec. xiv., binis columnis exaratus.

Thomæ Aquinatis Summæ pars prima secundæ partis; initio mutil.

Incip. in quæst. xx. in verbis, "Sed alia est virtus intellectualis."

In calce, "Explicit expliciat liber;" et deinde tabula quæstionum, et in fine, "Expliciunt capitula prime partis secunde fratris Tho. de Aquino, ordinis fratrum predicatorum."

LXXIV.

Membranaceus, in folio, ff. 228, sec. xiv., binis columnis exaratus; "liber domus scholarium de Merton ex legatione M. Thomæ de Staundon, quondam socii."

Thomæ Aquinatis Summæ secundæ partis pars secunda.

In calce, "Explicit secunda pars secunde edita a fratre Thoma de Aquino."

Sequitur tabula quæstionum, et in calce, "Explicit ordo et signacio questionum secunde partis secunde fratris Thome de Aquino."

In fol. ult. scripta est notitia, "Istum librum de novo ligari fecit M. Johannes Burbach, sacre theologie professor."

LXXV.

Membranaceus, in folio, ff. 177, sec. xiv., binis columnis exaratus.

Thomæ Aquinatis Summæ pars tertia, subjuncta quæstionum tabula.

In calce, "Expliciunt capitula tercie partis fratris Thome de Aquino ordinis fratrum predicatorum."

LXXVI.

Codex membranaceus, in folio, ff. 189, sec. xiv., binis columnis nitide exaratus, "ex legatione M. Thome de Staundon."

1. Thomæ Aquinatis Summæ pars prima, prævia capitulorum tabula. fol. 4.
2. Anonymi cujusdam Glossæ in quæstiones aliquas partis prædictæ. fol. 180.

Incip. in quæst. xii. art. 2, "Ista positio videtur Augustino contraria."

LXXVII.

Membranaceus, in folio, ff. 179, sec. xiv., binis columnis exaratus; olim Thomæ Trillek, ep. Roffens. postea coll. Mert. ex dono Will. Reed, ep. Cicestr.

Thomæ Aquinatis quæstiones xxix. disputatæ de veritate, scientia Dei, etc.

In calce subnectitur tabula quæstionum.

Præmittitur, post notitias de possessione et donatione codicis, "Istum librum fecit de novo ligari magister Ricardus Scardeburgh, oretis igitur pro eo et pro parentibus ejus."

LXXVIII.

Membranaceus, in folio, ff. 153, sec. xiv., binis columnis exaratus; olim Thomæ Trillek, postea coll. Mert. ex dono Will. Reed, ep. Cicestrensis.

Thomæ Aquinatis de fide catholica contra Gentiles libri quatuor, prævia tabula.

Tit. "Incipit liber de veritate catholice fidei contra errores infidelium editus a fratre Thoma de Aquino, ordinis fratrum predicatorum."

Præcedit notitia, "Liber scolarium de genere venerabilis patris dom. Will. tertii episcopi Cicestrie Oxon. successive studencium, ex dono ven. patris predicti, et per custodem et rectorem domorum de Merton et Stapleton Oxon. vel per earum librarios eisdem scolaribus juxta facultates et merita ipsorum cujusque ad tempus sub cautione juratorum provide liberandus."

LXXIX.

Membranaceus, in folio, ff. 177, sec. xiv., binis columnis exaratus.

Thomæ Aquinatis de veritate catholicæ fidei contra Gentiles libri quatuor, prævia cuique libro tabula.

Tit. "Incipit liber," ut supra.

In calce, "Explicit quartus liber et etiam totalis tractatus de fide catholica contra Gentiles, de Aquino."

LXXX.

Codex membranaceus, in folio, ff. 171, sec. xv., binis columnis nitide exaratus; "ex dono magistri Henrici Sever, anno Domini 1466."

Anonymi cujusdam doctoris in S. Johannis evangelium commentarii.

Incip. comment. in S. Hieronymi prooemium, "Hic est Johannes apostolus et evangelista; etc. Dividitur ergo pars prima in duas partes, primo enim describit Johannem."

Incip. in text. "In principio erat; hoc evangelium dividitur in quatuor partes, quia primo inducitur persona mediatoris."

Desin. "scripta non ferrent, sed capacitate legencium comprehendi fortasse non possent."

Sequuntur contenta capitulorum summatim expressa.

LXXXI.

Membranaceus, in folio, ff. 141, sec. xiv., binis columnis exaratus; "ex legatione M. Johannis Stavele."

1. S. Gregorii papæ I. in Ezechielem prophetam homiliæ viginti, prævia ad Marianum præfatione. fol. 1.

Exstant inter opera, tom. i. col. 1172.

In calce, "Explicit liber secundus omeliarum beati Gregorii pape urbis Rome super extremam partem Ezechielis prophete."

2. S. Augustini sermones octoginta novem de diversis. fol. 67.

Incip. i. de verbis Domini 'Penitenciam agite' etc. "Evangelium audivimus et in eo Dominum eos arguentem;" ut inter opera, tom. v. col. 557.

Incip. ult. 'De verbis apostoli Videte quomodo caute ambuletis,' etc. "Apostolorum cum legeretur audistis;" ut ibid. tom. v. col. 803.

LXXXII.

Membranaceus, in folio, ff. 150, sec. xiv. exeuntis.

1. S. Gregorii magni dialogorum libri quatuor. fol. 1.

Exstant inter opera, tom. ii. col. 149.

2. Roberti Grostete, ep. Lincolniensis, de oculo morali liber. fol. 64.

Incip. "Si diligenter voluerimus in lege Domini meditari facillime."

In calce, "Explicit tractatus moralis de condicionibus oculi corporalis."

3. Ejusdem conciones ad clerum suum, prævia narratione de consecratione sua apud Lugdunum anno 1150. fol. 95 b.

Incip. "Anno Domini millesimo quinquagesimo 3 ydus May apud Lugdunum venerabilis pater Robertus Grosthed," ut in Fasciculo rerum expetendarum, tom. ii. p. 250.

In calce, "Finiunt hi sermones quos ad clerum solum modo proposui. Incipiunt et alii sermones quos generaliter ad omnes protuli et primo de virgine gloriosa, omnium vivencium infallibili exemplari. Lovekoc."

4. Ejusdem de cessatione legalium. fol. 106.

Incip. "Fuerunt plurimi in primitiva ecclesia."

Desin. "ad langoris et infirmitatis medicinam, quam nobis concedat, Qui sine fine vivit et regnet; Amen."

Præmittitur, "Precium, xx. s. iii., s. iiij. d. xx. d."

LXXXIII.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 116, sec. xii.; binis columnis nitide exaratus.

S. Gregorii magni de diversis lectionibus evangeliorum homiliæ quadraginta; initio mutil.

Incip. in homil. xii. verbis, "elementa contremiscere, cum eo simul ad nupcias intrare;" in edit. tom. i. col. 1479, A. 9.

In calce, "In hoc codice continentur omeliæ de diversis lectionibus evangeliorum Gregorii papæ urbis Romæ, numero xl."

LXXXIV.

Membranaceus, in folio minori, ff. 142, sec. xiv.; "ex legatione Willelmi Duraunt."

1. Anonymi cujusdam liber, qui dicitur Alphabetum narrationum, cum prologo, in quo asserit auctor se aliud opus sub titulo Alphabetum auctoritatum composuisse. fol. 2.

Incip. prol. "Antiquorum patrum exem-

plis didici nonnullos ad virtutes fuisse inductos narracionibus edificatoriis."

Incip. opus, "Abbas; Abbas non debet esse nimis rigidus; Anselmus. Quidam abbas semel conferebat cum Anselmo."

Desin. "Zelotipa est mulier de marito habita modica de occasione; supra de uxore, ij."

Sequitur tabula vocum, et deinde epilogus, "Finis huic venit et ecce nunc venit hujus alphabeti finis, Illi gratias qui est a et o, principium et finis. Quem qui hunc librum lecturi sunt orare devote dignentur ut horum compilator, cujus nomen in prologo continetur, eorum orationibus adauctus finem legatum consequi mereatur," etc.

2. S. Gregorii Papæ I. Dialogorum libri quatuor; præviis capitulis et prologo. fol. 80.

Tit. "In Christi nomine incipiunt capitula libri dialogorum."

Exstant inter opera, tom. ii. col. 149.

Præmittitur codici notitia, "Liber Will. Duraunt, legatus domui scolarium de Mertone in Oxon. et liberatus eidem domui per Johannem Wendovere, executorem ejusdem Willelmi Duraunt; orate pro utroque."

LXXXV.

Codex membranaceus, in folio, ff. 157, secc. xiv. et xv., binis columnis exaratus; ex legato M. Jo. Raynham, S. T. P. coll. Mert. socii.

1. Hugonis de S. Victore super Dionysii Areopagitæ cœlestem hierarchiam. fol. 2.

Exstat impress. inter H. de S. Victore opera, Mogunt. 1617, p. 340.

2. Interpretationes nominum Biblicorum. fol. 49.

Incip. "Aat apprehendens vel apprehensio."

---

3. [S. Bonaventuræ] liber, qui vocatur, Via vel Diæta salutis. fol. 65.

Incip. "Hec est via, etc. Magnam misericordiam facit;" ut inter opera, tom. vi. col. 285.

In calce, "Explicit liber, qui vocatur, Dieta vel via salutis."

4. Tabula operum misericordiæ, peccatorum mortalium, etc., divisiones scilicet pro sermonibus. fol. 107 b.

Incip. "Cecos ad Dominum dirigere."

5. Tabula Nicolai Trivet super allegorias libri Ovidii de transformatis, secundum ordinem alphabeti. fol. 111.

Incip. "Abbas, a monacho veneno occiditur, libro 4. fabula 2."

6. Ejusdem Nicolai moralizatio fabularum Ovidii, sive commentarius super Ovidii metamorphoses. fol. 124.

Incip. "A veritate quidem auditum avertent fabulas ante convertentur."

---

7. Libellus, qui dicitur Viridarium consolationis, partes v. et octoginta tractatus comprehendens. fol. 154.

Incip. "Vidi bestiam ascendentem."

In calce, "Explicit Viridarium consolacionis."

8. Mauricii, archiep. Rothomagensis, oratio ad B. V. Mariam. fol. 157.

Tit. "Oracio Sancti Maureti Rothomagensis archiepiscopi ad gloriosam virginem."

Incip. "Singularis meriti."

LXXXVI.

Codex membranaceus, in folio, ff. 285, sec. xiv., binis columnis exaratus.

Dionysii Areopagitæ opera cum commento locupletissimo; glossulis aliquot adjectis marginalibus, *Latine*, scilicet,

1. De cælesti hierarchia. fol. 1.

Incip. prolog. "Nobilitatem quidem et preclarum in diviciis beatissimi Dionisii."

Incip. comment. "Horum qui hunc librum de Greco in Latinum."

2. De ecclesiastica hierarchia. fol. 86.

Incip. comment. "Liber de angelica ierarchia huic libro."

Sequuntur capitula Angelicæ et ecclesiasticæ hierarchiæ sub compendio expressa, cum prologo, incip. "Intenciones et continencias singulorum."

3. De divinis nominibus. fol. 169.

Incip. "Scripturus iste pater beatus Dyonisius, qui labor excedit omnem."

4. De mystica theologia. fol. 276.

Incip. "Mystica theologia est secretissima et non jam per speculum."

LXXXVII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 258, sec. xv., binis columnis partim manu Gybbys cujusdam exaratus; olim Ricardi Scardeburgh, S. T. P. postea coll. Mert. ex dono Thomæ Bloxham.

1. Abbreviatio, sive Repertorium Johannis Duns Scoti super primum et secundum sententiarum in opus Parisiense. fol. 1.

Incip. i. "Utrum Deus sub propria ratione Deitatis possit esse."

Desin. i. "per modum precepti sic recta est, de ista questione quere alibi."

Incip. ii. "Circa d. primam 2 libri queritur primo, utrum primus actus creandi."

Desin. "in actibus suis ipsa vero nulla in ratione cause, etc."

In calce, "Expliciunt addiciones secundi libri sentenciarum doctoris subtilis seu reportacio ejusdem super 2."

2. Ejusdem quæstio 'Utrum ponentes mundum eternum possint ponere hominem bene fortunatum.' fol. 141 b.

Incip. "Et arguitur quod sic, quia ponentes mundum eternum."

In calce, "Explicit quedam utilis questio de bona fortuna."

3. Quæstio in Distinct. 17 lib. ii. 'Utrum paradisus sit locus conveniens habitationi humanæ.' fol. 144.

Incip. "Quod non quia magister dicit quod Paradisus."

In calce, "Explicit hec questio."

4. Gul. Durandi quæstio, utrum theologia sit practica vel speculativa. fol. 145.

Incip. "Videtur quod sit speculativa."

In calce, "Quæstio Durandi in prologo primi libri sentenciarum."

5. Abbreviatio seu Repertorium ejusdem doctoris subtilis super quatuor libros sententiarum, in opus Oxoniense. fol. 147.

Incip. "Circa prologum libri sentenciarum queritur utrum homini pro statu isto."

Desin. "Ad quod gaudium Christus Dei filius nos perducat sollercius; Amen."

In calce, "Quod Gybbys."

In initio codicis, "Orate pro anima magistri Ricardi Scardeburgh sacre theologie professoris, qui istum librum fieri fecit, quem postea magister Thomas Bloxham in medicinis doctor ab eodem emit et huic collegio dedit; orate igitur pro utroque."

In paginæ primæ calce notatur, "Cum isto libro concordant liber de Theukysbury, et liber Bedon (?) et liber de abbathiæ Gloverine, quem librum habet dominus Walterus; et liber Abyndon, quem habet Asshyndene."

LXXXVIII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 123, sec. xii., binis columnis nitide exaratus; ex legatione M. Joh. Raynham.

1. Ivonis, ep. Carnotensis, [potius Hugonis Floriacensis,] chronicorum Franciæ regum libri sex. fol. 1.

Tit. "Incipiunt excerpta Ivonis episcopi Carnotensis, in primis de gestis quorundam regum Assyriorum et de gestis omninum Romanorum imperatorum et ad ultimum de Karolo Magno et ejus filio Ludovico pio."

Exstant impress. Westphal. 1638.

2. Bedæ Chronica, a creatione mundi ad Leonem, III. sive de sex ætatibus mundi. fol. 101.

Tit. "Incipiunt chronica venerabilis Bede presbiteri."

In calce inseruit manus recentior excerpta varia ex constitutionibus aliquibus papalibus, incip. "Licet de vitanda discordia in electione Romani pontificis."

LXXXIX.

Membranaceus, in folio, ff. 301, sec. xv., binis columnis nitide exaratus; "ex dono Ric. Fitz-James, nuper episc. Cicestr. et custodis istius collegii."

Raymundi Lullii opera varia; scilicet,

1. Disputatio heremitæ et Raymundi super aliquibus dubiis quæstionibus sententiarum M. Petri Lombardi, cum tabula annexa. fol. 1.

Incip. "Raymundus Parisius studens."

2. Declaratio per modum dialogi contra aliquorum philosophorum et eorum sequencium opiniones erroneas damnatas a venerabili patre episcopo Parisiensi. fol. 109.

Incip. "In quadam silva juxta Parisius."

Deficit in verbis, "et attingeret intelligibilem remotum"—

3. R. Lullii liber de lumine. fol. 159.
Incip. "Quoniam intellectus multiplicat."
In calce, "Ad honorem Dei finivit Raymundus librum de lumine in Monte Pessulano mensis Novembris m.ccc.iij." etc.

4. De anima rationali. fol. 180.
Incip. "Quoniam anima rationalis est."
In calce, "Finitus fuit iste liber Rome in civitate per magistrum Raymundum anno incarnationis Domini nostri Jhesu Christi millesimo ducentesimo nonagesimo tercio," etc.

5. Dialogus de articulis fidei, interlocutoribus fide et intellectu. fol. 239.
Tit. "Dyalogum magistri Raymundi theologi."
Incip. "Theologorum studia januam."

6. De naturis rerum; mutil. fol. 262.
Incip. in verbis cap. de vi flammæ, "intelligendo alioquin voluntas scientiam generaret sine intellectu."

XC.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 216, sec. xv.; ex dono Thomæ Gaugge, coll. Mert. socii.

1. Johannis Duns Scoti quodlibeta, quæstiones viginti unam comprehendentia. fol. 2.
Tit. "Quodlibet doctoris subtilis."
Exstant inter opera, tom. xii. p. 1.
In calce, "Explicit quodlibeta D. S."

2. Ejusdem liber de primo principio. fol. 131.
Tit. "Doctor subtilis de primo principio."
Incip. "Primum verum principium mihi ea credere," ut ibid. tom. iii. p. 210.
In calce, "Explicit primus tractatus J. Scoti de primo principio."

3. Ejusdem libellus de cognitione Dei. fol. 147.
Tit. "Doctor subtilis de cognicione Dei."
Incip. "Quia supprema cognicio nobis."
Cf. ibid. tom. iii. p. 431.

4. Ejusdem Collationes Parisienses. fol. 155.
Incip. "Utrum sit tantum una prudentia;" ut ibid. tom. iii. p. 345.

5. Ejusdem Collationes Oxonienses. fol. 200.
Tit. "Collationes Oxon. secundum doctorem subtilem et sunt collationes 3, 5, 25."
Incip. "Utrum cum simplicitate persone," ut ibid. tom. iii. p. 393.

XCI.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 131, sec. xiv. exeuntis, binis columnis exaratus; "legatus collegio de Merton halle Oxonie per Willelmum Duffeld, nuper socium."

Scriptum fratris Roberti Cowton super quatuor libros sententiarum abbreviatum per magistrum Ricardum Sneddesham.
Incip. "Utrum habitus theologie sit forma simplex per abnegationem corporis."
Desin. "discere faciat, Qui trinus et unus vivit et regnat; Amen."
In calce, "Explicit scriptum super 4 libros sentenciarum fratris Roberti Cowton."

XCII.

Membranaceus, in folio, ff. 236, sec. xiv. exeuntis, binis columnis exaratus; "ex dono M. Walteri Ramesbury, incept. in theologia precentorisque in ecclesia Herfordensi, ac quondam prefate domus consocii."

Roberti Cowton super secundum, tertium et quartum sententiarum.
Incip. "Circa distinctionem primam secundi libri."
Desin. "discere faciat, Qui cum Deo Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat; Amen."
Sequitur tabula quæstionum libri quarti.

XCIII.

Membranaceus, in folio, ff. 190, sec. xiv. exeuntis, ex dono Walteri Ramesbury, ut supra.

Roberti Cowton super primum librum sententiarum commentarius, cum tabula annexa.
Incip. "Sicut dicit beatus Ambrosius super epistolas Pauli in principio rerum."
Desin. "recipitur in subjecto secundum dictum modum."
In calce codicis sunt notitiæ de cautionibus MM. Walteri Ramesbury et Simonis Banbury in cistis expositis anno 1382.

XCIV.

Membranaceus, in folio, ff. 8 et 406, sec. xv., binis columnis exaratus; ex dono M. Henrici Sever, custodis, anno 1468.

Raymundi (de Pennaforti?) Ord. Præd. "trac-

tatus de diversis materiis predicabilibus ordinatis et distinctis in vij. partes secundum vii. dona Spiritus Sancti et eorum effectus, currens per diffinitiones materiarum per causas et effectus, refertus auctoritatibus et rationibus et exemplis diversis ad edificationem pertinentibus animarum;" cum prologo, aliisque prolegomenis.

Incip. prol. "Quoniam multi multipliciter, subtiliter et utiliter, elaboraverunt auctoritates diversas."

Incip. pars 1. "Quoniam autem inicium sapiencie est timor Domini."

Desin. "hiis ergo causis mundus est contempnendus et fugiendus."

Sequuntur tituli et capitula et in calce, "Quod merui detur michi nunc quia finis habetur."

In initio et fine codicis fragmenta sunt [Ric. Rolle de Hampole] commentarii in Psalmos, *Anglice*.

Incip. præf. "Grete habundaunce of gostly comfort."

XCV.

Codex membranaceus, in folio, ff. 196, sec. xiv., binis columnis exaratus; ex legato Roberti Ketrinham, quondam rectoris eccl. S. Gregorii London.

1. Isidori Hispalensis, Ethymologiarum libri viginti, præviis epistolis Isidori et Braulionis mutuis, necnon tabula vocabulorum alphabetica. fol. 9.

Tit. "Incipiunt libri Ysidori Junioris, Spalensis episcopi ad Braulionem Cesaraugustanum episcopum scripti."

Exstant impress. inter opera, p. 1.

2. S. Hieronymi epistola ad Marcellam de decem nominibus Dei apud Hebræos. fol. 135.

Exstat in edit. Vallars, tom. i. col. 128.

3. Ejusdem epistola de gradibus Romanorum. fol. 135 b.

Incip. "Decanus, qui sit super x."

4. Excerptiones de primo libro Willelmi Parvi, doctoris in theologia et canonici regularis monasterii Novi Burgi, de rebus Anglorum. fol. 136.

Incip. "Historiam gentis nostre, id est, Anglorum venerabilis presbiter et monachus."

5. Venerabilis Bedæ Historia Ecclesiastica, libris quinque, præviis capitulis et præfatione. fol. 138.

Tit. "Incipit liber primus ecclesiastice historie gentis Anglorum Venerabilis Bede presbiteri ad regem Celwlfum."

Desin. in verbis lib. v. "ecclesia sanctæ institucionis utilia didicit"—

XCVI.

Codex membranaceus, in folio, ff. 270, sec. xiv., binis columnis nitide exaratus.

1. Thomæ Aquinatis quæstiones disputatæ de veritate, de scientia Dei, etc. numero ducentæ quadraginta novem. fol. 1.

2. Ejusdem quæstiones quodlibetales, numero cxxxiv.; mutil. fol. 218.

Tit. i. "Questiones de quolibet fratris Thome. Questio de Deo, angelo et homine."

3. Joh. de Peccham, archiep. Cantuar. quæstiones quodlibetales, numero xxvi. fol. 262.

Incip. i. De prædestinatione, "Quesita sunt de Deo plura quam ad essentialia et quam ad personalia."

In calce, tabula omnium quæstionum prædictarum.

XCVII.

Membranaceus, in folio, ff. 111, sec. xiv., binis columnis exaratus; ex dono Will. Duraunt, quondam coll. Mert. custodis.

Thomæ Aquinatis super primum librum sententiarum commentarius.

Incip. in verbis quæst. viii., "agendum, sed Dyonisius prius agit de bono."

In calce, "Explicit primus liber Thome."

"Est liber hic scriptus, qui scripsit sit benedictus."

Sequitur tabula quæstionum.

XCVIII.

Membranaceus, in folio, ff. 206, sec. xiv., binis columnis exaratus; ex dono Johannis Gyggard, sive Gygur, quondam custodis.

1. Thomæ Aquinatis super sententiarum secundum librum commentarius. fol. 1.

In calce, "Explicit."

2. Ricardi de Media-villa, sive Middleton, ord. Minor. Scriptum super primum librum sententiarum. fol. 118.

Tit. manu recentiori, "Scriptum super primum sententiarum secundum venerabilem doctorem fratrem Ricardum de Media villa de ordine fratrum minorum."

Incip. "Abscondita produxi; Hec verba scripta Job xxviii. ad literam de Deo dicta sed secundum allegoricum."

Desin. "mihi tribuat Dominus Jesus Christus, Qui cum Patre et Spiritu Sancto vivit," etc.

Sequitur tabula quæstionum, et in fine, "Expliciunt tituli questionum primi scripti super sentencias fratris Ricardi de Media villa ord. minorum Deo gracias; Amen."

XCIX.

Codex membranaceus, in folio, ff. 291, sec. xiv., binis columnis exaratus.

Thomæ Aquinatis super sententiarum librum quartum commentarius, posthabita tabula quæstionum.

In calce, "Expliciunt problemata supra quartum sentenciarum secundum fratrem Thomam de Aquino ordinis predicatorum Deo gratias."

C.

Membranaceus, in folio, ff. 202, sec. xiv., binis columnis exaratus.

Gulielmi Occam, ord. Minorum, super sententiarum libros quatuor commentarii.

Exstant impress. Lugd. 1495.

In calce occurrunt versus isti,

"Finito libro sit laus et gloria Christo;
Ex victu Christi doctori sit benedictio nostri
Si nobis bina, tribuens constat bona vina."

CI.

Membranaceus, in folio, ff. 215, sec. xv. ineuntis, binis columnis exaratus; ex dono Johannis Wode, quondam archidiaconi Middlesexiæ.

Simonis de Boreston Distinctiones, secundum ordinem alphabeti distributæ.

Incip. "Abjicere; Secundum auctorem de natura rerum, Columba propter calorem, quem habet."

Desin. "zelus justitiæ, remissio pietas vult videri."

In calce, "Laus tibi sit Christe, quoniam liber explicit iste."

Sequitur tabula vocabulorum, et in fine, "Precium hujus libri xxvi. s. viii. d."

CII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 288, sec. xiv., binis columnis nitide exaratus; olim Alani de Corbryk, postea Thomæ de Farinlawe, et deinde coll. Merton. ex dono Thomæ Bloxham socii.

1. Mauricii, archiepiscopi Thuanensis, Dictionarium S. Scripturæ, ordine alphabetico; prævia tabula distinctionum, sed mutila.

Tit. tab. "Incipiunt distincciones fratris Maurici de ordine predicatorum."

Incip. "Circa abjectionem nota, qualiter in scriptura sumitur qualiter dividitur;" ut in edit. impress. Venet. 1603.

Desin. "circa pectora zona aurea, etc. Deo gracias."

In calce, "Explicit liber, Deo gratias; Amen."

2. Libellus artis prædicatoriæ compositus a fratre Jacobo Fusignani, ord. Præd. fol. 278.

Tit. i. "De quatuor causis divine exhortationis."

Incip. "Oro ut caritas vestra, etc. Omni operi omnique actioni non solum debetur efficiens, quod opus agit."

Desin. "et non tam quam ex uno procedit; Explicit."

In fronte codicis notatum est, "Liber magistri Thome de Farinlawe ex empto precii quinque marcarum, qui onerat possessorem ut habeat animam magistri Alani de Corbryk in suis orationibus specialiter recommendatam, de quo habuit istum librum;" et in margine superiori, "Istum librum fecit reparari M. Joh. Burbage sacre pagine professor."

CIII.

Membranaceus, in folio, ff. 256, sec. xiv., binis columnis exaratus, ex dono Thomæ Bloxham socii.

1. [Gulielmi de] Warre sive Waria, sive Veri, ord. Minorum, super sententiarum libros quatuor commentarius. fol. 5.

Incip. "Utrum finis per se et proprius theologie, ut est habitus."

Desin. "tamen patitur a qualitatibus tangibilibus."

In calce, "Explicit, Deo gratias, Waare super 4 libros sentenciarum."

2. Quæstiones aliæ super primum sententiarum, auctore incerto; in calce mutil. fol. 212.

Incip. "Posito quod Deus sit hic subjectum."

Sequitur fragmentum tractatus de lege canonica, Qualiter contra reum contumacem procedatur, etc.

Præmittitur fragmentum Digesti Novi.

CIV.

Codex membranaceus, in folio, ff. 143, sec. xiv., binis columnis exaratus; ex dono Thomæ Bloxham socii.

[Gulielmi] Warre sive de Waria, super sententiarum libros quatuor commentarii, cum præfatione.

Incip. præf. "Quoniam testante beato Augustino."

Incip. lib. "Utrum finis per se et proprius theologie, ut est habitus."

Desin. "a qualitatibus tangibilibus."

In calce, "Expliciunt questiones quarti."

Præcedit tabula titulorum.

CV.

Membranaceus, in folio, ff. 300, sec. xiv., binis columnis exaratus.

1. Petri de Tharum, ord. Præd. super sententiarum librum quartum scriptum, cum tabula annexa. fol. 1.

Incip. "Haurietis aquas, etc. In verbis istis duplex effectus sacramentorum, de quo in hoc quarto libro agitur."

Desin. "vita in premio, Joh. xiii. ad quam vitam Ipse," etc.

In calce, "Explicit quartus liber super sententias fratris Patri de Tharum, ordinis predicatorum."

2. [Ejusdem?] scriptum super sententiarum primum, prævia tabula. fol. 166.

Incip. "Numquid nosti ordinem celi, etc. Verba ista sunt Domini ad beatum Job, ipsum sicut magister."

Desin. "eodem Redemptore, Qui est benedictus in secula; Amen."

In calce, "Explicit liber primus sententiarum."

CVI.

Codex membranaceus, in folio, ff. 141, sec. xiv., binis columnis exaratus; ex dono M. Will. Duffeld, archidiac. Clyvelandiæ, coll. Mert. olim socii.

1. Scriptum venerabilis inceptoris Gul. Occham super primum librum sententiarum. fol. 1.

Exstat impress. in fol. Lugd. 1495.

In calce, "Explicit scriptum fratris Will. de Hocham super primum sentenciarum."

Sequitur tabula distinctionum librorum sententiarum iv.

2. Ejusdem, sive Alphonsi de Portugallia, quodlibetalium fragmentum. fol. 136.

Incip. in verbis quæst. xix. Quodlib. iii. "generatur ex actibus, igitur ex distinctis actibus generantur distincti habitus," et desin. "qui est sub actu contrario."

In calce,

"Nomen scriptoris benedicat Deus omnibus horis,
Scribere qui nescit nullum putat esse laborem."

CVII.

Membranaceus, in folio majori, ff. 399, sec. xiv., binis columnis exaratus.

1. Henrici Goëthalis, Gandavensis, quæstiones quodlibetales, cum tabulis annexis. fol. 4.

Exstant impress. Venet. 1613.

In fine tab. "Expliciunt questiones omnium quodlibetalium magistri Henrici de Gandavo, et sunt in universo 427 questiones."

Præmittuntur, Articuli quos Stephanus episcopus Parisiensis "dampnavit et excommunicavit, dogmatizantes, defensantes et sustinentes librum de Deo amoris."

In calce codicis sunt notitiæ de cautionibus expositis a MM. Gilberto Kymer et Thomæ Balsall, annis 1455, *seq.*

CVIII.

Membranaceus, in folio majori, ff. 334, sec. xiv.; binis columnis exaratus; liber domus scolarium de Merton Oxon. de emptione, pretii xx. s.

Henrici Goëthalis, Gandavensis, summa quæstionum ordinariarum theologiæ, prævia capitulorum tabula.

Exstat impress. in folio, Paris. 1520.

In calce tabulæ, "Quæstiones in universo ccc.lxxiiij."

CIX.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 342, sec. xiv., binis columnis exaratus.

Gulielmi, seu Guillermi, Altissiodorensis, summa aurea super quatuor libros sententiarum, cum tabula.

Quærenda est tabula in fine libri secundi.

Exstat impress. in folio, Paris. 1500.

CX.

Membranaceus, in folio majori, ff. 415, sec. xiv. exeuntis; binis columnis exaratus.

1. [Gulielmi Durandi, Mimatensis ecclesiæ episcopi,] Rationale divinorum officiorum, libris octo comprehensum, prævia præfatione. fol. 1.

Tit. i. "Liber primus de ecclesia et de ecclesiasticis locis et ornamentis et consecrationibus ac sacramentis incipit."

Incip. præf. "Quicumque in ecclesiasticis officiis, rebus ac ornamentis."

Incip. lib. "Prius est ut de ecclesia et ejus partibus videamus."

Exstat sæpius impressum.

In calce, "Explicit racionale divinorum."

2. Vincentii Bellovacensis de puerorum nobilium eruditione, prævia epistola ad Margaretam Franciæ reginam. fol. 271.

Tit. "De puerorum nobilium erudicione."

Impress. exstat, fol. Basil. 1481.

In calce, "Explicit liber de puerorum erudicione."

3. Ejusdem epistola ad Ludovicum Francorum regem de morte filii consolatoria. fol. 322 b.

Tit. "Specialis consolacio de morte filii."

Exstat impress. ibid.

In calce, "Explicit epistola de morte amici consolatoria."

4. Ejusdem de morali principis institutione epistola, cum prologo ad Ludovicum et Theobaldum regem Navarræ, et capitulis. f. 352 b.

Incip. præf. "Olim dum in monasterio regalis montis."

Incip. lib. "Sicut dicit apostolus ad Romanos cap. xii."

5. S. Bernardi libellus de præcepto et dispensatione. fol. 375.

Exstat inter opera, tom. i. col. 496.

6. Ejusdem ad [Robertum] nepotem suum. fol. 377.

Incip. in verbis, Quoniam huc usque frustratum, tom. i. col. 1, B. 3.

7. Petri Blesensis de periculis prælatorum epistola ad H. abbatem Radingensem. fol. 378 b.

Exstat inter opera, ed. 1667, p. 158.

8. Ejusdem Compendium super Job, prævia ad Henricum II. Angliæ regem epistola. fol. 382.

Exstat ibid. p. 408.

9. [S. Isidori Hispalensis libellus de ortu et obitu SS. Patrum.] fol. 392.

Exstat impress. inter opera, ed. Madrit. 1699, part. ii. p. 139.

10. Liber, qui dicitur, Speculum sacerdotale, sive libellus de ordine missæ. fol. 409.

Incip. "Dicit apostolus ad Ephesios vj. Induite vos armaturam Dei; etc. Hec armatura est vestis sacerdotalis significativa."

Desin. "et ideo dicitur in principio et eciam in fine misse."

In calce, "Explicit ordo misse, qui dicitur Speculum sacerdotale."

CXI.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 251, sec. xiv., binis columnis exaratus; ex dono M. Rob. Wryght, 1468.

Petri Lombardi sententiarum libri quatuor, cum glossulis marginalibus.

In calce, "Explicit liber quartus sentenciarum."

Sequuntur, *manu altera*, concordantiæ operis supradicti a Roberto Kylwardby, archiep. Cantuar. editæ, ordine alphabetico.

Incip. "Abraham; Christus in eo fuit decimatus, sicut Levi."

CXII.

Membranaceus, in folio, ff. 168, sec. xv. ineuntis, binis columnis exaratus; "ex dono M. Haymundi Haydok, A. D. m.cccc.lxviii."

1. Roberti Holcothi, sive Holkot, distinctiones super librum Sapientiæ, ordine alphabetico. fol. 6.

Incip. "Abhominabitur autem Deus tales."

Exstant sæpius impressæ.

In calce, "Expliciunt distinctiones Holkot super sapientiam."

Tabulam alphabeticam præmisit manus recentior.

2. Johannis Eyton, de Repingduna canonici, tractatus de usura, quem composuit anno Domini 1387, tum regens Oxoniæ in theologia, cum prologo. fol. 65.

Incip. prol. "Appropinquante termino mundi hujus."

Incip. tractatus "Sicut ejus quod est in se decorum."

In calce, "Explicit tractatus de usura."

3. Compendium literalis sensus tocius divinæ scripturæ editum a fratre Petro Aureoli, ordinis fratrum minorum. fol. 71.

Exstat impress. Paris. 1508, et alibi.

In calce occurrit versus,

"Explicit iste liber . scriptor sit crimine liber."

4. Nicolai de Lyra determinatio de adventu Christi per scripturas Judæorum. fol. 133.

Exstat impress. in 8vo. Francof. 1601.

5. Determinatio ejusdem super illud Isaiæ, 'Ecce virgo concipiet et pariet Filium,' etc. fol. 139.

Incip. "Questio est de conceptione Verbi incarnati;" ut ibid.

6. Anonymi cujusdam sermones Dominicales super epistolas et evangelia, quæ in ecclesia legi solent. fol. 140.

Incip. i. "Dies appropinquabit; Dies secundum philosophum est lacio solis super terram."

Ult. est in istud Joh. 'Hic est vere propheta,' et incip. "In hiis verbis de Salvatore nostro dictis."

In calce, "Benedicamus Domino: Deo gracias."

CXIII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 233, sec. xiv. ineuntis, binis columnis haud una manu, exaratus; ex legato Joh. Ryseborw, coll. Mert. socii.

1. Roberti Holcot quæstiones sive quodlibeta super libros sententiarum. fol. 1.

Tit. "Holcot super sentencias."

Exstant impress. Lugd. 1497, et alibi.

2. Quæstio, [an ejusdem], Utrum præscitus et prædestinatus faciens fructus bonos æternæ vitæ meritorios possit decedere finaliter cum eisdem. fol. 107.

Incip. "Istud dubitatum duo tangit, primum, An facere fructus bonos."

3. Alani de Insulis de complanctu naturæ, partim soluta partim ligata oratione scriptus. fol. 117.

Exstant carmina in Polycarp. Leyseri historia de poetis med. æv. p. 1045.

Incip. prosa, "Cum hac elegiaca lamentabili epilacione."

In calce, "Explicit enchiridion Alani minimi capelle de conquestione nature."

---

4. Liber qui dicitur Accentuarius, sive de accentuatione syllabarum penultimarum et mediarum. fol. 129.

Incip. "Quia inter sillabarum accentus maxime videtur pro sacre scripture congrua seu debita expressione."

In calce, "Explicit accentarius scriptus anno Domini m.ccc.lxxvii. Cade."

Sequitur notitia de Tessera, in qua citantur Papias, Hugo, et Brito.

---

5. Ricardi Filii-Radulphi, Armachani, de paupertate Christi libri septem, cum prologo ad Innocentium Papam VI., et tabula capitulorum cuique libro prævia. fol. 143.

Incip. prol. "Dominus Clemens VI. sui regiminis."

Tit. lib. "Incipit liber Ricardi, archiepiscopi Armachani, Hibernie primatis, de pauperie Salvatoris."

Incip. "Johannes; Quia circa rerum propter hominem."

Desin. "retinens quod delectat, Qui semper benedictus in secula seculorum, Amen."

Sequitur tabula contentorum.

6. Anonymi quæstiones de dilectione Dei. f. 218 b.

Incip. "Utrum solus Deus a quacumque rationali creatura super omnia supreme diligendus; Quod non; Quod dilectione."

CXIV.

Codex membranaceus, in folio, ff. 109, sec. xiv., binis columnis exaratus, "ex traditione Bernardi pro Hugutione."

Bonaventuræ, Cardinalis, super sententiarum librum primum scriptum.

In calce, "Completus est liber I. Bonaventure."

Sequitur tabula distinctionum, et in fine,

"Explicit problema super tertium sententiarum. Continet problemata 299 præter quæstiones incidentes et questiones literales."

CXV.

Codex membranaceus, in folio, ff. 283, sec. xiv., binis columnis exaratus.

S. Bonaventuræ Cardinalis super sententiarum librum secundum expositio.

In calce, "Explicit liber secundus senten-ciarum," *et manu recentiori*, "Bonaventure completus."

CXVI.

Membranaceus, in folio majori, ff. 474, sec. xiv., binis columnis exaratus, liber coll. Merton. ex legato Ricardi de Werplesdone.

S. Bonaventuræ Cardinalis in tertium et quartum librum sententiarum expositio.

In calce, "Expliciunt questiones, secundum."

CXVII.

Membranaceus, in folio majori, ff. 261, sec. xv. ineuntis, binis columnis exaratus.

Anonymi cujusdam, [sed Roberti Cowton,] in sententiarum libros quatuor commentarius.

Incip. i. "Sicut dicit beatus Ambrosius in prologo super epistolas Pauli, in principio rerum."

Desin. ult. "discere faciat, Qui cum Deo Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat; Amen."

Sequuntur tabulæ quæstionum uniuscujusque libri.

CXVIII.

Membranaceus, in folio, ff. 315, sec. xiv. exeuntis, binis columnis exaratus; ex dono M. Roberti Stonham, coll. Mert. socii.

1. Ranulphi Higden Polychronicon, libris septem comprehensum, prævio prologo, et contentorum indice. fol. 9 b.

Incip. prol. "In historico namque contentu chronographorum."

Incip. lib. "Julius Cesar divinis humanisque."

Desin. cum Edwardi III. accessione, "mare tranquillitatem, Scocia concordiam, ecclesia libertatem."

2. Jacobi de Vitriaco, ep. Acconensis, liber de historia Hierosolymitana abbreviata et ad annum 1291 continuata, prævia capitulorum tabula. fol. 172.

Tit. i. "De variis generibus hominum, qui terram sanctam inhabitaverunt."

Incip. "Melchisedech Dei altissimi sacerdos;" ut in cod. MS. Magd. coll. xliii. f. 45 b.

Desin. in an. 1291, "perdiderunt in terra sancta quicquid ante fuit lucratum."

In calce, "Explicit primus liber opusculi magistri Jacobi de Vitriaco, qui fuit primus episcopus Acon et postea cardinalis, de historia Jerosolimitana."

3. S. Johannis Chrysostomi de compunctione cordis libri duo, [interprete forsan Ambrosio Camaldulensi.] fol. 200.

Incip. "Cum te intueor, beate Demetri, frequenter insistentem."

Cf. Bandin. Catal. Codd. Laurent. tom. i. col. 565.

In calce, "Expliciunt libri beati Crisostomi de compunctione cordis."

4. Venerabilis Bedæ de imagine mundi libellus, prævia tabula. fol. 212.

Tit. "Incipit Beda de ymagine mundi."

In calce sunt versus,

"Assit ei lumen, qui scripsit tale volumen.
Penna precor siste . quoniam liber explicit iste."

5. S. Ambrosii, Mediolanensis archiepiscopi, sermones quatuor, scilicet,

a. De consecratione ecclesiarum. fol. 219 b.

Incip. "Morem quem sancta ecclesia tenet."

In calce, "Explicit Ambrosius de consecratione ecclesiarum."

b. De observantia episcoporum. fol. 227.

Exstat impress. inter opera, ed. Benedict. tom. ii. App. col. 357.

c. Ad Irenæum, ne vir muliebri veste nec mulier virili uti deberet. fol. 230.

Ibid. tom. ii. col. 1061.

d. Ad Orancianum, quod sex diebus fecit mundum et septimo die requievit Deus. fol. 230.

Ibid. tom. ii. col. 976.

6. S. Bernardi, super evang. 'Missus est,' homiliæ quatuor, cum præfatione. fol. 231 b.

Tit. "Incipit prefatiuncula Bernardi abbatis Clarevallensis in laudibus virginis matris."

Exstant impress. inter opera, Paris. 1690, tom. i. col. 732.

In calce subjungitur, "Excusatio."

7. Heraclidis Alexandrini Paradisus, sive Liber de vitis SS. Patrum. fol. 243.

Exstat impress. apud Rosweyd. p. 705.

In calce, "Explicit Heraclidis."

CXIX.

Codex membranaceus, in folio, ff. 184, sec. xiv., binis columnis exaratus.

Jacobi de Voragine, Januensis, legenda sanctorum, quæ dicitur legenda aurea, prævia tabula.

Tit. "Incipit prologus super legendas sanctorum quas compilavit frater Jacobus nacione Januensis de ordine fratrum predicatorum."

Exstat sæpius impressa.

In calce inseruit bibliopegus fragmentum determinationum juridicialium de stipulationibus.

CXX.

Membranaceus, in folio, ff. 174, sec. xiii., binis columnis optime exaratus; ex dono M. Joh. Burbache, doct. in theol.

Petri Comestoris historia scholastica, prævia epistola ad Will. Senonensem archiepiscopum et præfatione.

In calce,

"Laus tibi sit Christe, quoniam liber explicit iste."

Subjunxit manus secunda tabulas titulorum et incidentium, cum prologo, incip. "Hic sunt autem libri Veteris Testamenti, quos ob amorem doctrine legendos."

Præmittitur in fol. i. *man. sec.* ordo legendi epistolas et evangelia per annum, et in eodem fol. verso, carmina Anglicana, quæ sequuntur,

"The joye of ur hert is withere to wo
The floures of ur gerland are fallen thar fro,
The game of ur carollyngs es turned into sorowe,
Wo es us for synne! may no man us b ......"

CXXI.

Membranaceus, in folio, ff. 191, sec. xv. ineuntis, binis columnis nitide exaratus; ex dono M. Johannis Woode, S. T. B., quondam coll. Mert. socii.

1. Ranulphi Higdeni Polychronicon; in fine mutilatum. fol. 1.

Deficit sub anno 1401, in verbis, "atque cum illo in montes de Snowdon et speluncas."

2. Martini Poloni Chronica de imperatoribus et pontificibus Romanis, in fine mutil. fol. 168.

Deficiunt sub anno 1109, in verbis, "vidisset pensans multum quod olim viderat et etatem——."

CXXII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 120, secc. xiv. et xv.; ex dono M. Johannis Bohun.

1. Martini Poloni chronica de pontificibus et imperatoribus Romanis, 'qui fuerunt ab incarnatione Domini usque nunc,' scil. ad annum 1277. fol. 2.

Tit. "Incipit liber cronicarum fratris Martini, domini pape penitentiarii et capellani, ordinis fratrum predicatorum."

Exstat impress. una cum Mariano Scoto, Basil. 1559, et alibi.

In calce, "Expliciunt cronica fratris Martini penitentiarii," etc.

2. Liber provincialis, sive catalogus ecclesiarum episcopatuumque quæ per orbem sub Romano pontifice constituuntur. fol. 29.

Tit. "Incipit liber, qui dicitur provincialis."

Incip. "In civitate Romana sunt v. ecclesie et patriarchales decem."

---

3. [Petri de Vineis epistolarum libri quinque posteriores,] prævia cuique libro capitulorum tabula. fol. 32.

Exstant impress. sed fusius, in 8vo, ed. Isel. Basil. 1740, tom. i. p. 235.

---

4. Epistolæ ad pontificem Romanum querentes de archiepiscopi Cantuariensis injustitia contra monachos monasterii S. Augustini ibidem, tempore, ut videtur, Edwardi III. regis Angliæ et Jo. Stratford, archiep. Cantuar. exaratæ. fol. 104.

Incip. i. "Post primam parentis culpam derivatam in posteros."

Occurrunt nomina Jo. Maukel, Rob. Fekenham, monachorum, Icherius de Concorrecco, Joh. de Northbourne, Matthæus Cardinalis, et Edmundus Arefortensis episcopus.

CXXIII.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 239, sec. xiv., binis columnis bene exaratus; "ex legato Rogeri de Martivalle, quondam episcopi Sarum."

Vincentii Bellovacensis Speculi historialis pars prima, libri scilicet octo priores; prævia capitulorum tabula.

Tit. "Incipit speculum historiale fratris Vincencii."

In calce, "Explicit primum volumen speculi hystorialis Alleluya."

Præmittitur codici, "Prima pars speculi historialis continet seriem naturalem."

CXXIV.

Membranaceus, in folio majori, ff. 280, sec. xiv., binis columnis manu Roberti de Longojumello bene exaratus; ex legato Rogeri, ut supra.

Vincentii Bellovacensis speculi historialis pars secunda amplectens libros ix.—xvi. inclusive, prævia tabula.

Præmittitur notitia, "Secunda pars speculi historialis continet seriem doctrinalem."

In calce, "Explicit secundum volumen speculi hystorialis de manu Roberti de Longojumello, Alleluia."

CXXV.

Membranaceus, in folio majori, ff. 287, sec. xiv., binis columnis manu Johannis Wade, Anglici, bene exaratus; ex legato, ut supra.

Vincentii Bellovacensis speculi historialis pars tertia, includens libros xvii.—xxiv., præviis titulis.

Præmittitur, "Tercia pars speculi historialis continet erudicionem moralem."

In calce, "Johannes Wade, Anglicus, scripsit istud."

CXXVI.

Membranaceus, in folio majori, ff. 289, sec. xiv., binis columnis bene exaratus; ex legato, ut supra.

Vincentii Bellovacensis speculi historialis pars quarta, libros xxv.—xxxii. includens, præviis tabulis.

Præmittitur, "Quarta pars speculi historialis continet historiam temporalem."

In calce, "Explicit quartum volumen speculi hystorialis."

CXXVII.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 220, sec. xiv., binis columnis exaratus; "ex legato M. Joh. Battele."

1. Eusebii Cæsariensis episcopi historia ecclesiastica, cum prologis Rufini presbyteri et tabula. fol. 2.

   In calce, "Expliciunt undecim libri hystoriarum ecclesiasticarum."

2. Roberti Grostete, ep. Lincoln. epistola ad Innocentium papam IV. fol. 96.

   Tit. "Grostete ad papam Innocentium quartum."

   Exstat impress. in Fasciculo Rerum Expetendarum, ed. Browne, tom. ii.

3. Tabula [Vincentii Bellovacensis] speculi historialis, ordine alphabetico. fol. 101.

   Tit. "Incipit tabula speculi hystorialis."

   Incip. "Aaron conflat vitulum aureum."

4. Tabula altera, sive summa librorum operis supradicti, cum prologo. fol. 218 b.

   Incip. prol. "Quoniam in principali tabula precedenti."

   In calce, "Explicit secunda tabula."

CXXVIII.

Membranaceus, in folio, ff. 149, sec. xiii. ineuntis, binis columnis optime exaratus; ex dono Johannis Turk, quondam coll. Mert. socii.

Petri Comestoris historia scholastica, prævia ad Will. archiep. Senonensem epistola.

Post historiam evangelicam sequitur liber secundus Maccabæorum.

In calce codicis manus secunda subjecit commentarium in Aristotelis cap. περὶ ἐπιεικείας, incip. "Postquam philosophus determinavit de justitia."

In fronte codicis, "Liber domus scolarium aule de Merton quem dedit collegio scolarium predictorum Johannes Turk, quondam socius aule predicte incathenandus in communi libraria ejusdem collegii."

CXXIX.

Codex membranaceus, in folio, ff. 149, sec. xiv., haud una manu binis columnis exaratus; ex legato Roberti de Gillynham, in sacra pagina quondam professoris et vicarii B. Petri in oriente Oxon.

1. Tabula super libros sententiarum alphabetica. fol. 2.

Incip. "Abraham; Quare Christus non dicitur decimatus in Abraham."

2. Tabula originalium, sive Manipulus florum, secundum ordinem alphabeti extracta e libris xxxvi. auctorum, SS. Patrum scilicet, ethnicorumque, auctore Thoma [Palmerano, sive Palmerstono,] de Hibernia socio de Sorbona, cum præfatione. fol. 26.

Incip. præf. "Abiit in agrum, etc. Ruth paupercula non habens messem propriam ad colligendum."

Incip. lib. "Abstinencia; Bonum est in cybo gratiarum actione percipere."

Exstat impress. ed. Venet. 1550, et sæpe alibi.

In calce, "Explicit manipulus florum compilatus a magistro Thoma de Hybernia, quondam socio de Serbona; et incepit super Johannis Galensis ordinis fratrum Minorum doctor in theologia istam tabulam et magister Thomas finivit."

In fine tabulæ, "Explicit tabula aurea."

3. Catalogus librorum, sive operum, Dionysii Areopagitæ, S. Augustini, H. de S. Victore, Ciceronis aliorumque, cum principio eorundem et fine [eodem forsan auctore]; cum prologo; [*manu recentiori*.] fol. 134 b.

Incip. "Notandum quod librorum originalium sanctorum."

4. Tabulæ alphabeticæ super epistolas Paulinas, Actus Apostolorum, et evangelia. fol. 137.

Incip. "Abba idem est quod pater."

Deficit tabula in Evangel. in voce tribulatio, "quanta erit in fine mundi——."

CXXX.

Membranaceus, in folio, ff. 224, sec. xiv., binis columnis nitide exaratus; olim Joh. Wyttenham, quem emit de Joh. Brown stationario Oxon. A D. 1403, in die SS. Joh. et Pauli, postea coll. Mert. ex dono Ric. Fitz-James, custodis.

Durandi a S. Portiano in sententiarum libros quatuor commentarius.

Exstat impress. in fol. Venet. 1571.

Libro tertio succedit "Tractatus ostendens in toto universo unum tantum esse principium;" incip. "Unum universorum existere principium fidenter fatetur catholicorum concio."

In calce, lib. iv., "Explicit quartus liber," et postea, "Liber M. Ric. Fitz James sacre theologie professoris, quem emit 12 die Novembris anno Christi 1482, precium vi.s. viii.d."

Sequuntur, a. Adversaria theologica, incip. "Utrum diligere amicum sit meritorium." b. Articuli ab Joh. archiep. Cantuar. in ecclesia S. Mariæ de Arcubus anno 1286 damnati.

Præmittuntur codici,

a. Versus ad Carolum Magnum. fol. 1 b.

Incip.

"O rex Auguste clarissime dignus honore."

b. Quæstiones theologicæ. fol. 2 b.

Incip. "Utrum Christus in triduo fuerit homo."

CXXXI.

Codex membranaceus, in folio, ff. 231, sec. xiv., binis columnis exaratus; ex dono M. Thomæ Bloxham.

Roberti Kylwardeby super sententiarum libros quatuor expositio.

Tit. "Kylwardeby super sententias."

Incip. "Sapientia edificavit, etc. In hiis verbis accendi possunt quatuor cause hujus doctrine."

Sequuntur ejusdem solutiones dubiorum de incarnatione Dei, et de relationibus; incip. "Triplex questio de incarnatione Dei proponitur."

Desin. quæstiones de relationibus, quæ 37 numerantur, "extentum subjicitur priori et posteriori in terminis suis; Sit Deo Trinitati summe laus."

CXXXII.

Membranaceus, in folio, ff. 162, sec. xiii. exeuntis, binis columnis nitide exaratus; ex dono Thomæ Bloxham.

1. Anselmi, sive Ancelini, [an Simonis Tornacensis?] super sententiarum libros quatuor expositio ad Willelmum, præsulem Senonensem. fol. 1.

Incip. "In deserto manna colligentes alius integrum gomor, alius plus."

Desin. "mandata ejus observa; hoc est omnis homo."

In calce, *man. sec.* "Explicit summa beati Ancelmi super libros sententiarum; Deo gratias."

2. Simonis Tornacensis institutiones in sacram paginam. fol. 105.

Titulus primus est, "Institucio prima de sermone teologico."

Incip. "Sicut legitur in ortographia, d. littera media est inter th."

Desin. "est autem affinitas spiritualis compaternitas."

Præmittuntur chartæ tres Joh. de Constantia, decani, ad Walterum archiep. Rothomagensem, conquerentes de statu ecclesiæ Rothomagensis.

CXXXIII.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 267, anno 1427 manu Nicolai de Bodelswerda binis columnis Oxoniæ exaratus; "liber domus scolarium de Merton, emptus anno Domini m.cccc.xxxi. quum maxime floruit scola doctoris presentis."

1. Quæstiones de distinctione formalitatum determinatæ a reverendo fratre Petro Thomæ, ord. fratrum minor. de provincia S. Jacobi in studio Barchinonensi. fol. 5.

Incip. "Ad evidenciam distinctionis."

Desin. "et in materia et forma regimen compositi."

In calce, "Expliciunt questiones de distinctione," ut supra.

2. Francisci de Maronis, sive Mayronibus, conflatus super primum librum sententiarum, tabula posthabita, sed mutila. fol. 41.

Incip. "De quolibet dicitur affirmacio vel negacio, etc. Queritur utrum primum principium complexum possit," ut in edit. Venet. 1521.

Desin. "pertinent ad practicam scientiam."

In calce, "Explicit conflatus Francisci de Maronis finitus per manus Nicolai de Bodelswerdia anno Domini 1427, in vigilia S. Barbaræ virginis, tum temporis Oxoniæ studentis."

Sequitur fragmentum quæstionum de relativis, in cujus margine superiori, "In isto libro continentur formalitates Petri Thome et conflatus Francisci super primum sentenciarum, pretium xli. s. ii. d."

CXXXIV.

Codex membranaceus, in folio, ff. 189, sec. xiv., binis columnis bene exaratus; ex dono M. Willelmi Duraunt, quondam custodis; mutil.

Anonymi cujusdam in sententiarum libros quatuor commentarius.

Incip. "Veteris et nove legis, etc. Questio de subjecto theologie et quod sit Deus videtur."

Deficit in Distinct. 43 lib. iv. in verbis, "Item ratione morali universalis finis——."

Desiderantur quoque omnia a lib. ii. Distinct. 30. ad lib. iii. Distinct. 17.

CXXXV.

Membranaceus, in folio, ff. 340, sec. xv., binis columnis exaratus.

Francisci de Mayronibus super sententiarum libros quatuor expositio, cum tabula præmissa.

Incip. "De quolibet dicitur affirmacio vel negacio."

Desin. "sed nunquam erunt actu infinite."

In calce, "Explicit quartus liber magistri Francisci Meronis super sentencias."

In fine tabulæ notatur, "Liber iste collatus extitit collegio de Merton Oxon. per M. Ricardum Redewe prepositum ecclesie collegiate S. Thome Martiris de Glaseney in presencia M. Thome Chippenham, decretorum doctoris, et M. Joh. Marshall, dominorum Joh. Renawdene, et Joh. Mabb, capellanorum, ac Jacobi Davy et Will. Bokebynder, xvij. die Junii, a. d.m.cccc.lix."

CXXXVI.

Membranaceus, in folio, ff. 222, sec. xiv., binis columnis exaratus; ex dono M. Willelmi Loryngis, canon. eccl. Sarum. 1415.

Gulielmi Alverni, episcopi Parisiensis, opera varia; scilicet,

1. Liber dictus, Cur Deus homo. fol. 2.
Tit. "Hic incipit tractatus ejusdem Willelmi, Cur Deus homo."
In calce, "Explicit tractatus domini Parisiensis, Cur Deus homo."
2. Liber de septem sacramentis. fol. 12.
In calce, "Explicit tractatus de sacramentis."
3. Liber de virtutibus. fol. 101.
In calce, "Explicit tractatus de virtutibus."
4. De vitiis et peccatis. fol. 162.
5. De temptationibus et resistentiis. fol. 185.
6. De meritis. fol. 196.
7. De gloria. fol. 202.
In calce, "Explicit tractatus de peccatis et viciis secundum M. Will. de Alvernia, etc. Amen."
8. De gratia. fol. 205 b.
In calce, "Explicit de gracia; Amen."
9. De immortalitate animæ. fol. 207 b.
10. De faciebus mundi. fol. 213 b.
Tit. "Incipit prologus in libros de faciebus mundi a Willelmo de Alvernia, episcopo Parisiensi, edita."
Exstant omnia supradicta inter opera edita, Venet. 1591.

CXXXVII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 183, sec. xiv., binis columnis haud eadem manu exaratus; ex dono Will. Reed, ep. Cicestrensis.

1. Gulielmi Ochami liber de corpore Christi, sive sacramento altaris; in fine mutil. fol. 2.
Exstat impress. Paris. 1487 et alibi.
Defic. in verbis, "et per concilia licere reprehendi——."
2. Ægidii de Columna Romani, archiep. Bituricensis, liber de esse et essentia, quæstionibus tredecim. fol. 14.
Incip. "Questio est utrum sit dare plura principia," ut in edit. Venet. 1503.
3. Ejusdem Ægidii Theoremata de eodem argumento. fol. 42.
Incip. "Omne esse vel est purum; etc. Volentes de esse tractatum componere ne laboremus in equivoco."
In calce, "Expliciunt theoremata de esse et essentia edita a fratre Egidio Romano fratrum heremitarum ordinis Sancti Augustini, Deo gratias, Amen."
4. Ejusdem tractatus de formatione humani corporis in utero, prævia tabula capitulorum xxiv. fol. 53 b.
Incip. "Post tractatum de predestinacione et prescientia et de paradyso."
In calce, "Explicit tractatus de formacione humani corporis a fratre Egidio;" etc.
5. Ejusdem de laudibus divinæ sapientiæ liber, præviis capitulis xvii. fol. 80.
Incip. "Eructavit cor meum; etc. Inter multas et varias occupationes."
In calce, "Explicit tractatus de laudibus divine sapientie e. a. F. E."
6. Ejusdem tractatus de prædestinatione et prescientia et de paradiso et inferno, ubi prædestinati et præsciti sunt finaliter collocandi, prævia epistola ad dominum Thavenam de Thalomeis. fol. 87.
Incip. præf. "Cum in nostro reditu versus Parysiense studium."
Incip. opus, "Post distinctionem capitulorum restat tractatum."
In calce, "Explicit tractatus de prædestinatione," etc. ut supra.
7. Ejusdem quæstiones de cognitione Angelorum. fol. 99.
Incip. "Questio est utrum angelus intelligat," ut in edit. 1503, fol. 76.
In calce, "Expliciunt questiones disputate de cognicione angelorum edite a fratre Egidio de Roma;" etc.
8. Ejusdem quæstiones de mensura angelorum. fol. 135.
Incip. "Questio est de mensura angelorum." ut ibid. fol. 35 b.
In calce, "Expliciunt questiones de mensura angelorum."
9. Ejusdem quæstiones septem de resurrectione. fol. 169 b.
Incip. "Questio est utrum sit possibile resurrectio mortuorum."
10. Ejusdem questiones duæ de materia cæli. fol. 176 b.
Incip. "Questio est utrum in celo sit materia vel sit celum corpus."
Sequitur tabula contentorum codicis.

Præmittitur codici notitia, "Liber M. Willelmi Reed, socii domus scolarium de Merton in Oxon. quem de quadam cista ibidem vendicioni expositam emit de bonis sibi datis per reverendum dominum suum M. Nicholaum de Sandwyco,—Oretis igitur pro utroque;" et postea, "Liber domus de Merton in Oxon. in communi libraria ejusdem et ad usum communem magistrorum et sociorum ibidem studencium cathenandus ex dono venpatris dom. Willelmi tercii episcopi Cicestriæ," etc. "xxxi. volumen."

CXXXVIII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 338, sec. xiv., binis columnis exaratus; ex dono M. Will. Reed, ep. Cicestrensis.

1. Godefridi de Fontibus quodlibeta decem ultima, scil. a 5 ad 14 inclusive. fol. 2.

Incip. "Querebantur quedam circa Deum, quedam circa creaturas."

Desin. "nisi ab intellectu et in intellectu concipiente."

In calce, "Explicit quodlibet 14 magistri Godfridi de Fontibus."

"Explicit hic totum pro Christo da mihi potum."

2. Ejusdem, sive Thomæ Suttum, coll. Mert. socii, quæstiones quodlibetales seu ordinariæ, numero 35. fol. 154 b.

Incip. "In disputatione de quolibet quesitum fuit de Deo creatore."

Desin. "excepto solo Deo simplicissimo; Cui sit honor et gloria; Amen."

Sequitur tabula.

In fol. 1. verso notantur, a. Liber M. Will. Reed ex empcione de bonis sibi datis per magistrum Nicolaum de Sandwyco. b. Liber domus de Merton, etc. ex dono D. Will. tercii ep. Cicestrie; oretis igitur, etc. Walter Roberti, notarius. c. Istum librum fecit de novo ligari M. Ricardus Scardeburgh A.D. 1453, oretis igitur pro eo et pro parentibus ejus.

CXXXIX.

Membranaceus, in folio, ff. 221, sec. xiv., binis columnis exaratus; ex dono Thomæ Bloxham.

1. Ricardi de Media-Villa quæstiones quodlibetales in partes duas distinctæ, cum tabula. fol. 2.

Incip. pars i. "Queritur utrum Deus sit summe simplex; Videtur quod non, quia compositum notabilius."

Desin. pars ii. "sine temeraria assercione dicta sunt; Explicit."

2. Ejusdem Ricardi quodlibeta tria. fol. 162.

Incip. "In nostra disputacione de quolibet quedam fuerunt de Deo et quedam de Creaturis;" ut in calce operis ejusdem in sententias.

CXL.

Codex membranaceus, in folio, ff. 197, sec. xiv., binis columnis haud eadem manu exaratus; liber coll. Mert. ex assignatione MM. Will. Lynham et Will. Reed, ep. Cicestr., olim coll. ejusdem sociorum.

1. Anonymi commentarius in Aristotelis librum de causis. fol. 1.

Incip. "Omnis causa primaria, etc. Cum ergo removet causa secunda universalis virtutem suam a re causa universalis."

Desin. "faciens adquirere non adquisitum, sicut ostendimus. Completus est noster ordo, etc." ut apud Bandin. Catal. tom. iv. col. 112. §. xii.

In calce, "Explicit tractatus Aristotelis de causis."

2. Clementis papæ [V?] Ars fidei catholicæ per compendium exhibita, in quinque libros distincta, cum præfatione, prævia divisionum et definitionum tabula. fol. 3 b.

Incip. præf. "Clemens papa cujus rem."

Incip. "Quicquid est causa causæ, etc. Sit enim tantum a ejus causa."

3. S. Augustini de spiritu et anima libellus. fol. 8 b.

Exstat inter opera, tom. vi. App. col. 35.

4. Johannis presbyteri Damasceni, qui Mansur liber incipit, in quo est traditio certa orthodoxæ fidei capitulis divisa C. a Burgundione Judice, cive Pisano, de Græco in Latinum "domino iij. Eugenio beatæ memorie pape translatus." fol. 12.

Incip. "Deum nemo vidit," ut inter opera, ed. Le Quien, tom. i. p. 123.

In calce, "Explicit liber Damasceni."

5. S. Augustini liber de vera innocentia, potius Prosperi extracta ex operibus ejusdem sancti. fol. 64.
Exstat inter opera, tom. x. App. col. 223.
In calce, "Explicit liber Augustini de vera innocencia vel Prosperi sententie collecte ab Augustino expliciunt quod idem est liber."

6. Ricardi de S. Victore liber de potestate ligandi et solvendi. fol. 77.
Exstat impress. inter opera, Rothom. 1650, p. 328.

7. Ejusdem libellus de spiritu blasphemiæ. f. 83 b.
Exstat ibid. p. 346.

8. Ejusdem libellus de potestate judiciaria. f. 86.
Ibid. p. 342.

9. S. Thomæ Aquinatis expositio symboli apostolici. fol. 90.
Exstat inter opuscula, p. 114.
In calce, "Explicit expositio symboli fratris Thome."

10. Ricardi de S. Victore de S. Trinitate libri sex. fol. 101.
Exstant inter opera, p. 216.
In calce, "Explicit Ricardus de S. Victore."

---

11. [Hugonis de S. Victore] Annotationes elucidatoriæ allogoriarum in Testamentum vetus et in quatuor evangelia; cum prologo. f. 127.
Tit. "Incipiunt allegorie v. librorum Moysi de veteri Testamento."
Incip. prol. "In precedentibus premissa descripcione originis vel discrecionis."
Exstant inter opera, Paris. tom. i. fol. 155.
In calce, "Expliciunt allegorie v. librorum Moysi cum descriptione quatuor evangeliorum."

12. S. Augustini libri de civitate Dei xxii. abbreviati, cum prologo. fol. 175.
Incip. prol. "Cum Roma aliquando Gothorum irrupcione."
Incip. "Ad intellectum eorum que dicuntur in primo capitulo tria sunt notanda."
Desin. "cum verba fide resurrectionis future ad eternam beatitudinem, ad quam nos perducat;" etc.
In calce, "Expliciunt abbreviationes de civitate Dei secundum Augustinum."
Præmittuntur codici notitiæ sequentes; (a.) "Hunc librum M. Willelmus Reed habuit ex accomodacione magistri Willelmi Lynham, in quaternis pro quibusdam libellis quos dictus M. W. Lynham habuit ex accomodacione M. W. Reed predicti." (b.) "Liber domus scolarium Mertone Oxon. ex assignacione magistrorum Will. Lynham, et Will. Reed, ep. Cicestrensis, quondam sociorum domus ejusdem. Oretis igitur pro utroque . . . . Anselmi et Augustini."

CXLI.

Codex membranaceus, in folio, ff. 236, sec. xv., binis columnis exaratus; ex legato Joh. Hanham, coll. Mert. socii.

1. Anonymi cujusdam tractatus de isto, An Dominus noster Jesus Christus assumpsit in persona divina miseriam mendicandi ab hominibus. fol. 2.
Incip. "Volvens et revolvens constantem devotionem precedentium antiquorum."

2. Augustini Triumphi de Ancona de potestate ecclesiastica Summa ad Johannem papam XXII. fol. 10.
Exstat impress. Aug. Vind. 1473, et alibi.
Sequuntur tabulæ quæstionum et harmonia evangelistarum.

CXLII.

Chartaceus, in folio, ff. 131, sec. xv.

Anonymi cujusdam opus de causa potestatis ecclesiasticæ immediata, in quæstiones conclusionesque plurimas distinctum, annexa tabula.
Incip. "Apostolus, Rom. x., loquens de Judeis dicit quod ignorantes Dei justiciam et suam querentes."
Desin. "sed certum est quod irrationabiliter ageret et peccaret."
Inseruit bibliopegus in initio et fine fragmenta quædam commenti ad jus canonicum spectantis.

CXLIII.

Membranaceus, in folio, ff. 144, sec. xv., binis columnis exaratus.

1. Thomæ de Notyngham quæstiones contra errores Pelagii. fol. 1.
Tit. "Questiones tractate per Thomam de Notyngham ...... Oxoniensem cancellarium ...... inter errores Pelagii," etc.

Incip. "Utrum credere prophetas de articulo contingenti."

Desin. "commorimur et consepelimur Christo."

Sequitur tabula quæstionum.

2. Godfridi de Fontibus, episcopi, quæstiones quodlibetales. fol. 84.

Incip. "Queritur primo de scientia sacre theologie."

Defic. in verbis, "circa primum sciendum quod non—"

CXLIV.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 137, sec. xiv., binis columnis exaratus; ex dono M. Roberti Wyght.

1. [Gulielmi Alverni?] Parisiensis distinctiones theologicæ, ordine alphabetico. fol. 7.

Tit. *man. sec.* "Distinctiones Parisienses Bonaventuræ."

Incip. "Duplex est abstinencia detestabilis et laudabilis; detestabilis."

Desin. "que preparavit Deus electis suis, ad que nos;" etc.

Præcedunt

a. Nota de celebratione missarum pro defunctis non intermittenda. fol. 1.

b. Versus septem, incip. "Qui plus expendit."

c. Adaptationes omnium sermonum in hoc libello contentorum prout competunt omnibus Dominicis tocius anni. fol. 3.

d. Capitula tocius libri secundum ordinem alphabeti. fol. 6.

2. Bonaventuræ, sive cujuscumque sit, summa de sacramentis ecclesiæ. fol. 129 b.

Incip. "Infirmitatem contractam per peccatum primorum parentum."

CXLV.

Membranaceus, in folio minori, ff. 102, sec. xiv., binis columnis exaratus; ex legato M. Joh. Raynham, coll. Mert. socii.

1. S. Johannis Damasceni sententiarum de fide orthodoxa libri quatuor; interprete Burgundione Pisano. fol. 2.

Tit. "Johannis presbiteri Damasceni, in quo est tradicio certa ortodoxa fidei c. divisa c. a Burgundione judice cive Pisano, de Greco in Latinum domino iij. Eugenio beate memorie pape translatus."

Exstat impress. inter opp. tom. i. p. 123.

In calce, "Expliciunt sententie Damasceni;" et deinde tabula capitulorum.

2. Ejusdem logica. fol. 50.

Incip. "Quemadmodum dulce philocosmis existit sensibilium paradisorum."

3. Ejusdem elementarium, sive de duabus naturis et earum operationibus in Christo, liber a voce S. Joh. Damasceni. fol. 68.

Tit. "Introduccio doctrinarum elementarii a voce S. Johannis Damasceni ad Johannem sanctissimum episcopum Laodicie."

Incip. "Que sit intencio Damasceni in hoc libro. Substancia et natura et forma."

In calce, "Explicit."

4. Ejusdem de Trisagio epistola ad Jordanem archimandritam. fol. 80.

Incip. "Dei honoracio et zelo divino."

5. A. M. S. Boethii liber de S. Trinitate. fol. 87.

Tit. "Incipit prologus in librum Boecii de unitate Trinitatis ad Symacum."

Exstat impress. Lugd. Bat. 1656, p. 147.

6. Ejusdem quædam quæstio ad Johannem eccl. Rom. diaconum, utrum Pater et Filius et Spiritus Sanctus prædicentur substantialiter de natura divina. fol. 90.

Exstat ibid. p. 163.

7. Ejusdem libellus de hebdomadibus ad eundem. fol. 91 b.

Ibid. p. 166.

8. Ejusdem contra Eutychen et Nestorium libellus, potius fidei confessio. fol. 92.

Ibid. p. 172.

9. Ejusdem libellus contra eosdem de naturis duabus et una persona Christi ad Johannem Romanæ ecclesiæ sub-diaconum. fol. 94.

Ibid. p. 183.

10. Ejusdem de unitate et uno libellus. fol. 100.

Incip. "Unitas est qua unaquæque res una esse dicitur."

In calce, "Explicit liber de unitate et uno, qui a quibusdam dicitur esse Boecii."

CXLVI.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 189, sec. xiv., binis columnis exaratus.

Bartholomæi de S. Concordio, de Pisis, Pisa-

nella sive Summa de casibus Conscientiæ, ordine alphabetico.

Exstat sæpius impress.

In calce, "Explicit summa de casibus conscientie secundum compilacionem fratris Bartholomei, ordinis predicatorum de Pisis; Deo sint gracie infinite."

CXLVII.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 180, sec. xiv., binis columnis nitide exaratus.

1. Nicolai de Gorham distinctiones theologicæ, ordine alphabetico. fol. 1.

Incip. "Abeuncium per hunc mundum, alii abeunt male et alii bene."

Desin. "preparemus nos ut preparati intremus ad nupcias cum Domino Jesu Christo. Amen."

In calce, "Expliciunt distincciones N. de Guerram."

Sequitur tabula alphabetica.

2. Ejusdem sive cujuscumque sint themata dominicalia. fol. 159 b.

Incip. "Tabernaculo meo, etc. Passionis qualitas."

In calce, "Expliciunt themata dominicalia."

3. Ejusdem, sive cujuscumque sint, Parvæ distinctiones, ordine alphabetico. fol. 167 b.

Incip. "Ambulatio; sicut in corporali ambulacione, ita in spirituali."

In calce, "Expliciunt parve distincciones."

4. Sententiæ, sive themata, ad quemque librum tam Veteris quam Novi Testamenti aptatæ. fol. 174.

Incip. "Genesis 18 afferam paxillum, etc. Sicut in corporalibus."

CXLVIII.

Membranaceus, in 4to, ff. 390, sec. xiii. exeuntis.

Mauritii [Hibernici] summa distinctionum super auctoritatibus Sacræ Scripturæ, ordine alphabetico.

Incip. "Abjectionem; Circa abjectionem nota qualiter in scriptura sumitur, qualiter dividitur;" ut in ed. Venet. 1603.

Desin. sub voce Zona, "de templo vestiti lapide candido."

In fine, "Explicit;
Laus tibi sit Christe quia finitur liber iste."

Sequitur "Tabula de summa Mauricii alphabetica."

In calce est fragmentum ejusdem summæ, ex codice alio evulsum.

CXLIX.

Codex membranaceus, in folio, ff. 164, sec. xiv. exeuntis, binis columnis exaratus; olim Thomæ Tryllek, ep. Roffensis, postea coll. Mert. ex dono Will. Reed, ep. Cicestrensis.

Gerardi Bononiensis, ord. Carmelitarum, quæstiones de scientia theologica, cum præfatione.

Incip. præf. "Pertransibunt plura et multiplex est scientia Dan. xii. Licet hec verba Danielis de multiformi."

Incip. opus, "Primo queritur utrum theologia sit scientia."

Desin. "esse vel essentie aut nature."

In calce, "Hic venerandus Gerardus dimisit quia vitam suam in pace finivit."

Sequuntur tituli operis et in fine, "Explicit tabula summe magistri Gerardi Bononiensis ordinis fratrum B. Marie de Monte Carmeli, Deo gracias; Amen."

CL.

Membranaceus, in folio majori, ff. 199, sec. xv., binis columnis nitide exaratus et quoad initiales literas pictus; ex dono M. Henrici Sever, S. T. P. coll. Mert. custodis, anno Domini m.cccc.lxvj.

Hugonis de S. Caro, Viennensis, postillarum in Testamentum Vetus tomus prior, scilicet in Genesim ad Ruth inclusive, cum prologis.

Tit. "Exposicio Hugonis de Vienna super primum prologum Genesis."

Exstant impress. inter opera, Paris. 1539, part. i. fol. 1.

In calce codicis, "Item recepi pro istis septem quaterniis xxiiii. g. s."

CLI.

Membranaceus, in folio, ff. 110, sec. xv., binis columnis nitide scriptus et pictus, ex dono H. Sever.

Hugonis de S. Caro postillarum tomus secundus,

commentariorum scilicet super Psalterium partem primam amplectens; mutil.

Tit. "Hugo de Vienna super Psalterium."

Exstant inter opera, 1539, part. ii. fol. 2.

Defic. in comment. in Ps. xxxi. a verbis, "*conturbata sunt* a temptacione inimici; De hiis dubiis supra in psalmo, Miserere," fol. 67, col. i. l. 20.

CLII.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 315, sec. xv., binis columnis nitide exaratus; ex dono H. Sever, ut supra.

Hugonis de S. Caro postillarum tomus tertius, scilicet in Psalterii partem alteram, a ps. 51 ad finem.

Exstant inter opera, part. ii. fol. 121 b.

In calce, "Deo gracias."

CLIII.

Membranaceus, in folio majori, ff. 198, sec. xv., binis columnis manu Colyngbourne cujusdam nitide exaratus; "ex dono M. Henrici Sever S. T. P. et coll. Mert. custodis m.cccc.lxvi."

Hugonis de S. Caro Viennensis, postillæ sive commentarii in libros Biblicos, qui sequuntur;

1. In libros Regum quatuor. fol. 1.

Tit. "Incipit prologus Hugonis de Vienna autenticus super Reg. I."

In calce, "Expliciunt moralitates super IIII. Regum."

2. In Paralipomenon libros duo. fol. 71.

Tit. "Incipit i. Paralipomenon."

3. In libros Esdræ. fol. 93 b.

Tit. "Incipit liber Esdre."

4. In librum Tobiæ. fol. 107.

Tit. "Incipit liber Thobie."

5. In librum Judith. fol. 112.

Tit. "Incipit liber Judith."

6. In librum Esther. fol. 117.

Tit. "Prologus Hester."

7. In librum Job, cum tribus prologis. fol. 120.

Tit. "Incipit liber Job."

In calce, "Explicit Job, quod Colyngburne."

Exstant omnia supradicta impress. in fol. Venet. 1488, et alibi.

CLIV.

Codex membranaceus, in folio, ff. 255, sec. xiv., binis columnis exaratus; ex dono Henrici Abyndon, coll. Mert. custodis.

1. Hugonis de S. Caro super ecclesiasticum commentarius. fol. 4.

Exstat inter opera, tom. iii. fol. 153 b.

In calce, "Expliciunt postillæ super ecclesiasticum."

2. Tractatus de confessione et absolutione. f. 246.

Incip. "Qui secure et discrete et fructuose vult exequi officium audiendi confessionem."

In fronte codicis, "Istum librum donavit M. Henricus Abyndon custos de Merton halle in Oxon. ejusdem domus scolaribus incathenandus in eorum libraria nec extrahendus sine licencia custodis et sex sociorum ejusdem domus, et est postilla optima super ecclesiasticum cum uno subtili tractatu editus super materia de confessione et absolucione facta cum virtute privilegii."

Sequuntur cautiones Tho. Allayn, W. Emyldon, Th. Bloxham, et Joh. Wode, expositæ annis 1445—1455.

CLV.

Membranaceus, in folio majori, ff. 454, sec. xv. ineuntis; binis columnis exaratus.

1. Gulielmi Alverni Parisiensis super sacramentis ecclesiæ tractatus, cum tabula annexa. fol. 1.

Tit. "Tractatus primus Parisiensis de sacramentis."

Exstat impress. inter opera, p. 389.

In calce tab. "Explicit tabula super tractatum domini Parisiensis de vii. sacramentis completa 27 die mensis Novembris anno Domini 1412."

2. Hugonis de S. Caro postillæ in S. Marci evangelium. fol. 92.

Exstant inter opera, tom. v. fol. 82.

In calce, "Explicit Marchus."

3. Ejusdem in S. Matthæum postillæ. fol. 132.

Tit. "Epistola Hugonis de Wienna super Mattheum."

Ibid. tom. v. fol. 3.

In calce, "Explicit Mattheus, Deo gracias."

4. Ejusdem in Isaiam postillæ. fol. 225 b.

Tit. "Introitus Hugonis de Vienna super Ysayam. Idem in expositione prologi S. Ieronimi super Ysayam."

Cf. ibid. part. iii. fol. 1.

In calce, "Explicit Hugo de Vienna super Ysayam."

CLVI.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 399, sec. xiv., binis columnis exaratus; ex dono Joh. Bloxham, coll. Mert. quondam socii et postea custodis.

Gulielmi Notyngham super evangelia quatuor commentarii.

Incip. "Da michi intellectum; etc. Dionisius de divinis nominibus capitulo tercio dicit quod ante omne et maxime theologiam."

Defic. in verbis prope ad finem, "quod Petrus per mare venit ad Christum, significantur quidem justi——"

In fronte codicis, "Istum librum fecit de novo ligari M. Johannes Burbach, sacre theologie professor."

CLVII.

Membranaceus, in folio majori, ff. 360, sec. xiv., binis columnis exaratus; "ex dono M. Johannis Wode, quondam archidiaconi Middlesexiæ."

Gul. Notyngham in evangelia commentum.

Incip. "Da michi;" ut in cod. præcedenti.

Desin. "que Dominus ipse promisit, Ipso adjuvante, Qui vivit et regnat in secula seculorum; Amen."

Sequitur tabula lectionum evangelicarum pro Dominicis et feriis per annum.

CLVIII.

Membranaceus, in folio majori, ff. 151, sec. xiv., binis columnis exaratus; manu Will. de Notyngham scriptus.

Raynaldi de Piperno, ord. præd. postillæ super S. Johannis evangelium.

Incip. in prol. "Vidi Dominum sedentem, etc. Verba preposita verba sunt contemplantis."

Incip. in text. "Evangelista Johannes sicut dictum est."

Desin. "et multiplicati sunt super numerum. Hec ergo sunt que frater Raynaldus de Piperno ord. prædicatorum a partibus quorundam sociorum et specialiter ad mandatum reverendi patris domini prepositi S. Adomari, post fratrem Thomam de Aquino, quasi qui colligit racemos post vindemiam, non diminute collegi;" etc. "Explicit super Johannem."

Sequitur notitia, "Expliciunt postillæ fratris Thome de Aquino, quibus quicumque usus fuerit, oret pro anima domini Hugonis de Notyngham in cujus expensis scripte sunt, et pro anima fratris Willelmi de eadem per cujus diligentiam sic sunt parate."

CLIX.

Codex membranaceus, in folio, ff. 250, sec. xiv., binis columnis exaratus; ex legato M. Joh. Raynham, S.T.P. et quondam coll. Mert. socii.

Anonymi cujusdam in Psalterium Davidicum commentarius.

Incip. in Ps. ii. "Dixit Insipiens; Titulus in finem intellectus David pro Amalec. Iste titulus alludit ystorie que habetur 1 Reg. xxx."

Desin. "vita vestra tunc et vos apparebitis cum Ipso in gloria, quam nobis Deus concedat."

In calce, "Hoc opus est scriptum. scriptor tenuit bene pactum."

In fol. i. verso notatur, "Istum librum fecit reparari magister Johannes Burbage sacre pagine professor."

CLX.

Membranaceus, in folio, ff. 129, sec. xiii. ineuntis, binis columnis nitide exaratus.

Hildegardis Spanheimensis Scivias, sive visionum simplicis hominis libri tres, prævia cuique parti capitulorum tabula.

Tit "Incipit liber Scivias simplicis hominis."

Exstant impress. Colon. 1628, et alibi.

In calce, "Finit tercia pars libri Hildegardis Scivias, id est, simplicis videntis; dicitur simplicis videntis, propter sexum infirmior est; Quod nunc dicitur propheta olim dicebatur videns, Scivias, visio veracium."

"Explicit liber Scivias simplicis hominis."

In margine fol. i. b. inferiori notatur, "Qui hunc librum transcribere voluerit rubricas in suis locis, id est, in capitulorum exordio dili-

genter conscribat, nam in hoc libro breviandi causa omissa fuerunt. Notandum etiam quasdam——"

CLXI.

Codex membranaceus, in folio, ff. **314**, sec. xiv., binis columnis exaratus; "ex dono M. Thome Balsall, quondam socii."

Roberti Holcot, ord. Præd. lectiones ccxiii. in librum Sapientiæ Salomonis, prævia tabula alphabetica.

Exstant impress. Venet. 1586, et alibi.

In initio et fine fragmenta sunt, de caritate, de oratione, etc. auctore ut videtur Anglo quodam, incip. "Nota quod omnis caritas, incipit a sententia Plus et debeo diligere."

CLXII.

Membranaceus, in folio majori, ff. **223**, sec. xv. ineuntis; binis columnis nitide exaratus.

Roberti Holcot lectiones super librum Sapientiæ Salomonis.

Exstant impress. Venet. 1586, et alibi.

Defic. in verbis lectionis penultimæ, "Non solum doctus scientia sed justus——"

CLXIII.

Membranaceus, in folio majori, ff. **391**, sec. xiv., binis columnis exaratus.

Nicolai de Lyra in Testamentum Vetus postillarum tomus prior, libros scilicet a Genesi ad Psalterium inclusive comprehendens.

In calce, "Explicit postilla super librum Psalmorum edita a fratre Nicolai de Lyra, de ordine fratrum minorum sacre theologie doctore, anno Domini millesimo ccc. vicesimo sexto."

CLXIV.

Membranaceus, in folio majori, ff. **335**, sec. xiv., binis columnis exaratus.

Nicolai de Lyra in Vetus Testamentum postillarum tomus alter, libros a Salomonis Proverbiis usque ad Maccabæorum lib. ii. includens.

In calce, "Explicit postilla super secundum librum Machabeorum."

CLXV.

Membranaceus, in folio majori, ff. **317**, sec. xiv., binis columnis exaratus.

Nicolai de Lyra in Testamentum Novum postillæ, ordine sequenti, scil. SS. Lucam, Johannem, Matthæum, Marcum, epistolas xiv. Paulinas, Actus Apostolorum, epistolas septem canonicas et Apocalypsin.

In calce, "Explicit postilla super Apocalypsin et super totam bibliam edita a fratre Nicholao de Lira, de ordine fratrum Minorum, sacre theologie doctore; Deo gratias."

CLXVI.

Codex membranaceus, in folio, ff. **327**, sec. xiv., binis columnis manu Will. de Nottingham exaratus; olim Tho. Tryllek, ep. Roffensis, postea coll. Mert. ex dono Will. Reed, ep. Cicestr.

Nicolai Gorrani, sive de Gorham, postillæ super Testamenti Veteris libros sequentes, scilicet, Pentateuchum, Josuæ, Judicum, Ruth, Regum quatuor, Paralipomenon duos, Esdræ, Neemiæ, Tobiæ, Judith, Hester, Job.

Incip. "Frater Ambrosius, etc. Hanc epistolam scribit beatus Ieronimus cuidam presbitero."

Desin. ult. "eternam feliciter pertingatur, ad quam nos perducat, Qui sine fine vivit et regnat; Amen."

In calce, "Quicumque habuerint solacium ex usu hujus voluminis rogent pro anima domini Hugonis de Notingham, in cujus expensis factum est, et etiam fratris Willelmi de eadem per cujus laboriosam diligenciam scriptum et collectum est."

In fronte codicis notantur a. "Liber Will. Reed, episcopi Cicestrensis, quem emit, a ven. patre Tho. Tryllek," etc. deinde memoratur donatio ejusdem per W. Reed ad coll. Merton, et denique, "Orare eciam dignemini pro Waltero Roberti scriba et notario dicti venerabilis patris, qui suprascriptos titulos et titulos aliorum 99 librorum per dictum patrem eidem domui datorum ad emendacionem librarie ejusdem inscripsit, et circa eosdem libros et alios quam plures per diversa collegia universit. Oxon. per ipsum ven. patrem distributos diligenter insudavit."

CLXVII.

Membranaceus, in folio majori, ff. **343**, sec.

xiv., binis columnis exaratus; ex legato M. Willelmi de Burnell.

Nicolai de Gorham super Davidis Psalterium postillarum liber.

Tit. post præf. "Incipit liber ymnorum vel soliloquiorum, prophete David de Christo."

Incip. in præf. "Laudationem Domini, etc. Loquens sapiens de Spiritu Sancto inspirante ad Deum."

Incip. in text. "Beatus vir; etc. Secundum glosam prohemialem totalis liber iste psalmorum."

Desin. "nec dormire poterit nec lassari ad quam patriam nos perducat," etc.

In calce, "Expliciunt postille super psalterium a fratre Nicholao de Gorra, Deo gratias."

CLXVIII.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 306, sec. xiv., binis columnis manu Will. de Nottingham exaratus; olim Tho. Tryllek, ep. Roff., postea coll. Mert. ex dono Will. Reed, ep. Cicestrensis.

Nicolai de Gorham super Psalterium postillæ.

Incipiunt et desinunt ut in codice modo memorato.

In calce, "Expliciunt postille fratris Nicholai de Gorham super psalterium, quibus quicumque usus fuerit roget pro anima domini Hugonis de Nottingham per quem quoad omnia exhibite sunt expense. Et eciam pro anima fratris Willelmi de eadem per cujus tediosam sollicitudinem, quia dum actu Oxonie regens erat, taliter erant scripte."

Præmittuntur notitiæ de possessoribus, et Waltero Roberti scriba et notario, ut supra e cod. 166 exscripsimus.

CLXIX.

Membranaceus, in folio, ff. 397, sec. xiv. exeuntis, binis columnis manu Will. de Nottingham exaratus.

Nicolai de Gorham super Veteris Testamenti libros varios postillæ; scilicet,

1. In Proverbia Salomonis. fol. 1.

Incip. "Videbam coram me, etc. Secundum Jeronimum super Ecclesiasten tribus nominibus vocatus est Salomon."

Deficit in verbis, "et ad finem debitum"——

2. In Ezechielem prophetam. fol. 25.

Incip. "De forti, etc. Ut dicit Gregorius Nazianzenus in Apolegetico suo."

Desin. "satietas est consummata, Cui sit laus," etc.

3. In Danielem prophetam. fol. 82.

Incip. "Verbum revelatum, etc. Sicut dicit Anselmus Monologion cap. 9."

Desin. "beati Dei sui ad quam patriam," etc.

4. In xii. prophetas minores. fol. 125 b.

Incip. "Duodecim prophetarum, etc. Ut testatur Gregorius Nazianzenus."

Desin. "separati eternaliter ululabunt."

In calce, "Expliciunt postille, gloria Deo."

5. In Maccabæorum libros duo. fol. 375 b.

Incip. "Tantummodo esto, etc. Hec auctoritas directa ad literam."

Desin. "scilicet ad captivitatem factam per Romanos."

In calce, "Expliciunt libri Machabeorum. In hoc volumine continetur expositio super Ezechielem, Danielem, xii. prophetas, sc. Osee," etc. "et super libros Machabeorum, quo qui usi sunt rogent pro anima D. Hugonis de Notingham, qui expensas in omnibus exhibuit circa scripturam, et etiam pro anima fratris Will. de eadem, per cujus laboriosam diligenciam erat scriptum."

CLXX.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 170, sec. xiv., binis columnis quoad partem secundam manu Will. de Nottingham exaratus; olim Tho. Tryllek, ep. Roff. postea coll. Mert. ex dono Gul. Reed, ep. Cicestr.

1. Nicolai Gorham Postillæ in S. Matthæi evangelium. fol. 2.

Exstant in edit. Antverp. 1617, p. 1.

Deficiunt in cap. xiiii. a verbis, "sed progressum ecclesie ad——"

2. Ejusdem Nicolai in S. Lucæ evangelium postillæ, cum introductione. fol. 52.

Exstant impress. ibid. p. 478.

In calce, "Expliciunt postillæ fratris Nicholai de Goram super Lucam, quibus qui usi sint rogent pro anima domini Hugonis

de Notingham qui in omnibus expensas exhibuit satis largas, et etiam pro anima fratris W. de eadem;" etc. ut supra.

CLXXI.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 262, sec. xiv., binis columnis manu Will. de Nottingham exaratus.

Nicolai Gorham super S. Pauli epistolas omnes postillæ, prævio argumento.

Exstant impress. Paris. 1521, et alibi.

In calce, "Expliciunt postille fratris Nicholai de Gohram super epistolas Pauli, quarum usum quicumque pro sui utilitate eciam ad tempus habuerit, roget pro anima dom. Hugonis de Notingham, qui in omnibus expensas exhibuit multum prompte, et eciam pro anima fratris Willelmi de eadem," etc. ut supra.

CLXXII.

Membranaceus, in folio majori, ff. 167, sec. xiv., binis columnis manu Will. de Nottingham exaratus.

1. Nicolai Gorham super epistolas septem canonicas postillæ. fol. 1.

Exstant sub nomine Thomæ Wallensis sæpius editæ et Antverp. 1620, p. 60.

In calce, "Expliciunt epistole canonice. Expliciunt postille fratris Nicholai de Gorham super epistolas canonicas."

2. Ejusdem super Apocalypsin commentarius, prævia introductione. fol. 52.

Incip. introd. "Cognovit Dominus; Dicitur Ezech. i. Ecce manus missa ad me in qua erat," in edit. Antverp. 1620, p. 178.

Incip. comment. "Apocalipsis; Principaliter dividitur in tres partes."

In calce, "Expliciunt postille fratris Nicholai de Gorham super Apocalipsym."

3. Johannis Russel, ordinis Minorum, lectura super Apocalypsin. fol. 106.

Incip. "Statuit septem piramides, etc. Accedens ad expositionem Apocalipsis."

In calce, "Explicit lectura fratris Johannis Russel de ordine fratrum minorum super Apocalipsim."

Deinde, "In hoc volumine continentur postille fratris Nicholai de Gorham super omnes epistolas canonicas et super Apocalipsim, lectura eciam fratris Johannis Russel super eundem librum, postille eciam communes super actus apostolorum, quo qui usi fuerint rogent pro anima dom. Hugonis de Notingham;" etc.

4. Nicolai de Gorham postillæ super Actus Apostolorum. fol. 144.

Incip. "Scribe visum, etc. His verbis primo notatur actor vel causa efficiens libum actuum;" ut in edit. cit. p. 1.

Desin. "et martirio coronatus."

In calce, "Expliciunt Actus Apostolorum."

CLXXIII.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 135, sec. xv., binis columnis manu Gosmer cujusdam nitide exaratus et quoad literas initiales pictus; ex dono magistri Ricardi Fitz James, S. T. P. nuper Cicestrensis episcopi et custodis istius collegii de Merton.

Venerabilis Bedæ Florum in S. Pauli epistolas ex S. Augustino decerptorum pars prima, commentarios scilicet amplectens in epistolam ad Romanos et ad Corinthios primam.

Exstant impress. inter opera, ed. Colon. 1612, tom. vi. col. 31.

In calce, "Explicit exposicio in epistola ad Corynthios prima; Quod Gosmer."

CLXXIV.

Membranaceus, in folio majori, ff. 185, sec. xv., binis columnis eadem manu ac præcedens codex scriptus et pictus; ex dono Ric. Fitz James, ut supra.

Venerabilis Bedæ Florum in S. Pauli epistolas ex S. Augustino decerptorum pars altera, scil. ad comment. in epist. ad Hebræos inclusive.

Exstant inter opera, tom. vi. col. 447.

CLXXV.

Membranaceus, in folio majori, ff. 319, sec. xv., binis columnis exaratus; ex dono magistri Henrici Sever, S. T. P. ac coll. Merton. custodis.

1. Venerabilis Bedæ opera varia, scilicet,

a. De tabernaculo et vasis ejus et vestibus sacerdotum libri tres. fol. 1.

Tit. "Incipit exposicio venerabilis Bede presbiteri de tabernaculo;" etc. ut supra.
Exstant impress. inter opera, ed. Colon. 1612, tom. iv. col. 838.

b. Epistola de sex ætatibus seculi ad Plegwinum. fol. 28.
Exstat in edit. Giles. tom. i. p. 144.
In calce, "Explicit epistola venerabilis Bede presbiteri ad Flegwinum de sex etatibus seculi."

c. Ad Nothelmum de ædificatione templi Salomonis libri duo. fol. 30.
In edit. Colon. tom. viii. col. 1.

d. In epistolas septem catholicas expositio. fol. 47.
Tit. i. "Incipit in epistolam Jacobi apostoli exposicio venerabilis Bede presbiteri."
Ibid. tom. v. col. 673.

e. In Actus Apostolorum expositio, prævia ad Accam præfatione. fol. 74 b.
Tit. "Incipit prefacio venerabilis Bede presbiteri in Actus Apostolorum missa Acce episcopo."
Ibid. tom. v. col. 625.

f. De locis sanctis, ordine alphabetico. ff. 85 b, 152 b.
Incip. "Acheldemac est ager sanguinis, qui usque hodie monstratur in Hely," ut ibid. tom. v. col. 666.

g. Homiliarum in lectiones evangelicas per totum annum libri duo. fol. 87 b.
Incip. i. "In illo tempore fuit Johannes, etc. Adventum dominice predicationis;" in edit. Giles. tom. v. p. 368.
Ad fol. 106 b. insertus est, "Sermo Leonis pape in die purificationis beati Marie et perpetue Virginis."
In calce, "Laus tibi sit Christe per quem liber explicit iste."
Sequitur exemplar aliud libelli de locis sanctis, sub titulo, "Liber de descriptione situs terre a beato Beda provinciarum, civitatum, insularum huic libro congruentium."

h. In librum Regum triginta quæstiones, prævia ad Nothelmum epistola. fol. 155.
Tit. "Incipit epistola Bede presbiteri ad Nothelmum de xxx. questionibus."
In edit. Colon. tom. iv. col. 333.

i. In evangelium S. Lucæ commentarius, prævia capitulorum tabula. fol. 161.
Ibid. tom. v. col. 217.
In calce, "Explicit B. super Lucam. 1417."

k. In Cantica Canticorum libri sex, præviis capitulis, libri Canticorum textu, et libro contra Julianum divinæ gratiæ repugnatorem. fol. 198 b.
Ibid. tom. iv. col. 714.
In calce sunt versus novem hexametri; incip. "Beda Dei famulus, nostri didascalus evi."

l. In parabolas Salomonis commentarius. f. 231 b.
Ibid. tom. iv. col. 634.
Sequitur iterum libellus de locis sanctis, "ut patet per sanctum Orosium libro suo 7 de Ormesta."

m. De ponderibus et mensuris libellus. fol. 255.
Incip. "Ponderum et mensurarum."
In calce, "Explicit Beda de ponderibus et mensuris."

2. Johannis Scharpæi opus de orationibus sanctorum, de suffragiis viatorum, et de pluralitate beneficiorum. fol. 257.
Incip. "Reverendi magistri et domini cum secundum seriem evangelii omnis plantacio."
Desin. "ad collacionem gracie et defunctis ad mitigacionem pene, etc."
In calce, "Explicit opus magistri Johannis Scharp."

3. Ejusdem Johannis tractatulus de potestate sacerdotii. fol. 270.
Incip. "Ad sacrificandum ut panem et vinum."
In calce, "Thouȝ thou were neuere so gret a theef thi modyr wold not se the hangyd."

4. Ejusdem de adoratione imaginum tractatulus. fol. 273 b.
Incip. "Numquid Domini nostri Jhesu Christi crucifixi."

5. Ejusdem de peregrinationibus liber. fol. 279 b.
Incip. "In materia peregrinacionis dicendum est; Licitum est hominibus peregrinari."

6. Dialogus inter Petrum Christianum et Moysem hæreticum de ligno crucis, etc. fol. 281 b.
Incip. "[Moyses.] Quid adhuc quasi in thesauro reservavi tibi quod cum apposuero."
In calce, "Iste Petrus primo fuit hereticus et vocabatur Moyses, postea cum factus

fuisset catholicus, vocabatur Petrus, et tunc fecit dialogum inter seipsum hereticum et seipsum catholicum quasi essent duo homines in materia heresis contendentes, quorum unus hereticus et alius catholicus Christianus; Deo gracias."

7. Ejusdem sive cujuscumque sit, expositio in S. Johannis evangelii principium; imperf. fol. 282.

Incip. "Secundum glossam quater in hac parte recitatur Hoc verbum erat."

Desin. abrupte in verbis, "necessarium Deus dimitteret atten—"

8. Bedæ super Actus Apostolorum Retractationum liber, cum prologo. fol. 311 b.

Tit. "Incipit prologus Retractationis in Actus Apostolorum."

CLXXVI.

Codex membranaceus, in folio, ff. 351, sec. xii., binis columnis bene exaratus; "ex dono M. Johannis Burbache, doct. in theol. et quondam socii;" etc.

1. Venerabilis Bedæ presbyteri homiliarum in lectiones evangelicas libri duo, præviis capitulorum tabulis. fol. 2.

Liber i. homilias viginti octo comprehendit, quarum prior est in istud, Fuit Johannes in deserto, etc. et incip. "Adventum Dominicæ," in ed. Giles. tom. v. p. 368, cujus præfationem consulat lector de isto Bedæ opere.

Ult. est in istud, 'Ante diem festum Paschæ,' ut inter opera, Colon. 1612, tom. vii. col. 287.

Ad fol. 48 b. insertus est sermo Leonis pape in die purificationis B. M. V. incip. 'Si subtiliter,' ut in cod. super. f. 106 b.

Liber alter xxiv. homilias includit, quarum prima est in istud, 'Vespere autem sabbati,' in edit. Colon. tom. vii. col. 1.

Ult. est in, 'Respondens unus de turba;' ibid. tom. vii. col. 85.

In calce,

"Laus tibi sit Christe, per Quem liber explicit iste."

2. Rabani Mauri in S. Matthæi lectiones varias evangelicas homiliæ quatuor. fol. 155.

Tit. "Incipiunt omelie viri venerabilis Rabani, numero quatuor."

Incip. i. in istud, 'Nisi abundaverit justicia vestra,' "Qui putant precepta veteris Testamenti."

In calce, "Expliciunt omelie venerabilis viri Rabani."

3. S. Johannis Chrysostomi in lectiones evangelicas S. Matt. homiliæ duæ. fol. 162.

Incip. i. in istud, 'Audientes Pharisæi quod silencium,' etc. "Convenerunt ut multitudine vincerent."

4. Origenis presbyteri homiliæ quinque. fol. 166.

Prima est in istud, 'Erant Joseph et Maria,' ut inter opera, ed. Bened. tom. iii. p. 950.

In calce,

"Alpha vocatur et ω, liber explicit, incipit in quo."

5. Bedæ commentariorum in S. Lucam libri sex, præviis capitulis, et Accæ epistola ad auctorem cum responsione. fol. 180.

Tit. "Incipiunt capitula in commentarium Bede venerabilis presbiteri supra evangelium Luce."

Exstant inter opera, tom. v. col. 217.

Sequitur notitia de cautione alicujus exposita in cista de Langton xv. die mensis Decembris anno Domini m.cccc.xxxiii."

CLXXVII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 193, sec. xii. binis columnis bene exaratus; ex legato M. Johannis Stavele.

1. Tabula homiliarum, quæ sequuntur. fol. 1 b.

2. Venerabilis Bedæ homiliarum hiemalium liber, numero xxv. fol. 3.

Tit. "Incipit liber omeliarum venerabilis Bede presbiteri."

Incip. i. in istud, 'Fuit Johannes in deserto, "Adventum dominice predicationis;" ut in codice superiori, fol. 2.

Ult. est in istud, 'Ante diem festum,' et incip. "Scripturus evangelista;" ut inter opera, tom. vii. col. 287.

In calce, "Explicit liber primus omeliarum venerabilis Bede presbiteri."

Post homiliam xiv. ad fol. 47 b. inserta est rubrica sequens, "Hic desunt tres omelie quia non fuerunt in exemplari, scilicet omelia xv. et xvi. et xvii. quarum capitula tantum habentur supra inter capitula reliqua ante principium libri omeliarum."

3. Ejusdem Bedæ homiliarium æstivalium liber, numero xxv., prævia tabula. fol. 74.
Incip. i. in istud, 'Vespere autem sabbati,' "Vigilias nobis," ut ibid. tom. vii. f. 1.
Ult. est in istud, 'In illo tempore exiit edictum,' et incip. "Audivimus ex lectione evangelica," ibid. tom. vii. col. 298.
In calce, "Explicit liber omeliarum venerabilis Bede presbiteri."

4. Eusebii Emeseni, sive Gallicani, ad monachos sermones octo. fol. 177 b.
Tit. "Incipiunt omelie Eusebii Emiseni ad monachos."
Incip. i. "Exortatur nos sermo divinus;" ut in edit. Lutet. 1547. fol. 94 b.
In calce, "Expliciunt omelie Eusebii Emiseni."
Præmittitur, "Iste liber est sorte sanctorum anno Domini m.ccc.lxxvii."

CLXXVIII.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 133, sec. xiv., binis columnis exaratus.

1. Venerabilis Bedæ in epistolas septem canonicas expositio, cum prologo. fol. 1.
Tit. "Incipit prologus venerabilis Bede presbiteri super septem canonicas epistolas."
Incip. prol. "Jacobus, Petrus, Johannes, Judas, septem epistolas ediderunt."
Exstat inter opera, tom. v. col. 673.

2. Haimonis, ep. Halberstadiensis, expositio super Apocalypsim, cum prologo. fol. 32.
Tit. "Incipit epithoma succinte expositionis super librum Apocalipsis."
Exstat impress. Colon. 1531.
In calce, "Explicit Haymo super Apocalipsim."
Sequitur summa contentorum libri Apocalypseos; et postea *manu altera* epistola de vii. vitiis et totidem virtutibus.

CLXXIX.

Membranaceus, in folio minori, ff. 158, anno 1449 manu W. Breton binis columnis exaratus; "ex dono MM. Robarti Aubrey et Robarti Feyld, ad incathenandum in libraria communi," etc. "ex procuratione M. Goodhew, socii ejusdem domus."

Hugonis Cardinalis, sive de S. Caro, in Apocalypsim commentarii.
Exstant inter opera, part. vi. fol. 333.
In calce, "Explicit Apocalipsis."
Deinde, "Scripta anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo nono; W. Breton."

CLXXX.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 189, secc. xii.—xiv.; ex legato M. Johannis Raynham, socii et S. T. P.

1. Venerabilis Bedæ in S. Marcum expositio, libris quatuor, cum præfatione et capitulorum tabula. fol. 3.
Tit. "Prologus domini Bede venerabilis presbiteri in expositionem evangelii Marci."
Exstat impress. inter opera, edit. Colon. 1612, tom. v. col. 91.
Præmittuntur S. Hieronymi prologus, aliaque de S. Marci vita.

2. S. Agathæ miraculum, versibus leoninis. fol. 97.
Incip.
"Spem velit ut celis . infigere quisque fidelis
Quid loquar excipiat . res hec celeberrima fiat."

3. Versus de tribus Mariis. fol. 97 b.
Incip. "Tres tribus Anna viris . peperit Judea Marias."
Sequuntur excerpta de vestibus albis, etc. ex SS. Patribus, et, in fine, ex Claudiano.

---

4. Auctoritates de S. Trinitate, de mendacio, perjurio, sacramentis, etc. anonymo collectore. fol. 99.
Titulus primus est, "De misterio Trinitatis et Unitatis."
Incip. "Hec itaque verba ac pia fide."
Desin. "atque a culpis abluimur."

---

5. Anonymi cujusdam de mysterio Dominicæ incarnationis tractatulus. fol. 147.
Incip. "Johannes confitetur se non esse dignum solvere coragiam calciamenti Dominici."

---

6. Arbor consanguinitatis et affinitatis cum glossula. fol. 148 b.
Sequuntur versus de Joachim, incip.

"Omnes sunt Joachim sed non omnes sibi juncti."

---

7. S. Anselmi, archiepiscopi Cantuariensis, sive cujuscumque sint, opuscula varia, scilicet,

a. Homilia in ascensionem Domini. fol. 150.
Incip. "Christum regem ascendentem in celum."

b. Homilia in istud, 'Estote misericordes.' fol. 150.
Incip. "Fratres carissimi, quia mundo quasi in peregrinatione."

c. Homilia in istud, 'Ascendens Jesus in altum.' fol. 150 b.
Incip. "Considerandum est nobis, fratres, quis ascenderit."

d. In istud, 'Ibat Ihesus in civitatem, quæ vocatur Nain.' fol. 151.
Incip. "Nain interpretatur commotio."

e. In istud, 'Fratres, humanum dico.' fol. 151 b.
Incip. "Quicumque in domo Dei constituitur."

f. Meditatio de terrore judicii. fol. 151 b.
Inter Anselmi opera, 1726, p. 207.

g. Oratio ad B. V. Mariam. fol. 152 b.
Ibid. p. 279.

h. Orationes duæ ad S. Johannem. fol. 153.
Ibid. pp. 290, *seq.*

i. Oratio ad S. Stephanum. fol. 154 b.
Ibid. p. 293.

k. Oratio ad S. Augustinum. fol. 155.
Incip. "Sancte et beate Augustine, quem tam opulenta benedictione virtutum."

l. Meditatio. fol. 155 b.
Incip. "Peccator homuncule, tu multum indigens."

m. Oratio ad S. Johannem. fol. 156 b.
In edit. cit. p. 287.

n. Oratio ad S. Petrum. fol. 157 b.
Ibid. p. 288.

o. Oratio ad S. Paulum. fol. 158.
Ibid. p. 298.

p. Homilia in istud, 'Dominus ipse veniet et salutabit.' fol. 159.
Incip. "In nativitate authoris leticie."

q. In istud, 'Dixit Jesus Petro, Sequere me.' fol. 160.
Incip. "Dominus Jesus salvator noster sapientia."

8. Alexandri cujusdam sermo in primo adventu, scolaribus Oxoniæ. fol. 161.
Incip. "Tu exurgens Domine misereberis Sion."

9. Sermo in circumcisione Domini. fol. 161 b.
Incip. "Post longam vatum seriem."

10. Sermo de nativitate Domini. fol. 162.
Incip. "In ortu vere leticie, in nativitate Illius, Qui est vera leticia."
Sequuntur sententiæ theologicæ, etc. incip. "Quatuor sunt naturales affectiones."

11. Tractatus de donis S. Spiritus. fol. 166.
Incip. "Quanto studio et amore Christo sponsam sibi amore."

---

12. S. Alexii vita. fol. 169.
Incip. "Alexius fuit filius Eufemiani," ut in Aur. Legend. fol. clviii.

13. S. Margaretæ vita. fol. 169 b.
Incip. "Margareta de civitate Antiochiæ;" ibid. fol. clvi. b.

14. S. Mariæ Magdalenæ vita. fol. 170.
Incip. "Maria interpretatur amarum mare;" ut ibid. fol. clix. b.

15. Sermo in festo S. Petri ad Vincula. fol. 172.
Incip. "Festum S. Petri apostoli quod ad Vincula dicitur;" ibid. fol. clxxx.

16. In exaltatione S. Crucis. fol. 173.
Ibid. fol. ccxxxvii. b.

17. In festo S. Matthæi. fol. 174.
Ibid. fol. ccxliii.

18. In festo S. Michaelis. fol. 175.
Ibid. fol. ccxlix. b.

19. In festo S. Simonis. fol. 177.
Ibid. fol. cclxxxi. b.

20. In festo S. Lucæ. fol. 178.
Ibid. fol. cclxxiv. b.

21. In festo S. Martini. fol. 179.
Ibid. fol. ccxcv.

22. In festo S. Leonardi. fol. 179 b.
Ibid. fol. cclxxii. b.

---

23. Narratio [an ex Jacobi de Vitriaco] de locis variis mirabilibusque Terræ Sanctæ; *Gallice.* fol. 180.
Incip. "Ly apostaille de Rome [*Innocent*

III.?] maunda au patriark de Jerusalem qil enqeist la verite."

---

24. [Thomæ Bradwardini?] Sermo epinicius ad mandatum Christianissimi ac propterea victoriosissimi principis domini Edwardi, Dei gratia, regis Angliæ et Franciæ in præsentia sua et optimatum suorum in Anglico primo dictus et postea ad præceptum patris domini Anibaldi, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalis episcopi Tusculani et apostolicæ sedis legati, translatus de Anglico in Latinum; "sed in Latino parumper ex causa diffusius prosecutus quam in Anglico dicebatur." fol. 183.

Incip. præf. "Deo gratias, qui semper triumphat, etc. Licet dominus noster rex habeat multos clericos."

Incip. serm. "Nos karissimi mos est in factis armorum."

Agit de bello [de Neville's Cross] apud Dunelmum cum Scotis 17 Oct. habito, etc.

CLXXXI.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 230, sec. xii., binis columnis nitide exaratus.

1. Bedæ in Salomonis Proverbia expositio, libris tribus. fol. 1.

Tit. "Incipit liber primus expositionis Bede presbiteri in parabolas Salmonis."

Exstat inter opera, tom. iv. col. 634.

2. S. Hieronymi presbyteri expositio in Ecclesiastem, cum prologo. fol. 54 b.

Tit. "Incipit prologus beati Ieronimi presbiteri in librum ecclesiastes Salomonis filii David regis Jerusalem."

Inter opera, ed. Vallars, tom. iii. col. 381.

In calce, "Explicit expositio sancti Jeronimi presbiteri in ecclesiastem Salomonis."

3. Alcuini expositio in eundem librum, cum præfatione ad Oniam et Candidum presbyteros. fol. 87 b.

Tit. "Incipit prefatio Albini ad Oniam et Candidum presbiteros et Nathanahelem diaconum."

Exstat inter opera, 1777, tom. i. 410.

In calce, "Explicit liber Albini super Ecclesiasten."

4. Origenis libri duo super Cantica Canticorum, prævia Hieronymi epistola ad Damasum papam. fol. 111 b.

Tit. "Incipit prologus beati Ieronimi presbiteri ad Damasum papam super Origenem in Canticis Canticorum."

Exstant impress. inter S. Hieronymi opera, ed. Vallars. tom. iii. col. 499.

In calce, "Explicit liber Origenis super Cantica Canticorum."

5. Libellus super Cantica Canticorum, qui vocatur Sigillum Mariæ, cum prologo. fol. 120 b.

Incip. prol. "Quia pondus diei et estus decrevi in vinea."

Incip. lib. "Discite vos mirari cur evangelium, Intravit Jhesus in quoddam castellum."

In calce, "Explicit Sigillum sancte Marie."

6. Bedæ super Cantica Canticorum libri septem. fol. 131 b.

Tit. "Incipit liber primus Bede presbiteri super Cantica Canticorum specialiter editus contra Julianum Pelagianum."

Exstant inter opera, tom. iv. col. 714.

In calce, "Explicit liber septimus venerabilis Bede presbiteri super Cantica Canticorum."

7. Vita S. Gregorii Papæ I. Magni, [auctore Paulo Diacono.] fol. 221.

Tit. "Incipit vita beati Gregorii pape."

Inter opera, tom. iv. col. 1.

In calce, "Explicit vita vel virtutes beati Gregorii."

CLXXXII.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 316, sec. xiii., binis columnis exaratus; "ex dono M. Johannis Burbache doctoris in theologia et quondam socii," etc.

Petri Lombardi collectanea in epistolas xiv. Paulinas ex Ambrosio, Hieronymo, Augustino, aliisque SS. Patribus confecta.

Exstant impress. Paris. 1535, et alibi.

CLXXXIII.

Membranaceus, in folio majori, ff. 207, sec. xiii. ineuntis, binis columnis optime exaratus et servatus.

Petri Lombardi in S. Pauli epistolas collectanea ex SS. Patribus collecta.

Exstant impress. Paris. 1535, et alibi.

CLXXXIV.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 259, sec. xiv., binis columnis exaratus.

Gulielmi Lyssy, sive Lissæi, ord. Minor., postillæ super Hieremiam, Baruch et Prophetas Minores; ut sequuntur,

1. In Hieremiam, cum prologo. fol. 1.

Incip. prol. "Direxit opera, etc. Verba ista scripta sunt Sap. x."

Incip. gloss. "Verba Jeremie, etc. Hic incipit liber Jeremie qui dividitur in duas partes."

Desin. "quod magis patet in hystoria."

In calce, "Expliciunt postillæ super Jeremiam prophetam."

2. In Lamentationes ejusdem. fol. 85.

Incip. "Quis dabit capiti, etc. In verbis istis scriptis Jeremiæ."

Desin. "orationes et lamentationes sive."

In calce, "Expliciunt postille super Trenos."

3. In Baruch. fol. 104.

Incip. prol. "Post lacrimacionem et fletum, etc. Verba ista scripta sunt Thobie iii. et satis competunt huic libro."

Desin. abrupte, "quod fuit inventum in loco David."

4. In prophetas xii. minores, cum prologo. f. 114.

Incip. prol. "Ossa xii. prophetarum, etc. Verba ista scripta sunt Eccl. xlix."

Incip. text. in Oseam, "Verba Domini, etc. Liber iste dividitur in duas partes, scilicet in titulum."

Desin. "paratum est ab origine mundi, ad quod nos perducat, etc."

In calce, "Expliciunt postille super prophetas fratris Willelmi de Lyssy."

In fine codicis sunt notitiæ de cautionibus variis Walteri Hert, expositis in cista antiqua universitatis A. D. 1446—1455.

In initio præmittitur, "Hoc volumen continet postillas super Ieremiam et duodecim minores prophetas et appreciatur in quinque marcis;" etc.

CLXXXV.

Membranaceus, in folio, ff. 240, sec. xiv., binis columnis exaratus.

Haymonis Halberstadiensis expositio in Isaiam prophetam, cum prologo.

Tit. "Incipit prefacio Hamonis super Ysaiam prophetam."

Exstat impress. in 8vo. Colon. 1531.

In calce, "Explicit Haymo super Ysaiam."

Sequitur notitia, hodie plurimum deleta, incip. "Iste liber pertinet," et desin. "regis H. vj. xi. precii ij. marcis."

CLXXXVI.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 226, sec. xv., binis columnis exaratus; "ex dono M. Henrici Sever, S. T. P. et custodis," etc. A. D. 1466.

1. Tabula fratris Jacobi Januensis S. T. P. ordinis fratrum prædicatorum super historias Bibliæ, ordine alphabetico. fol. 1.

Incip. "Abstinencia caro domatur unde, i. Cor. 9 scribitur, Castigo corpus meum."

Desin. cum voce, Zelus, "et eciam verbum Passio per totum, etc."

In calce, "Explicit tabula Januensis fratris ord. præd. et doctoris sacre theologie super sacram scripturam secundum ordinem alphabeti, cujus anime propicietur Deus omnipotens."

Sequitur tabula.

2. Roberti Holcot opus lectionis in librum Salomonis Sapientiæ abbreviatæ et ordine alphabetico dispositæ. fol. 112.

Incip. "Abrahe triplex est beneficium, videlicet preelacio, conversacio, propagacio."

Desin. "quoniam dissimilis est aliis vita illius."

Sequitur tabula.

CLXXXVII.

Membranaceus, in folio minori, ff. 290, sec. xv., binis columnis exaratus; ex dono M. Henrici Sever, S. T. P. et coll. Mert. custodis, A. D. 1466.

1. [Roberti Grostete,] episcopi Lincolniensis, liber de lingua in sex partes distinctus. fol. 2.

Tit. "Incipit Lincolniensis de lingua."

Incip. "Lingua congruit in duo opera nature in gustum scilicet et locucionem."

Desin. "quoniam regina celorum misericors est et mater misericordie."

In calce, "Explicit tractatus Lincolniensis de lingua."

Sequuntur,
a. Divisio cujusque partis operis supradicti. fol. 135 b.
b. Tabula capitulorum cujusque partis. f. 136 b.
c. Tabulæ duæ alphabeticæ. fol. 137.
In calce, " Explicit tabula tractatus Lincolniensis de lingua."

2. Nicolai de Lyra responsio ad Judæum "ex verbis evangelii secundum Matheum contra Christum nequiter arguentem anno Domini m.ccc.xxxiiij." fol. 146.
Incip. " Potens sit exhortari," ut in calce postillæ, ed. Lugd. 1529.

3. Ejusdem quæstio determinata, utrum per scripturas a Judæis receptas possit probari, mysterium Christi esse jam completum. f. 160 b.
Prodiit, cum Hieronymi libro de fide, Francof. 1601.
In calce, " Explicit questio determinata per fratrem Nicholaum de Lyra."

4. Ejusdem tractatus "de visione divine essentie ab animabus a corpore separatis." fol. 173 b.
Incip. " Qui elucidant me vitam eternam."
In calce, " Explicit tractatus doctoris precipui fratris Nicholai de Lyra de visione;" ut supra.

5. Ejusdem determinatio super prophetiam Isaiæ de privilegio virginali. fol. 184.
Incip. " Meditacio simplicis de fidei rimacione."

6. Alberti Magni liber de muliere forti. fol. 205 b.
Tit. " Incipit liber intitulatus de muliere forti."
Exstat inter opera, tom. xii. part. ult. p. 1.
In calce, " Explicit liber compilatus a domino Alberto Magno, episcopo Ratisponensi, ordinis fratrum predicatorum, intitulatus de muliere forti scriptus et finitus, anno Domini 1437."

---

7. S. Apuleii Medaurensis liber de Deo Socratis. fol. 286.

CLXXXVIII.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 246, sec. xiv., binis columnis nitide exaratus; "ex legato M. Joh. Raynham, S.T.P. et quondam socii."

1. Nicolai Triveth, seu Triveti, expositio in Leviticum, ex SS. Patribus variis confecta. f. 1 b.
Tit. " Incipit exposicio fratris Nicolai Trevett, de ordine predicatorum super Leviticum."
Incip. " Pone ternos circa montem; Exod. xix. Libri legis ut testatur glosa Esichii."
Desin. " et non capaces erant misterii Dei, cui est honor et gloria in secula seculorum; Amen."
Præmittuntur,
a. Aymerici, ord. præd. magistri, epistola ad auctorem; dat. Argentinæ, in cap. generali. fol. 1.
Incip. "Cum receptam gratiam debeamus."
b. Nicolai ad Aymericum epistola. fol. 1.
Incip. " Exposicionem librorum legis."

2. Ejusdem Compotus Hebræorum, annexis tabulis duabus. fol. 212 b.
Incip. " Expleta exposicione Levitici."
In calce, " Hoc opus est factum . scriptor tenuit bene pactum."

3. Ejusdem liber de officio missæ, in partes sex distinctus, cum prologo; prævia ad Johannem ep. Bathon. et Well. epistola. fol. 215 b.
Incip. epist. " Mundane machine fundamenta."
Incip. prol. " Fons sapientie verbum Dei."
Incip. lib. " Racio a qua nomen misse trahitur."
Desin. " procedere usque ad finem ad laudem," etc.
Præmittitur notitia de cautione Nicolai de Stenington.

CLXXXIX.

Codex membranaceus, in folio, ff. 210, sec. xv. binis columnis exaratus; " ex dono M. Ha. Haydok, incathenatus in libraria anno Domini m.cccc.lxviii."

Johannis Lathbury, sive Latteburii, Liber moralium in Threnos Hieremiæ, cum tabulis posthabitis alphabeticis.
Tit. " Lectura super Trenos Ieremie prophete."
Exstat impress. in fol. 1482.
In calce, " Explicit secundum alphabetum et sic totum opus est completum anno Domini millesimo cccc. sexto."
Titulus tabulæ sequentis est, " Tabula super

opus Trenorum compilata per Johannem Lat-thebury, fratrem minorum."

Præfixit bibliopegus cartarum aliquot fragmenta ad monasterium de Cerne spectantium.

CXC.

Codex membranaceus, in folio, ff. 115, sec. xv., binis columnis exaratus; olim Thomæ Tryllek, ep. Roff., postea coll. Mert. ex dono Will. Reed ep. Cicestr.

[Hugonis de S. Caro] in Apocalypsin commentarii sive postillæ, cum prologo.

Incipit prol. "Vidit Jacob in sompnis scalam; etc. Quatuor sunt cause hujus operis, scilicet efficiens, materialis."

Incip. postil. "Apocalipsis; Liber iste dividitur principaliter in duas partes;" ut inter opera, part. vi. fol. 334 b.

Sequitur tabula.

Præmisit manus recentior præfationem [Gilberti Pictaviensis] in Apocalypsim.

CXCI.

Membranaceus, in folio, ff. 284, sec xiii., binis columnis nitide exaratus.

Petri Canonici ecclesiæ S. Trinitatis London. Pantheologi pars prima, libris tredecim comprehensa.

Tit. "Prime partis Pantheologi liber primus de rationabilibus hic incipit."

Incip. "Deus in scriptura sacra tribus modis dicitur."

Desin. "non tantum vicia inferunt sed et bona simulant; Explicit."

Sequuntur tabulæ variæ cum explanationibus, quarum prima sic intitulatur et incipit, "Explanatio qualiter facillime invenienda sunt que queruntur in David, secundum novum modum, scilicet per literas alphabeti. Hec capitula hic secundum ordinem litterarum."

Præmittuntur,

a. Prologus ad Radulphum, archidiac. Colecestrie. fol. 1.

Incip. "Ego autem puto illum suo vivere commodo."

b. Prologus alter ad M. Henricum de Norhamtum. fol. 2.

Incip. "Vir desideriorum sollicitus agnoscere."

c. Capitulorum tabula. fol. 2 b.

CXCII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 163, sec. xiii., binis columnis nitide exaratus; ex dono "M. Johannis Gygur, nuper custodis istius collegii."

1. Petri Canonici Pantheologi pars secunda libris xiii. comprehensa, cum prologo ad Radulphum, archid. Colecestr. et tabula. fol. 2.

Tit. prol. "Incipit prologus in secundam et in terciam partem Pantheologi."

Incip. prol. "Solent inpositores inter pretiosa sub obscura luce."

Incip. lib. "Deus Creator omnium et Judex, unde Ecclesiastes."

Desin. "supra lib. ii. cap. v. in bone paragrapho secundo."

2. Ejusdem Petri Pantheologi pars tertia, libros tredecim complectens, prævia tabula. fol. 68.

Incip. "Dii aurei sunt sensus philosophici."

Desin. "libero arbitrio in nobis manende."

CXCIII.

Membranaceus, in 4to, ff. 332, sec. xv., binis columnis nitide exaratus.

Petri, prioris ecclesiæ Floreffiensis, ord. Præmonstrat. Expositio in Psalterium ex scriptis SS. Patrum collecta; prævia præfatione ad Johannem de Archel, ep. Leodiensem.

Incip. præf. "Pater karissime, quum rem quamlibet honestatis splendore."

Incip. lib. "*Augustinus;* Sciendum est inprimis quod liber iste apud Hebreos."

Desin. "*Collecta;* Fac nos, eterne salutis amator, per tuam graciam modulacionem premiorum spiritualem intelligere et intellectus humiliter obedire, ad laudem," etc.

Sequitur expositio super Cantica sacra, incip. "Confitebor tibi; etc. Iste est primus psalmus Canticorum."

Defic. in verbis, "ad destruendum Jerusalem, et per nuncios——"

CXCIV.

Membranaceus, in 4to, ff. 144, sec. xv., nitide scriptus.

Ricardi de Rosis summa dictaminis epistolarum sub titulis xxxiiii. comprehensa, cum prologo et tabula titulorum capitulorumque.

Tit. "Incipit summa dictaminis composita per quendam magistrum Ricardum de Rosis, clericum;" etc.

Incip. prol. "Noviciorum studia januam sibi cupiencium aperire."

Incip. lib. "Incipiunt epistole summe predicte compilate sub xxxiiij. titulis."

Incip. "Amicus amicum redarguit, etc. Videt qualiter homini rerum temporalium."

Desin. "gratia Sancti Spiritus infundatur."

In calce,

"Finito libro sit laus et gratia Christo."

CXCV.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 67, sec. xv.; ex dono M. Roberti Wyght, anno Domini m.cccc.lxviij.

Jacobi de Tarenio, sive Theramo, archidiaconi Adversani et canonici Aprutinensis, Compendium, quod dicitur Consolatio peccatorum, cum prologo.

Incipit prologus, "Adaperiet Dominus cor vestrum."

Incip. lib. "Postquam per esum ligni duplicem mortis habuimus dampnacionem."

Desin. "per palmam victorie, per quam Ille cujus est regnum omnium seculorum," etc.

Sequitur epilogus incip. "Letetur querencium Dominum, quia Ipse tanquam sponsus;" et postea, "Datum Averse prope Neapolyn die penult. mensis Octobris quarta indictione anno Domini millesimo ccc. nonagesimo quarto pontificatus sanctissimi in Christi patris et domini etc. Bonifacii sacrosancte de universalis ecclesie pape noni, pontif. ejus anno quarto et etatis mee anno 33 que etas in homine peccatrix semper habetur et peccatorum plena, licet Deus peccanti in eadem etate et penitenti libentissime parcat;" etc.

CXCVI.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 105, sec. xiv. exeuntis; olim Hamundi Haydok, incaute scriptus et compactus.

Thomæ Walleys, sive Guallensis, ord. prædicatorum, in varios SS. libros commentarii; scilicet,

1. In libros Numerorum, Deuteronomii, Isaiæ prophetæ et Exodum. fol. 3 b.

Incip. "Si volumus inter filios Israel numerari."

In calce, "Explicit opus fratris Thome Waleys de ordine predicatorum super Exodum."

2. In Leviticum; imperf. fol. 76.

Incip. "Masculum et immaculatum; Solus Christus erat masculus."

In calce, "Explicit opus fratris Thome Waleys super Leviticum."

3. In Josuam. fol. 85.

Incip. "Transi Jordanem; Volentibus terram promissionis ingredi."

Id calce, "Explicit super librum Josue."

4. In librum Judicum. fol. 94.

Incip. "Post mortem Josue; Illi utuntur in assumendo."

In calce, "Explicit opus Waleys super librum Judicum feliciter."

5. In librum Ruth. fol. 101 b.

Incip. "Amaritudine replevit me; Electi filii Dei."

In calce, "Explicit opus fratris Thome Waleys super librum Ruth."

Omnia supradicta exstant in cod. Nov. Coll. xxx.

Præmittitur codici tabula bestiarii, sive libri de naturis animalium et moralitatum.

CXCVII.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 194, sec. xiv.; "ex dono ven. patris domini Willelmi [Reed] tercii, episcopi Cicestrensis."

1. Tabulæ alphabeticæ super Testamentum Novum, ordine sequenti, Epistolas Paulinas, Actus Apostolorum, Evangelia, Apocalypsin et Epistolas Canonicas. fol. 1.

Incip. "Abba; Abba idem est quod pater et quare simul."

2. Tabula alphabetica super libros Salomonis. fol. 73.

Incip. "Accidia; Accidia Accidiosi est velle regnare."

3. Tabulæ capitulorum, etc. super plura S. Augustini opera. fol. 89.

Incip. "Intencio Augustini in libro primo de Trinitate; In primo de Trinitate facit prælocutionem."

4. Tituli S. Augustini sententiarum a Prospero collectarum. fol. 187.

Tit. "Liber Augustini qui intitulatur liber sententiarum Prosperi et particulatim et per clausulas, ex diversis ejus operibus excerptus, sicut mihi videtur et sunt in eo tituli subscripti."

Inter opera tom. x. col. 223.

5. Tituli S. Chrysostomi sermonis, Quod nemo læditur nisi a seipso. fol. 193 b.

CXCVIII.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 109, sec. xv. ineuntis.

1. Determinatio magistri Willelmi Wydford, sive Wodefordi, de ordine fratrum minorum Oxon. contra Wyclyff in materia de religione. fol. 1.

Incip. "Utrum motiva ponentis communem religionem esse."

Desin. "de illius radicis enarracione. Ista sunt dicta et tantum de determinacione prima magistri Willelmi Wodfford contra Wyclyff."

In calce, "Explicit determinacio prima in materia de religione Oxonie."

2. Ejusdem tractatus de sacerdotio Novi Testamenti. fol. 14.

Incip. "Utrum sacerdotium Novi Testamenti, quod in Melchisedech exstitit."

3. Ejusdem "opus compilatum contra quasdam conclusiones ab eodem extractas in libro, qui intitulatur, Trialogus M. Joh. Wyclyf, qui utinam liber damnatus est a D. Thoma, Cantuariensi archiepiscopo, anno Domini 1396 in capitulo cathedrali eccl. S. Pauli London. præsentibus episcopis, prælatis ac clero regni Angliæ." fol. 38.

Exstat impress. in Fasciculo Rer. Expetend. Colon. 1535, p. 96.

In calce, "Explicit tractatus magistri Will. Wydford, fratris de ordine minorum, contra magistrum Johannem Wyclyf."

CXCIX.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 123, sec. xv.; manu Brown cujusdam scriptus.

Nicolai Boneti theologia naturalis in libros septem distincta, cum prologo.

Incip. prol. "Motor immobilis; Primus cum de numero studentium."

Incip. lib. "Primum autem in hac natura theologia naturali."

Desin. "et eo frui in eternum; Amen."

Sequitur tabula, et in calce, "Amen, quod Brown," et deinde, "Explicit theologia naturalis magistri Nicolai Boneti, ordinis fratrum minorum, scripta et finita."

CC.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 319, sec. xiv., nitide exaratus; olim Thomæ Burstal, postea Johannis Brokholes et deinde coll. Merton. ex dono Henrici Garstang.

Vocabularium biblicum, sive dictionarium nominum theologicorum quæ habentur sub sensu æquivoco; ordine alphabetico, cum tabulis vocum.

Incip. "Angelus quandoque dicitur filius Dei, unde Ysaias."

Desin. sub voce Zona, "Mortificatione membris roboratus."

Præcedit notitia, "Orate pro anima Thome Burstal, capellani, qui dedit istum librum Jhoanni Brokholes, capellano, qui Johannes dedit Henrico Gairstang, et idem Henricus dedit collegio Merton in Oxonia ad orandum pro anima magistri Ric. le Schrop, nuper Ebor. archiepiscopi, et pro animabus supradictorum."

CCI.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 192, sec. xv., ex dono M. Johannis Hanham, coll. Mert. socii.

1. Francisci de Mayronibus, ord. min. Moralia, sive liber de virtutibus moralibus, intellectualibus, cardinalibus et theologicis, etc. in partes septem distributus. fol. 6.

Pars prima, quæ in articulos xiii. distinguitur, incip. "Auditu auris; etc. Quia vero audicio divina."

Desin. pars ult. quæ agit de voluntario et articulos octo comprehendit, "non crucifigere Dominum nostrum Ihesum Christum, cui est honor;" etc.

In calce, "Expliciunt moralia Francisci de Maronis."

2. Ejusdem quæstio, 'Utrum terreno principi sit necessaria peritia literarum.' fol. 72.
   Incip. "Quod non, quia Saul electus fuit."
3. Ejusdem quæstiones septem de virtute heroica et de passionibus. fol. 74 b.
   Incip. i. "Utrum in Deo sit fortiata virtus heroyca; Quod non a quo reinduetur."
   In calce, "Expliciunt octo morales questiones Francisci de Meronis."
4. Ejusdem tractatus de Indulgentiis. fol. 94.
   Incip. "Quodcumque ligaveris super terram, etc. Duos fratres ultimos esse futuros in fine seculi."
   In calce, "Explicit sermo doctoris Francisci de Maronis de indulgenciis in presentia Domini pape et cardinalium."
5. Jordani [de Quedlingborg?] Liber in passionem Dominicam, in partes septem distinctus. fol. 106 b.
   Incip. "Aspice et fac secundum exemplar; etc. Etsi Christus ubique in scriptura."
   In calce, "Explicit expositio dominice passionis secundum Jordanem cum suis theoremmatibus et exemplaribus documentis ad honorem ejusdem Domini nostri Jhesu Christi, Qui pro nobis passus, mortuus, et sepultus, resurrexit, vivit et regnat;" etc.
6. Tractatus commendativus Sacræ Scripturæ. ff. 179—192, 1.
   Incip. "Stude Sapientie; Prov. 27. Omnem hominem primo generatur."
   In fol. 5 b, "Liber collegii de Merton in Oxon. ex dono Magistri Johannis Hanham, quondam socii ejusdem, cujus usus habeatur secundum discrecionem custodis."

CCII.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 88, sec. xiii. exeuntis.

1. Bonaventuræ Cardinalis Opus in Flecto genua mea, sive Breviloquium. fol. 2.
   Incip. "Magnus doctor gentium et predicator veritatis," ut inter opera, tom. vi. p. 5.
2. Ejusdem sive cujuscumque sit compilatio de articulis fidei, septem petitionibus, etc. fol. 50.
   Incip. "Ad instructionem juniorum, quibus non vacat opusculorum."
   In calce, Virtutum definitiones aliquot, et deinde, versus prophetici, incip. "Gallorum levitas Germanos justificabit."

CCIII. A

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 284, sec. xiv., exceptis foliis aliquot in initio et fine a manu recentiori suppletis, "ex dono M. Henrici Sever, S. T. P. ac custodis," etc. A. D. m.cccc.lxviij.

[Hugonis de S. Caro] Postillæ super S. Lucæ Evangelium prol.

Incip. "Vidi et ecce quatuor; etc. Hanc visionem revelavit Dominus Zacharie," ut inter opera, part. v. fol. 115 b.

CCIII. B

Chartaceus, in 4to minori, ff. 133, sec. xv.

Hirmologii, ut videtur, fragmentum, sive Hymnorum odarumque, qui decantari solent in ecclesia in festis diebus et Dominicis per annum; *Græce.*

Incip. in verbis, *–ζου δε γῇ δτη θυγάτηρ,* [*sic*]
Desin. *τὴν εὐσέβαστον μνήμην σου.*

CCIV.

Membranaceus, in folio majori, ff. 209, sec. xv., binis columnis manu Joh. Gisburgh capellani exaratus.

1. Liber qui dicitur Speculum vitæ humanæ, auctore anonymo, in partes quinque distributus, prævia capitulorum tabula. fol. 2.
   Præmittitur tabulæ, "Ad laudem et gloriam D. N. Jesus Christi ac perpetue gloriose Virginis Marie matris ejus inceptus et scriptus est liber iste qui intitulatur, Speculum humane vite, anno Domini millesimo ccccº. quadragesimo sexto ad utilitatem legencium, videlicet incipiencium, proficiencium et profectorum, qui quidem liber dividitur in quinque partes, in quarum principio docetur per capitula, quid in eis continetur."
   Tit. i. "Hic incipit prima pars hujus libri, qui dicitur speculum conversorum."
   Incip. "Fili ait scriptura accedens ad servitutem Dei."
   Desin. "in itinere securitas et in pervencione felicitas, Restante Domino nostro," etc.

In calce, "Et sic finitur totus liber, qui dicitur Speculum vite humane, scriptus atque completus per manum domini Johannis Gisburgh, capellani, penultimo die Januarii anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo nono."

2. Tractatulus docens hominem noscere seipsum et timere Deum. fol. 179.
Incip. "Primo studeat quisque quam potest se."

3. S. Augustini Admonitio ad populum suum. fol. 181.
Incip. "Rogo vos fratres karissimi quotiens ad ecclesiam Dei."

4. Quædam devota meditatio ejusdem ad Patrem et Filium et Spiritum Sanctum. fol. 182 b.
Incip. "Domine Deus meus da cordi meo te desiderare."

5. Declamationes Senecæ, cum suis moralibus. fol. 186. b.
Incip. "Prima declamatio de Christo et mundo vel de anima et corpore narrat Seneca."

6. Liber de arte moriendi. fol. 197.
Incip. "Cum de presentis exilii miseria."
In calce, "Explicit liber de arte moriendi."

7. Alia doctrina sive exemplum de morituris. fol. 203.
Incip. "Fuit quidam papa, qui dum ad extrema venisset."
Sequitur meditatio mortis, incip. "Mors est eterna sompnus dissolucio."

8. Scientia utilissima homini, quæ est scire mori, et qualiter moriendum sit, ex Horologio divinæ Sapientiæ. fol. 204 b.
Incip. "Scire autem mori est paratum habere cor."
In calce, "Explicit extractio medullita libri autentici, qui vocatur orilogium divine sapientie."

9. Oratio metrica M. Ricardi Castre, quam ipse composuit. fol. 208.
Incip.
"Jhesu Lorde that madest me,
And with thi blessed blod has me boȝt."

10. Psalterium fraternæ caritatis; *vers. Anglic.* fol. 209.
Incip. "Jesu for hem I the beseche."
In calce, "Ther beth girdils of saint Rose, which lith hole to this day at Vitarbe and enport special remedy both for wemen laboryng in childe and also agenst the feueres if ye pacient be girde with oon of hem."
"J. Gisburgh."

CCV.

Codex membranaceus, in folio majori, **ff. 165**, sec. xiv., binis columnis exaratus.

Anonymi cujusdam postillatoris commentariorum compilatio in Bibliam universam, ex SS. Patrum operibus confecta.

Incip. "In principio, etc. Hoc exponit beatus Augustinus, anagogice quantum ad hoc."

Desin. "Nisi dicitur, ut qui jam in corde vocem sui amoris acceperis etc. Veni Domine Jhesu."

In calce,
"Finito libro sit laus et gloria Christo."

Citantur Damascenus, Beda, Hugo, Hieronymus, Gregorius, Augustinus, Rabanus, aliique.

CCVI.

Membranaceus, in folio majori, **ff. 261**, sec. xiv., binis columnis exaratus.

Bibliorum vulgatorum volumen primum, Libros scilicet, a Genesi ad Psalterium inclusive comprehendens, cum S. Hieronymi prologis, et glossa [Hugonis de S. Caro] marginali perpetuo instructum.

Incip. gloss. "Principium verborum tuorum veritas Deus, pater immo et operum," ut inter opera, part. i. fol. 1.

Desin. "tandem ad vitam glorificati intremus ubi omnis spiritus laudet Dominum. Amen."

Sequuntur,

a. Interpretationes nominum Hebraicorum, secundum Remigium Autissiodorensem. f. 231.
b. Lexicon nominum Latinorum, quæ in Bibliis vulgatis occurrunt. fol. 255.

CCVII.

Membranaceus, in folio majori, **ff. 392**, sec. xiv., binis columnis exaratus.

Bibliorum Sacrorum volumen alter, includens,

1. Veteris Testamenti libros a Parabolis Salomonis ad Maccabæorum librum II. inclusive; S. Hieronymi prologis et [Hugonis de S. Caro] glossa marginali instructos. fol. 1.

Incip. gloss. "Hominis status triplex, inchoationis, profectus, et perfectionis."

Desin. "usque scilicet ad captivitatem factam per Romanos."

2. Testamentum Novum, cum argumentis et [ejusdem Hugonis] glossa itidem illustratum. fol. 230.

Incip. gloss. "Quatuor circulos aureos pones super quatuor arche angulos."

Incip. gloss. in text. S. Matt. "In prima parte hujus libri describit Matheus humanam generationem Christi."

Deficit in gloss. lib. Revel. cap. xx. "Cæreum quia empyreum stabit, sicut dicit glossa."

CCVIII.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 255, sec. xiii., binis columnis exaratus; "olim Will. Reed, ep. Cicestr. quem emit a D. Thoma Trillek, ep. Roffen." postea coll. Merton. "in communi libraria ejusdem," etc. "cathenandus ex dono ven. patris D. Will. tercii episcopi Cicestrie."

Psalterium Davidis, cum prologis glossaque perpetua ex Augustino, Cassiodorio, aliisque SS. Patribus collecta.

Præmittuntur,

a. Tabula Psalmorum omnium, initium cujusque et argumentum exhibens. fol. 2.

b. Oratio Eusebii Toletanæ sedis episcopi, versibus expressa. fol. 7.

Incip.

"Rex Deus immense quo constat machina mundi,
Quod miser imploro per Christum perfice mitis."

c. Origo prophetæ David, aliaque S. Hieronymi prolegomena. fol. 7.

d. Damasi versus xxvii. heroici in Psalterium. fol. 7 b.

Incip.

"Psallere qui docuit dulci modulamine sanctis."

e. Alia Prolegomena. fol. 7 b.

Incip. "Liber psalmorum quanquam uno concludatur volumine."

f. Prologus in Psalterium ex Patribus confectus. fol. 10.

Præcedit distichon,

"Ex punctis, quid, ubi, quantum, quis dixerit auctor,
Lector habe vigili singula mente notans."

Incip. "Cum omnes prophetas S. Spiritus."

Sequitur titulus libri, "Incipit liber hymnorum vel soliloquiorum prophete de Christo."

Incip. gloss. "Beatus vir; Cui omnia succedunt; *vir*, scil. contra prospera et adversa firmus; *qui non abiit*, a Deo in regione dissimilitudinis, id est, cogitatione non peccavit."

Desin. "et judicium cantabo tibi Domine, vite eterne vox est, Omnis spiritus laudet Dominum."

Sequuntur Hymni et Symbolum Athanasianum cum glossa.

Incip. "Confitebor tibi; Prophetaverat Ysaias, quod Deus percuteret flumen."

Desin. "Hecce est fides catholica; et si ita non credideris salvus esse non poteris."

In fol. i. verso, "Istum librum fecit reparari M. Joh. Burbage sacre pagine professor," et in margine sequenti superiori, "Liber domus scolarium domus de Merton halle in Oxon ex dono M. Johannis Burbache doct. in theologia," etc.

CCIX.

Codex membranaceus, in folio, ff. 283, sec. xiv., nitide exaratus.

Prophetarum quatuor Majorum Libri, S. Hieronymi prologis glossaque ordinaria et interlineari instructi.

Tit. i. "Incipit prologus beati Ieronimi presbiteri in Ysaiam prophetam."

Ordinem habent sequentem, Isaiæ prophetia, Danielis, Jeremiæ, Jeremiæ Lamentationes, Ezechielis.

In calce, "Explicit liber Ezechielis prophete."

Sequuntur Cautiones duæ M. Tho. Gawge expositæ in cistis Chycheley et Reede, annis 1445 et 1449.

CCX.

Membranaceus, in folio, ff. 92, sec. xiv, bene exaratus, ex dono Ric. Fitz-James, ep. Dunelm. et coll. Mert. custodis.

Prophetæ duodecim minores, S. Hieronymi prologis et glossa ordinaria et interlineari instructi.

In calce, "Liber M. Ricardi Fitz James sacre theologie professoris, emptus per eun-

dem ultimo die Januarii anno Christi 1481; Precii vj.s. viij.[d]."

In fronte codicis, "Librum istum dedit ad communem utilitatem omnium in hac sacra bibliotheca studentium Ricardus Fitz James, S. T. minimus professor, et nuper custos istius collegii;" etc.

CCXI.

Codex membranaceus, in folio, ff. 139, sec. xiv., olim liber Hugonis de Staunton, emptus de Willelmo Horn.

SS. Lucæ et Johannis Evangelia, S. Hieronymi prologis et glossa ordinaria instructa.

Præmittitur notitia, "Magister Nicholaus de Velleio recepit xx. solidos super librum istum in die S. Benedicti."

CCXII.

Membranaceus, in folio, ff. 151, sec. xiii. exeuntis, binis columnis nitide exaratus; "ex dono M. Henrici Sever, S. P. P." etc. 1468.

Glossa super quatuor Evangelia, inter se collata, collecta et excerpta cum labore super unum ex quatuor [S. Johannis scilicet] per Petrum, Cantorem Parisiensem, cum tabula in distinctiones xcviii. distributa præmissa.

Incip. "In principio erat; Quatuor facies uni erant, sicut Trinitas personarum Unitati divine."

Desin. "post Jhesum representat ecclesia dominicis diebus, Cetera require in fine historiarum."

In calce, "Expliciunt glose iiii. evangeliorum collecte et excepte cum labore super unum ex quatuor, in quibus punctus super punctum positus in litera vel hec figura ɱ. nota est verborum magistralium; punctus vero juxta punctum positus vel hec figura G. nota est verborum et auctoritatum sanctorum; figura vero 'ɱ̄' litere Grece in margine posite nota est glosarum que faciunt contrarietatem sibi vel textui, vel questionem vel solutionem alicujus vel moralitatem exprimunt vel pungunt et affectus movent vel que supervacanee sunt. Explicit glosa super unum ex quatuor secundum P. cantorem Parisiensem."

Sequitur manu recentiori, "Liber collatus M. Thome Chace ad terminum vite sue per executores M. Thome Leyntwardyn ad orandum specialiter pro anima ejusdem et animabus parentum suorum et dom. Roberti Braybrok et omnium aliorum benefactorum suorum pro quibus ipse tenebatur orare, sub condicione tamen quod dictus M. Thomas Chace post decessum suum relinquet istum librum alteri sacerdoti materiem predicabilem amplectenti; et ipse sacerdos sub eadem condicione relinquet eundem librum tercio sacerdoti, et sic de uno sacerdote ad alium, quamdiu duraverit iste liber, condicione predicta semper servata."

Deinde, manu H. Sever, "non obstante scriptura precedente inventus erat iste liber vendendus London. in Pater Noster Rewe quem emit Henricus Sever."

Præmittuntur tabulæ duæ alphabeticæ; *manu recentiori*.

CCXIII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 254, sec. xiv. ineuntis, optime exaratus; "ex dono D. Ricardi Fitz-James nuper Cicestrensis episcopi et coll. Mert. custodis."

Evangelia quatuor, S. Hieronymi prologis et glossa ordinaria instructa.

Præmittitur notitia, "Liber M. Ricardi Fitzjames sacre theologie professoris emptus per eundem xvi. die Februarii anno Christi m.cccc.lxxxiiij.; precii xxvij. s."

CCXIV.

Membranaceus, in folio, ff. 300, sec. xiv., binis columnis manu Mitton cujusdam exaratus; "ex dono M. Roberti Elyott."

[Gulielmi Alverni,] doctoris Parisiensis, Sermones super Evangelia Dominicales, numero ccxxv., secundum usum Sarum dispositi, cum tabula subjuncta.

Tit. i. "Dominica prima adventus Domini sermo primus."

Incip. "Hora jam est; Hoc tempus dicitur tempus adventus quia cantus ecclesie sunt de adventibus Christi."

Desin. "in medio quadragesime, bis enim legitur in anno etc. quod Mitton."

In calce, "Expliciunt sermones de evangeliis dominicalibus secundum usum Sarum per annum per doctorem Parisiensem compilati."

CCXV.

Codex membranaceus, in folio, ff. 238, sec. xiv. exeuntis, binis columnis exaratus.

1. Revelationes cælestes S. Brigittæ, Nericiæ principissæ factæ, cum prologo, libris septem comprehensæ. fol. 2.

Tit. "Incipit prologus in libris celestibus revelacionum Dei beate Brigide principisse Nericie de regno Suecie divinitus revelatus."

Exstant impress. Antv. 1611, et alibi.

In calce, "Explicit ultimus liber celestis revelacionum Dei domine Brigide principisse Nericie de regno Suecie divinitus revelatus; etc."

2. Epistola solitarii cujusdam ad reges, in qua reprehenduntur illi qui ex abrupto et nullo examine precedente approbant aut reprobant personas se asserentes habere visiones et revelationes divinas. fol. 213.

Incip. "O serenissimi reges et utinam veri reges."

In calce, "Explicit epistola solitarii ad reges, etc."

3. Officium S. Brigittæ, cui titulus, sermo angelicus de excellentia B. M. Virginis, quem ipse angelus dictavit beate Brigide ex precepto Dei, et ipsa ex eodem precepto devote conscripsit, cum prologo. fol. 221.

Incip. prol. "Cum beata Brigida."

Incip. sermo, "Verbum de quo evangelista Johannes."

In calce, "Explicit sermo angelicus beate Brigide per angelum divinitus dictatus in urbe Roma."

4. Orationes quatuor S. Brigittæ divinitus revelatæ. fol. 234.

Exstant impress. sine loco vel anno.

In calce, "Expliciunt orationes beate Brigide principisse Nericie de regno Suecie divinitus revelate; Amen."

5. Quædam notabilia de vita et obitu "beate Brigide principisse Nericie de regno Swecie." fol. 238.

Incip. "Matrona hec venerabilis."

CCXVI.

Membranaceus, in folio, ff. 229, sec. xiv., binis columnis exaratus; olim Will. Reed, præpositi Wynghamensis, postea ep. Cicestr. ex dono rev. M. Nicolai de Sandwico; postea coll. Mert. ex dono Gulielmi supradicti.

1. Simeonis Burneston, sive Boraston, sermones de epistolis et evangeliis Dominicalibus totius anni, prævia tabula. fol. 2.

Incip. i. "Hora est jam nos de sompno, etc. His volentibus transire mare precipue est necessarium considerare horam."

Post Dominic. ult. post Trinitatem sequuntur sermones alii pauci de dedicatione ecclesiæ, in synodo sacerdotum, de pace, etc.

2. Ejusdem Simeonis opus alphabeticum de vocabulis prædicabilibus cum concordantia auctoritatum quorundam doctorum, prævia tabula. fol. 45.

Incip. "Abjicere secundum auctorem de natura rerum, Columba propter calorem."

Desin. sub voce, Zelus, "Zelus justitie remissio, pietas vult videri."

3. Roberti Grostete, episcopi Lincolniensis, liber de oculo morali. fol. 203.

Tit. *man. sec.* "Tractatus de oculo secundum Robertum Lync. ut dicitur."

Incip. præf. "Si diligenter voluerimus in lege Domini meditari."

Incip. cap. i. "Sciendum igitur quod potest elici ex summa Constantini."

Desin. "et illic eriguntur; ad illud regnum nos perducat, Qui sine fine vivit et regnat; Amen."

In calce, "Explicit tractatus de oculo morali."

In fronte codicis inveniuntur notitiæ de codicis possessoribus ut supra.

CCXVII.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 482, sec. xiv.; binis columnis exaratus.

Anonymi cujusdam opus, quod dicitur, "Speculum prelatorum ac religiosorum et parochialium sacerdotum," in partes tres distinctum; cum prologo.

Incip. prol. "Ut summe Trinitati et tote curie."

Incip. pars i. "Fides catholica est substantia rerum sperandarum."

Deficit pars ii. a cap. de Simonia ad finem.

Desin. pars tertia, "sicut quod comeditur, conteritur et devoratur."

In calce, "Explicit speculum prelatorum."

Sequuntur,

a. Tabula summæ alphabetica, prævio prologo, incip. "Hec summa ad honorem S. Trinitatis." fol. 441.

In calce, epilogus, incip. "Finem desideriorum omnium."

b. Tabulæ aliæ duæ, ordine alphabetico; *manu recentiori*. fol. 448.

CCXVIII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 209, sec. xiv., binis columnis exaratus; "ex dono Ricardi Fitz-James, nuper Cicest. episcopi et coll. Merton. custodis."

Claudii Galeni opera varia, Latine reddita; scilicet,

1. De elementis secundum Hippocratem, [interprete Nicolao Leoniceno]. fol. 2.

Tit. "Incipit liber Galieni de secundum Ypocratem elementis."

Incip. "Quoniam elementum minima est particula ejus;" ut in edit. Junt. 1556, tom. i. part. ii. p. 2.

In calce, "Explicit liber Galieni de secundum Ypocratem elementis.

2. De complexionibus liber in tres particulas distinctus, anonymo interprete. fol. 7 b.

Incip. "Summe que sunt in sermone."

In calce, "Explicit liber de complexionibus."

3. Liber de malitia complexionis diversæ. fol. 25.

Incip. "Malitia complexionis diverse quandoque."

4. De simplicibus medicinis libri quinque, interprete anonymo. fol. 27 b.

Incip. "Quoniam mihi necesse est hic ostendere."

In calce, "Finitus est tractatus v. libri Galieni in virtutibus simplicium medicinarum."

5. De morbo et accidente particulæ sex, interprete anonymo. fol. 77 b.

Incip. "In inicio hujus libri diffiniri."

In calce, "Explicit liber de morbo et accidente."

6. Megatechni, [liber a Constantino Africano in epitomen redactus, cum ejusdem prologo ad Johannem filium.] fol. 99.

Incip. prol. "Quamvis karissime fili."

Incip. comment. "Quoniam intencio gloriosissimi G.," ut inter Isaaci Judæi opera, part. ii. fol. 189 b.

7. De Crisi libri tres, [interprete Gul. de Morbeka.] fol. 129.

Incip. "Ego non intendo in hoc meo libro."

8. De diebus creticis libri tres, interprete anonymo. fol. 154.

Incip. "Ut egritudinum, que non paulatim."

9. Liber de interioribus membris in sex particulas distinctus. fol. 172.

Incip. "Medicorum non solum moderni."

In calce, "Explicit liber Galieni de interioribus membris."

10. De virtutibus naturalibus cibariorum, interprete Accursio Pistoriensi. fol. 206.

Incip. "Dicit G. quod quia corpora hominum."

In calce, "Explicit liber G. de virtutibus naturalibus cibariorum translatus per magistrum Acursium Pyscoyensem apud Bononias, anno Domini m°.cc°."

CCXIX.

Codex membranaceus, in folio, ff. 3 et 265, sec. xiv. ineuntis, binis columnis exaratus; "ex dono magistri Thomæ Donecan, coll. Mert. socii."

1. Rogeri [an Saliceti vel Salernitani] Chirurgia, in particulas quatuor distincta, præviis prologo et capitulis. fol. 1.

Incip. prol. "Post mundi fabricam ejusque decorem."

Incip. lib. "Caput vulnerari diversis modis contingit."

In calce, "Explicit Cyrurgia Rogeri."

2. Galeni liber de complexionibus, in particulas tres distinctus, cum prologo, interprete anonymo. fol. 17.

Tit. "Incipit prima particula de complexionibus."

Incip. prol. "Summe que sunt in primo libro."

Incip. opus, "Imagines antiqui medicorum."

3. Ejusdem de malitia complexionis diversæ. fol. 36 b.
   Tit. "Incipit liber Galieni archistratos medicorum de malicia complexionis diverse."
   Incip. "Malicia complexionis diverse."

4. Ejusdem de simplici medicina, quinque particulis. fol. 39.
   Incip. "Quoniam mihi necesse est hic ostendere."
   In calce, "Finitus est tractatus quintus libri G. in medicinis singularibus."

5. Ejusdem libellus de morbo et accidente. f. 92.
   Incip. "In initio hujus libri diffinire."

6. Ejusdem libri tres de Crisi, [interprete Gul. de Morbeka.] fol. 115.
   Incip. "Ego non intendo in hoc meo libro."

7. Ejusdem liber de creticis diebus. fol. 141.
   Incip. "Ut egritudinum que non paulatim."

8. Ejusdem Megatechni, in quatuordecim particulas diversas [per Constantinum Africanum redactus], cum ejusdem Constantini prologo ad Johannem filium, et commento. fol. 161.
   Incip. "Quamvis karissime fili Johannes."
   Exstat impress. inter Isaaci Judæi opera, part. ii. fol. 189 b.
   In calce, "Hic explicit xiiij. particula Megategni."
   Evulsa sunt folia 196—209 quæ, secundum indicem volumini præfixum, olim continebant Joh. de S. Paulo lib. de simplici medicina et Constantini de gradibus.

9. Constantini Africani de stomachi sanitate, cum prologo ad Alphinum, episc. Salernitanum. fol. 210 b.
   Incip. ep. "Vestre sanctitatis altitudini."
   Incip. lib. "Oportet nos intelligere quod prima actio;" ut inter opera, Basil. p. 215.

10. Ejusdem libellus de melancholia, cum prologo. fol. 222 b.
   Incip. prol. "Cum ego Constantinus."
   Incip. lib. "Est igitur morbi."
   Cf. opera, 1536, p. 280.

11. Ejusdem libellus de coitu. fol. 227.
   Incip. "Creator volens genus;" ibid. p. 299.

12. Capitula in genere medicinarum dissolutivarum. fol. 230.
   Incip. "Postquam diximus virtutem simplicis medicine."

13. Ejusdem liber de spermate. fol. 232 b.
   Tit. "Incipit liber Microtegni, qui a quibusdam intitulatur de spermate."
   Incip. "Sperma hominis descendit ex omni."

14. Ejusdem liber de oculis, cum prologo. fol. 239.
   Incip. prol. "Quod in libro Pantegni."

15. Fragmentum de urinis. fol. 252.
   Desin. "vulve vel matricis dolorem significat."

16. Fragmentum de simplici medicina, cum prologo et capitulis. fol. 252 b.
   Incip. prol. "Cogitanti mihi sepe de simplicium medicinarum virtutibus."
   Tit. cap. i. "De perfecte temperatis."

17. Tractatus de urinis secundum magistrum Cophonem. fol. 253.
   Incip. "Sciendum est in urinis duo esse consideranda."

18. Constantini Africani liber de stomachi sanitate; [imperf.] fol. 253 b.
   Tit. prol. "Incipit epistola Constantini ad Alphinum episcopum Salernitanum de sanitate stomachi custodienda."

19. Anonymi cujusdam summa theologiæ, cum prologo; [imperf.] fol. 254.
   Incip. "Fides est substantia," etc. "Sicut enim vera dilectione."
   Supplevit manus aliquantum recentior in initio codicis et alibi in foliis vacuis tractatum de impressionibus ex elevatione vel depressione elementorum factis.
   Tit. "Incipit tractatus de impressionibus."
   Incip. "Ad noticiam impressionum habendam."
   In calce, ad fol. scil. 160 b., "Explicit summa vel tractatus de impressionibus, que fiunt ex elevatione et depressione elementorum, secundum quod diffusius traditur a philosopho in libris Metheororum et celi et mundi."
   In marg. fol. 1. inferiori, "Liber domus scolarium de Merton in Oxon. ex dono magistri Thomæ Donecan, quondam socii ejusdem domus in electione philosophie ibidem annis singulis a regentibus artium eligendus."

CCXX.

Codex membranaceus, in folio, ff. 179, sec. xiv., binis columnis exaratus.

1. Johannitii, Arabis, Isagoge sive introductio ad Galeni artem parvam. fol. 3.
2. Theophili Protospatharii de urinis libellus, [interprete Pontico Virunio.] fol. 6 b.
   Tit. " Incipit liber urinarum."
3. Philareti de pulsuum scientia libellus, [eodem interprete.] fol. 10 b.
   In calce, " Explicit liber Philareti de pulsibus."
   Sequuntur, *manu secunda*, (a.) Tabula Aphorismorum alphabetica; (b.) Tabula quæstionum super Tegni.
4. Hippocratis prognosticorum liber, cum Galeni commentario, interprete Constantino Africano. fol. 13.
   In calce, " Explicit liber pronosticorum Ypo. cum comento G."
5. Ejusdem Aphorismorum liber, cum Galeni commentariis, eodem interprete, prævia interpretis epistola ad Glauconem. fol. 39.
   In calce, " Explicit liber Afforismorum Ypo. cum comento G."
6. Johannis Damasceni Aphorismi, cum prologo ad filium. fol. 75.
   In calce, " Expliciunt amphorismi Johannis Damasceni."
7. Hippocratis liber de regimine acutorum liber, cum Galeni commentario, interprete Constantino. fol. 78.
   In calce, " Expliciunt regimenta acutorum."
8. Galeni Tegni, sive Ars Parva, cum Haly Rhodoani commentario, [interprete Gerardo Cremonensi?] fol. 110.
   In calc. " Explicit tegni G. cum commento H."
9. Ægidii, monachi Corbeiensis, de urinis Versus. cum Gilberti Anglici commentario. fol. 157.
   Incip. comment. " Sicut dicit Constantinus in Pangtengni et hoc idem testatur Johannicius."
   In margine scripsit manus recentior commentarium alterum, incip. ' Liber iste quem proponimus,' ut in cod. Omn. Anim. lxxviii.
   In calce, " Expliciunt versus Egidii cum comento Gilberti."

   Sequuntur,
   a. Apophthegmata medica, metrice scripta; incip.
      " Ista calore vigent tria, salsus, amarus, acutus."
   b. Tabula Aphorismorum Hippocratis alphabetica.
   c. Tabula Aphorismorum secundum ordinem magistri Nicholai de Tyngewyk.
   d. Quæstiones variæ ad medicinam spectantes; *manu recentiori.*

CCXXI.

Codex membranaceus, in folio, ff. 263, sec. xiv., binis columnis exaratus; ex dono magistri Willelmi Duffeld, archidiaconi Clyvelandiæ.

1. Johannitii Isagoge ad Artem parvam Galeni, cum glossulis. fol. 7.
2. Theophili Protospatharii libellus de urinis, interprete Pontico Virunio. fol. 12.
   Tit. " Incipit liber urinarum Theophili."
3. Philareti libellus de pulsibus, [eodem interprete,] cum glossulis. fol. 17.
4. Hippocratis Aphorismorum liber cum Galeni commentariis, interprete Constantino Africano, prævia interpretis epistola; cum glossulis marginalibus. fol. 19.
   Tit. " Incipit liber Afforismorum Ypo. cum commento Galieni."
   In calce, " Explicit commentum G. super librum Afforismorum Ypo."
5. Ejusdem prognostica, cum Galeni commentariis eodem interprete, et duplici translatione. fol. 69 b.
   Tit. " Incipit liber pronosticorum cum duplici translatione."
6. Ejusdem de regimine acutorum liber, cum ejusdem commento, interprete eodem. fol. 102 b.
   Tit. " Incipit liber Ypo. de regimine acutorum cum duplici translatione."
   In calce, " Finit liber de dieta acutarum egritudinum."
7. Galeni Tegni, sive Ars Parva, cum duplici translatione, et Haly Rhodoani commento, [interprete Gerardo Cremonensi?] fol. 160.
   Tit. " Incipit commentum super librum Tegni Galeni ab Haly."

In calce, "Explicit commentum Haly super Tegni cum duplici translacione; Deo gratias."

8. Ægidii, monachi Corbeiensis, de pulsibus carmen, cum anonymi commentario. fol. 224.

Incip. comment. "Quatuor sunt membra principalia quibus humani corporis machina."

9. Ejusdem carmen de urinis, cum Gilberti Anglici commentario. fol. 240 b.

In calce, "Expliciunt glosule magistri Gilberti super versus Egidii."

Sequitur notitia, "Magister Willelmus Duffeld dedit librum istum magistro Joh. Somerseth ad terminum vite sue, ita quod post vitam ejus remaneat in collegio de Merton. Oxon. in eternum."

In initio codicis, (a) "Liber magistri Willelmi Duffeld ex empcione." b. Notitiæ ad medicinam spectantes. c. Versus leonini de medicina, amore, etc.

CCXXII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 195, sec. xiv., binis columnis nitide exaratus.

1. Johannitii Isagoge in artem parvam Galeni. fol. 2.

Tit. "Incipit liber Johannicii."

2. Galeni liber Tegni sive ars Parva, interprete anonymo. fol. 4.

Tit. "Incipit liber tegni Galeni de corporibus, signis et causis, sanis, egris et neutris."

In calce, "Explicit liber tegni Galieni de propriis conscripcionibus."

3. Hippocratis Prognostica; interprete Constantino Africano. fol. 13 b.

In calce, "Explicit liber pronosticorum."

4. Ejusdem de regimine acutorum liber, eodem interprete. fol. 15.

In calce, "Explicit regimen acutorum."

5. Galeni Ars Parva cum Haly Rodoani commentario, interprete Gerardo Cremonensi. fol. 19.

In calce est notitia de Gerardo Cremonensi et libris quos in Latinum transtulit.

6. Hippocratis Aphorismorum liber cum Galeni commentario, interprete Constantino, prævia interpretis epistola ad Glauconem, sive Azzonem. fol. 93.

In calce, "Explicit comentum Afforismorum."

Præmittuntur, manu recentiori, glossulæ et versus ad eundem librum spectantes. Incip. vers.

"Vita brevis longa sint ars et tempus avitum."

7. Ejusdem Prognosticorum liber, cum ejusdem commentario, eodem interprete. fol. 145 b.

In calce, "Completus est liber tertius Pronosticorum et est ultimus expositionis Galieni in libro Ypocratis. Explicit comentum G. super librum Pronosticorum."

8. De regimine acutorum liber, cum Galeni commento, eodem interprete. fol. 184.

Deficit in verbis comment., "quando non minuitur sanguis retentus in—"

CCXXIII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 341, sec. xiv., binis columnis exaratus; olim Symonis de Bredoun, M. D., coll. Mert. socii.

Petri Quesnel, sive Quesvel, Angli, Ord. Minor. Summa, quæ vocatur Directorium Juris in foro conscientiæ vel juridiciali, in libros quatuor distincta.

Incip. "Dignus es Domine aperire librum et solvere signacula ejus, quoniam occisus es."

Sequitur librum secundum, ad fol. 196, pars solummodo libri quarti; incip. a tit. iii. De consuetudine, et post sex folia Tabula totius operis alphabetica, incip. "Abbas; quod abbas exemptus potest prescribere capellam contra episcopum."

In calce libri tertii, quo cum concluditur codex noster, occurrit Prooemium in opus sub titulo, "Incipit summa, que vocatur Directoria juris in foro conscientie et judiciali composita a fratre Petro Quesuel de ordine fratrum minorum ex viribus et doctorum sententiis diversorum."

Incip. "Si quis ignorat, ignorabitur i. Cor. xiiii. et hec verba ponuntur distinct. xxxviii. C. Quin ea."

CCXXIV.

Membranaceus, in folio majori, ff. 372, sec. xiv., binis columnis nitide exaratus.

Avicennæ, medici Arabis, Canon medicinæ in libros quinque distributus, titulis capitulorum instructus.

Tit. "Incipit liber canonis primus, quem princeps Abohali Avicenne de medicina edidit verba; Abohali Aviseni."

In calce, "Completus est liber quintus libri canonis, qui est Antidotarium senis regis Alohali hasen filii Hali Abuicenni et ejus complemento completus est liber totus confectio trociscorum de cacabe de libro Aneti filii Ysac et sic completus est liber totus Abviceuni de medicali scientia."

Sequitur "Confectio trociscorum molarium."

Deinde, Interpretatio vocum Hebraicarum, ordine alphabetico.

CCXXV.

Codex membranaceus, in folio, ff. 247. sec. xiv., binis columnis exaratus; liber "legatus coll. de Mertonhalle Oxon. per magistrum Willelmum Duffeld, nuper socium ejusdem."

1. Averrois opus, quod dicitur Colliget, in libros septem distinctum, interprete anonymo. fol. 2.

   In calce, "Explicit collectorium Averoys comentatoris peritistimi.

   Explicit expliceat scriptor ludere eat."

2. Ægidii Corbeiensis de urinis carmen, cum commentario Gilberti Anglici. fol. 77.

   In calce, "Expliciunt versus Egidii cum commento Gilberti."

3. Johannis Damasceni Aphorismorum liber cum Isidori Hispani commento; initio mutil. fol. 97.

   Incip. in verbis, "vel olerum vel hujus siripi ante cibum."

   In calce, "Explicit liber Amphorismorum Johannis Damasceni filii Serapionis, cum commento Ysidori, Ypaniensis episcopi; Deo gracias."

4. Tractatus de gradibus ordinatus a magistro Bernardo de Gordonio in almo studio Montis-Pessulani anno 1303; [an ex Lilio medicinæ?] fol. 99 b.

   Incip. "Doctrinam de gradibus intendimus triplicem ordinare."

   In calce, "Explicit de gradibus."

5. Tabula ejusdem Bernardi de decem ingeniis curandi morbos. fol. 102 b.

   Incip. "Ingenia curacionis morborum."

6. Ejusdem tractatus brevis et utilis supra regimentum acutorum. fol. 104.

   Incip. "Regimen acutarum egritudinum consistit."

7. Ejusdem tractatus brevis et utilis de crisi et diebus creticis, compilatus in præclaro studio Montis-Pessulani. fol. 106.

   Incip. "Senectus domina oblivionis est."

   In calce, "Explicit liber pronosticorum Gordonii."

8. Sequuntur nonnulla de pulsibus, et de urinis versibus expressa; incip.

   "Ut reor nostris calor extat causa ruboris."

9. Avicennæ liber de cordis viribus et medicinis cordialibus translatus a magistro Arnaldo [de Villa-nova] Barchinonie [Barcinonensi] fol. 119 b.

   In calce, "Explicit Avicenna de viribus cordis; Deo gracias."

10. Avicennæ Canonis liber quartus et quintus, prævia capitulorum tabula. fol. 128.

    Tit. "Liber canonis quartus incipit de egritudinibus particularibus que accidunt non approprianțur membro, continens vij. fere, que apprehendunt xxiii. tractatus et summas duas."

    Defic. in verbis, "et non fuerit virtus virulenta et non festinat ad—"

CCXXVI.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 207, sec. xiv., binis columnis exaratus.

Gilberti Anglici Compendium, sive Lilium, medicinæ, in libros septem distinctum, præviis cuique libro capitulis.

Tit. "Incipit liber morborum tam universalium quam particularium a magistro Gileberto Anglico editus ab omnibus auctoribus et practicis magistrorum extractus et exceptus, qui Compendium medicine intitulatur."

Exstat impress. in 4to, Lugd. 1510.

In calce, "Explicit compendium medicinæ; Deo gratias."

CCXXVII.

Membranaceus, in folio minori, ff. 209, sec. xiv., binis columnis exaratus; ex dono Will. Reed, ep. Cicestrensis.

1. Abubecri Rhasis, filii Zachariæ, liber qui

dicitur Almansor, a Gerardo Cremonensi Latine versus. fol. 2.

Tit. "Incipit liber qui dicitur Almassorius, a magistro G. Cremonensi apud Toletum translatus, Abubetri Arazi filii Zacarie. Incipit liber qui ab eo vocatus est Almassorius eo quod regis Almassoris Ysaac filii precepto editus est."

In calc. "Explicit Almassorius, Deo gracias."

2. Ejusdem Rhasis divisionum liber, eodem interprete. fol. 118.

Tit. "Incipit liber divisionum Rasys, verba Abubecri filii Zacarie a Rasy."

In calce, "Expliciunt divisiones Rasys."

3. Ejusdem antidotarius. fol. 144.

Tit. "Incipit antidotarius Rasys."

In calce, "Explicit antidotarius Rasys; Deo gratias."

4. Ejusdem libellus de juncturis. fol. 155 b.

Tit. "Incipit liber de juncturis."

Incip. "Dicit Rasys, volo in hoc capitulo dicere medicinas."

Deficit in verbis, "quod illud apostema est compositum de sanguine et colera, et debemus——"

5. Avicennæ de animalibus libri novendecim, [potius Michaelis Scoti abbreviatio Avicennæ super Aristotelis libros totidem de naturis animalium.] fol. 158.

Incip. in verbis, "venatur et cum illis additamentis bellatur."

Desin. "propter fortitudinem sed de dentium utilitatibus jam scis ex alio loco."

In calce, "Explicit xix. Avicenne de naturis animalium."

6. Ejusdem Avicennæ de medicinis cordialibus, interprete Arnaldo [de Villa-nova] Barcinonensi. fol. 199.

Tit. "Incipit liber Avicene de membris [viribus] cordis et medicinis cordialibus translatus a magistro Arnaldo Barchinone capitulum i. tractatus i. de origine spiritus et generibus ejus et principiis sue generacionis et informacionis."

In calce, "Explicit tractatus de medicinis cordialibus."

Præmittitur codici notitia, "Liber magistri Will. Red, ex dono magistri Nicholai de Sandwyco; Oretis igitur pro utroque;" deinde, "Liber domus scolarium de Merton," etc., ut supra.

CCXXVIII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 162, sec. xiv., binis columnis exaratus; olim Willelmi Rawdon.

1. Abubecri Rhasis divisionum liber, interprete Gerardo Cremonensi. fol. 1.

Tit. "Liber divisionum translatus a magistro G. Cremonensi. Verba Abubecri filii Zacarie a Rasi antidotarium cujusdam tractatus de simplicibus medicinis."

Sequuntur synonyma, ordine alphabetico, et in calce, "Expliciunt sinonoma et liber divisionum translatus a magistro Gerardo Cremonensi de Arabico in Latinum in civitate Toleto feliciter."

2. [Avicennæ liber experimentorum, interprete Gerardo Cremonensi?] fol. 51.

Incip. "Dixit Galienus; Ignis qui descendit de celo."

3. Abubecri Rhasis liber qui dicitur Almansor, eodem interprete. fol. 65.

Tit. "Incipit liber Albubezi Rasis filii Zacharie translatus a magistro Gerardo Cremonensi de Arabico in Latinum in Tholeto, qui ab eo vocatur Almassor, eo quod regis Almassoris Ysaac filii precepto editus est."

In calce, "Finito libro referamus gracias Christo; Amen, Amen."

CCXXIX.

Membranaceus, in folio majori, ff. 325, sec. xiv., binis columnis nitide exaratus; ex dono Ric. Fitz-James, nuper Cicestrensis episcopi et coll. Merton. custodis.

1. Abhomeron, sive Albumeron, Avenzoar, liber qui dicitur Theizir, sive Al Teisîr. fol. 2.

Tit. "Incipit liber Theisir Albumeron Avençoar in practica medicine."

Exstat impress. Venet. 1490, et alibi.

2. Johannis filii Serapionis medici Arabis Breviarium in libros septem distinctum, interprete Gerardo Cremonensi. fol. 94.

Tit. "[T]ractatus primus breviarii Johannis filii Serapionis medici."

Exstat impress. Lugd. 1525.

In calce, "Completum est postremum aggregati ex libro medicine, editione Johannis

filii Serapionis. Et hoc transtulit magister Gerardus Cremonensis in Toleto de Arabico in Latinum."

3. Anonymi cujusdam practica. fol. 284.
Tit. "Incipit practica fratris."
Incip. "Compilationem significat."
Desin. pars, quæ dicitur Antidotarium, "cum melle et aqua tepida."
In calce, "Explicit pratica fratris."
Citantur, Bernardus Provincialis, Musandinus sive Musardus, Petrocellus, Ricardus, Platearius, Avicenna, Stephanus.

CCXXX.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 107, sec. xiv., binis columnis exaratus.

1. Anonymi cujusdam, natione Lucensis, liber de cura, regimine et infirmitatibus equorum. fol. 1.
Incip. "Cum inter cetera alia usui hominis deputata equus sit nobilius, de ipsius cura, regimine et infirmitatibus tractare intendimus recto ordine."
Desin. "et per ix. dies intus remaneant nisi per se prius ceciderint; Explicit."
In calce,
"Hoc egit immensis . studiis nacione Lucensis,
Qui bene cunctorum . medicinas novit equorum."

2. Trotula de morbis mulierum. fol. 11.
In calce, "Explicit liber factus a muliere Salernitana, que Trotula vocatur."

3. Tractatulus de morbis puerorum. fol. 20 b.
Incip. "Passiones et morbos puerorum adhuc in cunabulis."

4. Johannis Stephani libellus de febribus. f. 21 b.
Incip. "Contra coleram rubeam."
In calce, "Explicit tractatus febrium magistri Johannis Stephani."

5. Gualteri medici cujusdam libellus de dosibus. fol. 23 b.
Incip. "Medicinarum quedam sunt simplices quedam composite."
In calce, "Expliciunt doses Galteri."

6. [Avicennæ?] de divisione scientiarum liber, cum prologo. fol. 29.
Incip. "Cum plures essent olim philosophi."

7. Tractatus magistri Arnaldi de Villa-Nova de phlebotomia sive de considerationibus medicorum. fol. 33.
Exstat inter opera, Basil. 1585, col. 847.
In calce, "Explicit liber de medicinis cordialibus."

8. Galeni liber de rigore et tremore et jectigatione et spasmo translatus Barchinone a magistro Arnaldo de Villa-Nova. fol. 45.
Incip. "Quoniam Araxagoras filius Anchalis."
In calce, "Explicit liber G. de rigore et tremore."

9. [Arnaldi de Villa-Nova?] epistola de significationibus mirabilibus, etc. fol. 51 b.
Incip. "Vestre petitioni respondeo diligenter."

10. Summula de purgatione ciborum et potuum infirmorum secundum Musardum. fol. 53.
Incip. "De cibis et potibus preparandis infirmis videamus."

11. Tractatus magistri Arnaldi de Villa-Nova de intentione medicorum. fol. 56.
Cf. inter opera, col. 641.

12. Epistola ejusdem ad Valentinum episcopum de reprobatione negromanticæ fictionis. f. 60.
Incip. "Judiciis desiderii."

13. [Ejusdem expositio in Galeni librum de malitia complexionis diversæ.] fol. 61 b.
Incip. "Intendit G. in hoc tractatu ostendere," ut inter opera, col. 1756.

14. Ejusdem expositio de graduationibus medicinarum. fol. 83.
Incip. "In medicinis per artem compositis consideratis," ut ibid. col. 505.
Sequuntur tabulæ, et in calce, "Explicit liber magistri Arnaldi de Villa-Nova de graduacionibus medicinarum."

15. Doctrina Galeni de interioribus secundum stylum Latinorum. fol. 99.
Incip. "Quoniam diversitas membrorum corporis, que tam veteres quam moderni loca sepius appellant."

CCXXXI.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 152, sec. xiv., binis columnis exaratus; ex dono Joh. Bredon, M.D. coll. Merton. socii.

Isaaci Judæi Theorica Pantegni medicinalis,

libris decem, interprete Constantino Africano, cum tabulis capitulorum.

Tit. "Incipit theoria Pantegni, et primus liber."

Exstat impress. inter opera, part. ii. fol. 1.

In calce, "Explicit liber iste," et deinde tabula alphabetica, in cujus fine notatur, "Magister Johannes Bredon, qui scripsit hanc tabulam propria manu, doctor in medicina, sociis istius domus dedit istum librum huic collegio."

CCXXXII.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 148, sec. xiv., binis columnis exaratus; "legatus coll. de Marton-halle, Oxon. per M. Willelmum Duffeld nuper socium ejusdem."

Constantini Africani, potius Isaaci Judæi, opus, quod dicitur Viaticum, in libros septem distinctum, commento Geraldi Bituricensis instructum et prologo.

Tit. "Incipit Breviarius Constantini, qui dicitur Viaticus, cum glosulis Geraldi."

Incip. gloss. "Quoniam quidem; Cum omne elementum et ex elementis corpus generatum."

In calce, "Expliciunt glosule Viatici secundum magistrum Geraldum Bituricensem; Deo gratias.

Gaudet epar spodio macer cor cerebri quoque musco
Pulmo liquricia capere splen stoma galanga."

CCXXXIII.

Membranaceus, in folio, ff. 216, sec. xiv.

[Gulielmi Peraldi, sive Peralti, ord. Prædicatorum,] summa de septem vitiis capitalibus, in novem partes distincta, cum præfatione, præeunte summario totius operis.

Tit. "Incipit tractatus moralis de septem viciis capitalibus."

Exstat impress. Colon. 1479, et sæpius alibi.

In calce, "Explicit summa de viciis."

CCXXXIV.

Membranaceus, in folio minori, ff. 218, sec. xiv., partim duabus, partim tribus columnis haud eadem manu exaratus; ex dono Will. Reed, ep. Cicestr.

1. Prima pars correctionum Bibliæ, videlicet, Orthographia nominum Hebræorum, cum prologo, [auctore Alexandro Neckham?] fol. 2.

Incip. "Quoniam multos in hebraycis nominibus errare conspexi."

In calce, "Explicit orthographia nominum hebreorum de tota biblia."

2. [Ejusdem auctoris] Repertorium vocabulorum Bibliæ, cum prologo. fol. 16.

Incip. prol. "Licet nonnulli circa vocabula biblie simplicioribus."

Incip. lib. "Abba, secundum Papiam, Syrum nomen est."

3. Tabula notabiliorum, quæ in S. Chrysostomi opere imperfecto in S. Matthæum continentur, prævio numero et ordine homiliarum, alphabetice. fol. 53 b.

Tit. "Incipit tabula super Crisostomum; omelia prima."

Incip. tab. "Adversitas; utilitas adversitatum temporalium."

In calce, "Explicit tabula Crisostomi."

4. Tabula alphabetica in S. Gregorii moralium super Job libros, [auctore Ricardo de Insula, ord. minor.?] fol. 78.

Incip. "Abel; de innocentia ejus."

In calce, "Scias quod prescripta tabula super moralia beati Gregorii super Job faciliter et expedite invenire docet quicquid in ipsis utile fuerit in quacunque materia circa quam vel de qua predicator aliquis desiderat loqui."

Sequitur vocabularium tabulæ prædictæ.

5. Tabula super auctoritatibus Bibliæ tractatis per S. Gregorium in moralibus super Job. fol. 127.

6. Tabula titulorum Decretalium secundum ordinem alphabeti cum titulis Sexti libri et Clementis concordantibus ad eosdem. fol. 139.

7. Tabula alphabetica super dictionibus et auctoritatibus Bibliæ allegatis per M. Gratianum in decretis. fol. 144.

Incip. "Aaron; Moyses ex precepto Domini Aaron in summum pontificem."

Sequuntur in calce codicis vocabularia alphabetica perbrevia, super (a) Joh. Sarisberiensis Polycratica; (b) Registrum Epp. S. Gregorii; (c) S. Chrysostomi homilias in opere imperfecto; (d) S. Cypriani epistolas; (e) S. Hieronymi epistolas; (f) S. Chrysostomi homi-

lias super Johannem; (g) Ejusdem homilias in epistolas ad Hebræos et Timotheum."

In fronte codicis legitur, "Liber M. Willelmi Reed, episcopi Cicestrie, cujus partem primam habuit ex dono rev. domini sui M. Nic. de Sandwyco; secundam vero emit ab executoribus ven. patris dom. Joh. de Schepeya, ep. Roffensis; sed terciam emit ab executoribus ven. patris domini Simonis de Islep, archiep. Cantuar.; oretis igitur pro singulis supradictis."

Sequitur, "Liber domus scolarium de Merton;" etc. "ix. volumen."

CCXXXV.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 448, sec. xiv. ineuntis; binis columnis nitide exaratus.

Biblia sacra universa, ex versione vulgata, S. Hieronymi et Rabani Mauri prologis haud insolitis instructa.

Tit. "Incipit prologus beati Jeronimi presbiteri in omnes divine scripture libros ad Paulinum presbyterum."

Sequuntur Test. Nov. "Interpretaciones nominum Hebraicorum secundum Remigium [Autissiodorensem] incipientium per a litteram, et primo post a sequitur a."

In calce, "Expliciunt interpretaciones nominum Hebraicorum."

CCXXXVI.

Membranaceus, in folio minori, ff. 503, sec. xv., binis columnis nitide exaratus; ex dono M. Henrici Sever, S. P. Professoris et coll. Merton. custodis, 1468.

1. Sermones mendici de tempore, numero 78, [auctore Jo. Felton, S. Mariæ Magdalenæ, Oxon. vicario,] cum prologo. fol. 1.

Incip. prol. "Cum viribus et memoria notabiliter me deficere sentirem, ad honorem Dei et utilitatem gratanter suscipientium ac per me loco testamenti per totum annum de tempore singulis diebus de Quadragesima opusculum sermonum compendiosum extrahere festinavi ex grandibus et in mirum diffusis sed preciosis sermonibus Jacobi de Voragine."

Incip. hom. i. "Incipit mendicus de tempore in adventu. Dicite filie Syon; etc. Epistola manifeste cum evangelio concordat."

Desin. ult. in istud, 'Cum sublevasset oculos Jesus,' "in Philippo malum de eo non poterit suspicari, et sic hujus laboris sit finis in Eo, Qui omnium principium est et finis Deus et Dominus cunctorum benedictus in secula seculorum, Amen."

2. Francisci a Mayronibus expositio super illud capitulum decretalium de summa Trinitate et fide catholica. fol. 51 b.

Incip. "Fidelis sermo et omnium, etc. Quia vero titulus, cui capitulum Firmiter credimus est subscriptum."

Deficit in verbis "propter quod solum diligit;" deinde desiderantur ff. 82—111 inclusive, quæ secundum tabulam codici præmissam continebant ejusdem expositiones in cap. 'Cum Marthe,' in tit. de celebratione missarum.

3. Ejusdem determinatio de dominio apostolorum. fol. 112.

Incip. in verbis, "unumquodque vis per easdem causas dissolvitur."

Desin. "Ut finit declaratum supra, articulo penultimo et sic finitur determinacio Francisci de Maronis doctoris Parisiensis ord. min. etc."

In calce, "Explicit determinacio Francisci de Maronis de dominio apostolorum."

4. Anonymi cujusdam, ut videtur Anglici, sermones quadragesimales, numero quinquaginta septem. fol. 118.

Incip. "Cum jejunas unge caput; etc. Secundum sententiam Jeronimi contra Jovinianum beatitudo in Paradiso."

Desin. ult. in istud, 'Stetit Jhesus in medio discipulorum,' "unde et apostolus recte orat pro nobis Dominum dicens, Dominus custodiat corda vestra; etc."

In calce, "Deo gracias, Amen."

Citantur Thomas Wallensis, Alanus de Insulis, Suetonius, Lactantius, Cicero, et SS. Patres varii.

5. Sermones Dominicales, feriales et festivales fere per totum annum, auctore anonymo. fol. 220.

Incip. i. "Videbunt Filium hominis venientem; etc. Quia secundum doctrinam

beati Augustini super Genesim Sacra Scriptura."

Desin. ult., De novo sacerdotio, "Sicut condempnacionem indignis, Cujus sanctificacionis hos participes effici mereamur, Amen."

In calce, "Omnis Spiritus laudet Dominum; Amen."

CCXXXVII.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 3 et 248, sec. xiv., binis columnis exaratus; olim Thomæ Tryllek, ep. Roff. postea coll. Mert. ex dono Will. Reed, ep. Cicestrensis.

Sermones notabiles de sanctis et de tempore per anni circulum ab anonymo quodam Parisiis collecti; prævia tabula festorum thematumque.

Incip. i. "Terra nostra dabit fructum suum. Terra sepe venientem bibens ymbrem generat herbam oportunam."

Desin. ult., cui titulus, "Sermo in xxv. dominica; fratris Latini;" "sunt querentes sicut heretici et mali Christiani; Rogabimus Dominum, etc."

Sequuntur manu altera,

a. Sermones alii quatuor in dedicatione ecclesiæ, etc. quorum primus incip. "Parisiensis in synodo; Eduxit de morte pastorem, etc. In officio hodie cantantur."

b. Index vocabulorum alphabeticus.

Auctorum nomina, quæ occurrunt, sunt, Everardus de Valle Scolarium, Ægidius de Valle Scolarium, T. de Chabaris, Reymundus, archidiac. Morinensis, Arnaldus Galiard sive Gailard, J. de Sarbonio, Nic. de Maris, Symon Cressensis, Stephanus de Katelonia, Joh. de Viridi, Magister Aubertus, Præpositus de S. Homero, Matthæus Lumbardus, Johannes Varoni, Joh. de Aureliano, cancel. Paris, Nicholaus de Dacia, Simon de Londayco, Will. de Luscy, Frater Ferrarius, Joh. de Herpi, Steph. de Monte S. Eligii, Gerardus de Renis, Archiep. de Tornaco, W. de Tornaco, Ferrarii de Valle Sancto, Petrus de Temer . . o monte, frater Berniger, Joh. de S. Angelo, Henricus de Gandavo, Thomas de Carthasia, Thomas de Shalimis, Joh. de Molheri.

In fronte codicis, "Liber M. Will. Reed, episcopi Cicestrensis, quem emit a venerabili patre domino Thoma Tryllek, episcopo Roffensi, oretis igitur pro utroque." Deinde, "Liber domus scolarium de Merton," etc. "Walterus Roberti."

CCXXXVIII.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 5 et 318, sec. xiv., haud una manu scriptus; olim Will. Reed, quem emit a Thoma Tryllek, ep. Roff., postea coll. Mert. ex dono ejusdem Willelmi, ut in initio codicis notavit Walterus Roberti notarius.

Sermonum volumen alterum curiosorum de sanctis et de tempore, Parisiis collectorum, prævia tabula locorum et thematum.

Primus est in istud, "Vide arcum et benedic qui fecit; Quoniam de beato Martino legitur."

Ad fol. 310 est sermo in synodo Parisiensi habitus, in istud, "Eduxit de morte pastorem;" et incip. "Verbo Dei celi firmati sunt."

Ult. incipit, "Ad insinuandam interioris hominis custodiam;" et desin. "ad amorem celestis patrie se transferre."

In calce, "—— quem fecit Parisiensis frater predicator cujus anime propicietur Deus; Amen; Amen."

CCXXXIX.

Membranaceus, in 4to, ff. 3 et 292, sec. xiv., haud una manu exaratus; olim Thomæ Walteri, deinde Tho. Tryllek, ep. Roff. et postea coll. Mert. ex dono Will. Reed, ep. Cicestr.

Sermonum curiosorum de tempore et de sanctis volumen tertium, Parisiis collectorum; prævia tabula locorum et thematum.

Tit. i. "Sermo in cena Domini."

Incip. "Ego in medio vestrum sum, etc. Ad hoc quod sermo predicatoris."

Ult. est in istud, "Oraverunt pro ipsis ut acciperent Spiritum Sanctum;" et deficit in verbis, "et respice nos et ostende—" Sequitur tabula.

CCXL.

Membranaceus, in 4to, ff. 175, sec. xv.

1. Clementis Lanthoniensis concordia quatuor evangelistarum, in partes xii. distincta, cum

prologo et tabula capitulorum præmissa. fol. 1.

Tit. " Incipit concordia iiij. evangelistarum; evangelice historie ordo; et evangeliorum manuale breviarium."

Incip. prol. "Clemens Lanthoniensis, ecclesie presbyter N. pacem utramque hujus operis."

Incip. opus, " In principio erat verbum."

Desin. " Que scribendi sunt libros."

In calce, " Concordia quatuor evangelistarum."

2. Jacobi de Voragine, Januensis, sermones quadragesimales. fol. 78.

Incip. i. " Filia populi mei; quamvis solempnitas quadragesime;" ut in edit. Brixiæ, 1483.

In calce, " Expliciunt sermones operis quadragesimæ compilati ab episcopo Januensi de ordine predicatorum, anno Domini m.cc.lxxxvi."

CCXLI.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 94, sec. xii. ineuntis, optime exaratus.

1. Vita Malchi monachi ex S. Hieronymi historia de eodem confecta, et versibus leoninis rhythmicis exhibita. fol. 2.

Incip.

" Carmen de monacho, menti sedet edere Malcho,
Actibus ex cujus, sit nomen carminis hujus."

Desin.

" Tantum dissimiles, facit absens esse Johannes,
Nullus ut istorum, sic est nonnullus eorum."

2. Versus de contemptu mundi rhythmici, mutil. fol. 17 b.

Incip.

" Aurea secula, primaque robora præteriere."

3. Sermones xlvi. de diversis. fol. 18.

Incip. i. " Fundamenta ejus in montibus; etc. Gloriosa fratres karissimi cepit ab initio mundi edificare."

Desin. ult. " Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, Qui datus est nobis," etc.

4. Isidori Hispalensis Exceptiones de materiis diversis. fol. 85.

Incip. " De correptione; Dominus in evangelio, Ego quos amo."

Olim, ut ex tabula præmissa discimus, continebat codex noster præter ista quæ memoravimus; " Expositio missæ per versus; Itinerarium Hierosolymitanorum; Descriptio SS. locorum; Excerptum ex gestis regum Francorum; Vita Willelmi nobilissimi regis Anglorum; Epitaphium ejusdem; Historia Apollonii Tyrensis; Liber Gildæ sapientis de excidio Britanniæ et quædam pulchra miracula; Prophetia Merlini;" quæ omnia hodie desiderantur.

CCXLII.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 2 et 223, sec. xiv., binis columnis haud una manu exaratus; olim liber M. Will. Reed, episc. Cicestr. quem emit a ven. patre D. Thoma Tryllek, ep. Roff., postea coll. Merton., ex dono Will. prædicti.

1. Sermones, circiter septuaginta, de sanctis per anni circulum; prævia tabula. fol. 1.

Incip. i. De omnibus sanctis, " Vidi turbam magnam, etc. Quadruplicem turbam vidit Johannes."

Folia tria in fine exciderunt; explicit itaque ult., qui est in istud, ' Ecce nova facio omnia,' in verbis, " visceribus virginis separata, et ideo completum."

2. Alani de Insulis summa de arte prædicatoria. fol. 132.

Tit. " Summa magistri Alani de arte predicandi."

Exstat impress. inter opera, Antverp. 1654.

3. Libellus de divinorum eloquiorum vi ad tria, videlicet, ad docendum, ad orandum et ad meditandum. fol. 147.

Incip. " Eloquia Domini eloquia casta."

---

4. Anonymi cujusdam sermones viginti unus de sanctis et de tempore permixti. fol. 152.

Incip. i. " Omnis gloria ejus filie regis; Celestis curie citharedus ad celestes nuptias."

5. Ricardi de S. Victore liber de duodecim patriarchis, sive Benjamin Minor. fol. 176.

Tit. " Incipit liber Ricardi de Sancto Victore de xii patriarchis."

Exstat impress. inter opera, ed. 1650, p. 114.

6. Hugonis de S. Victore libellus de quatuor voluntatibus in Christo. fol. 189 b.

Tit. "De voluntate."
Exstat impress. inter opera, ed. Mogunt. 1617, tom. iii. p. 41.

7. Ejusdem libellus de meditatione. fol. 190 b.
Exstat ibid. tom. ii. p. 185.

8. Capitula alia plura ex ejusdem forsan miscellaneorum libris. fol. 191.
Incip. i. "De contemplatione. Quamdiu anima per contemplationem Deo adheret."
Sequuntur capitula, "De fine bono et malo, De spiritualibus inimicis, De timore, De misericordia et veritate Dei;" etc.

9. Ejusdem epistola ad Johannem quondam Hispanensem episcopum. fol. 202.
Incip. "Quid, frater karissime, quid dicam tibi."

10. Ejusdem capitula alia, De potestate et voluntate Dei, etc. fol. 202 b.
Incip. "Queritur de potestate Dei, si major est."

11. Sententiæ ex Augustino, aliisque. fol. 208 b.
Incip. i. "Beatus vir, etc. Sunt modi exercendi humilitatem."

12. Sermones decem de diversis. fol. 213 b.
Incip. i. in istud, 'Apprehenderunt vii. mulieres,' etc. "Ad litteram desolationem Judee propheta."
In fronte codicis, "Liber scolaris de genere ven. patris D. Will. Reed, ep. Cicestr: Oxonie successive studentis ex dono ven. patris per custodem et rectorem domorum de Merton et Stapleton in Oxon. vel per earum librarios eisdem scolaribus juxta facultates et merita ipsorum cujusque ad tempus sub concione juratoria proinde liberandus."

CCXLIII.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 118, sec. xiv. exeuntis, binis columnis exaratus.

1. Tabula bibliorum sacrorum, sive contenta capitulorum cujusque libri. fol. 1.
Incip. "In principio creavit; De operibus vi. dierum."
In calce, "Explicit tabula Biblie."

2. Petri Aureoli breviarium Bibliorum sive epitome S. Scripturæ secundum sensum literalem. fol. 29.
Exstat impress. Paris. 1585, et alibi.
In calce, "Explicit compendium Petri Aureoli supra Bibliam."

CCXLIV.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 100, sec. xiv., binis columnis exaratus; ex dono Ricardi Wykyngs, nuper vicar. ecclesiæ de Westwell, in Cancia juxta Cantuariam.

Porcheti a Salvatico opus quod dicitur, Victoria, sive de veritate fidei Christianæ contra Judæos, cum prologo.
Tit. "Incipit liber victorie a Porcheo de Salva-ignis Januensis, divina favente gracia, compilato (*sic*) ad Judaicam perfidiam subvertendam et ut prestancius veritas fulgeat fidei Christiane."
Exstat impress. Paris. 1520.
In calce, "Explicit liber Victorie; Deo gratias."

CCXLV.

Membranaceus, in folio, ff. 85, sec. xiv., binis columnis exaratus.

Porcheti a Salvatico Victoria contra Judæorum perfidiam, cum prologo.
Tit. "Incipit liber Victorie a Porcheto de Salva-ignis, Januensis, divina favente gracia;" etc. ut in codice superiori exhibuimus.
Exstat impress. Paris. 1520.
In calce, "Explicit liber Victorie; Deo gracias."

CCXLVI.

Membranaceus, in folio, ff. 258, sec. xv.; "ex dono magistri Henrici Sever," etc. m.cccc.lxviij.

Petri Berchorii, Pictaviensis, Reductorium morale utriusque Testamenti, cum prologo.
Exstat impress. Colon. 1620, et alibi.
In calce, "Explicit liber Apocalypseos moralizatus et sic est finis xvi. libri Reductorii moralis, in quo moralizantur omnes figure Biblie, etc."
Deinde, "Explicit liber Reductorii moralis, quod in Avinione fuit factum, Parisiis vero correctum et tabulatum anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo secundo."

Sequitur prologus in tabulam a fratre quodam Carmelitano confectam, sed quæ in codice omittitur.

CCXLVII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 281, sec. xv., binis columnis exaratus.

Petri Berchorii, Pictaviensis, Reductorium morale, in quo moralizantur omnes figuræ Bibliæ.

Tit. "Incipit liber de figuris biblie moralizatus;" et *man. sec.* "secundum Petrum Berchorium."

Exstat impress. Colon. 1620, et alibi.

In calce duæ sunt notitiæ ejusdem momenti ac istæ, quas e codice præcedenti supra exscripsimus.

CCXLVIII.

Membranaceus, in folio, ff. 225, secc. xiv. exeuntis et xiii.; ex dono Will. Reed, episc. Cicestrensis.

Collectaneorum liber tam ex concionibus sacris quam auctoribus classicis per Joh. Shepeium, episcopum Roffensem, confectorum; scilicet,

1. Adversaria de regimine principum, etc. ex Augustino, A. Gellio, Wynkelay, [an Jo. Winchelsea,] aliisque collecta. fol. 1.

   Tit. "Tractatus primus vocatur et habui a fratre Willelmo Hotoft predicatore."

   Incip. "Cum doctor . . . . predicator evangelicus sapientibus et insipientibus."

2. Locorum tabula communium, sive sententiarum de diversis. fol. 17.

   Incip. "Crevit, etc. Amavit virorem puer."

3. Quomodo abbas vel prior S. Augustini debet se gerere. fol. 19.

4. Tabula fabularum Romulearum. fol. 20.

5. Tabula super flores moralium antiquorum. fol. 20.

6. Ex fabulis Æsopi sapientis viri moralis quas transtulit Romulus quidam in Latinum. fol. 25 b.

   Tit. i. "Contra calumpniosos;" etc.

   In calce, "Explicit tractatus fabularum moralium Esopi."

7. Flores moralium antiquorum ex dictis Pythagoræ, Empedoclis, Socratis, Aristotelis, etc. fol. 30.

   Incip. "Has siquidem et consimiles fabellulas licet aliquando in sermonibus publicis proponere."

   Sequuntur,

   a. "Responsiones Secundi philosophi ad interrogata Adriani."

   b. Ex dictis Galeni, Boethii, Virgilii, Statii, Claudii, Persii, Horatii, Catonis, Ovidiique.

8. Sermonum abbreviationes vel formulæ. fol. 43.

   Incip. i. "Thema, In ira molestia."

9. Adversaria, sive anecdota, de diversis. fol. 57.

   Incip. i. "Contra judicantes secundum faciem."

   Citantur, Aristoteles, Vegetius, Vita Pachomii, Innocentius papa III., Albertus Magnus, Elynandus in [Vincentii Bellovacensis] 4 parte Speculi Historialis, Boethius, Clementis Itinerarium, etc.

10. Seneca de remediis fortuitorum. fol. 62 b.

11. Sermones breves, vel notata, ex scriptoribus diversis collecti, rhythmis Anglicis hic illic interspersis. fol. 64.

    Incip. i. "In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Mat. 28. Ubi est accio difficilis et agens est debilis."

    Auctorum nomina qui occurrunt sæpe, sunt Gul. Hotoft, Manleverer, Petrus de Serivalis (?) Wantynge et Stanschawe.

    Rhythmorum specimen exhibere lubet; scilicet,

a. Ad fol. 66 b.,

"Jhesu þat al þis world haþ wroȝt,
Haue merci on me;
Jhesu, þat wiþ þi blod us bouȝt,
Jhesu þat ȝaf us whanne we adde nouȝt,
Jhesu David's sone, etc.
David's sone ful of miȝt, have, etc.
David' sone fair to siȝt,
David' sone that mengeþ merci wiþ riȝt,
Have merci on me, and mak me meke to þe,
And mak me þenche on þe, and bring me to þe
þat longeþ to þe, þat wolde ben at þe."

b. Ad fol. 131, in sermone de amore Christi et de ultima cœna, quam fecit Jesus 'upon the Shere þursday' occurrunt plura, inter quæ de visu malo et captatione ita agitur, *Gallice* et *Anglice*,

"Cor: Tu mas hony de ton mau regarder:
Oculus: Mes tu mas hony par ton mau penser:
Cor: Nestu la porte ou entre peche:
Oculus: Tu la puys clore a ta volunte:

Cor: Vous regardez trop folement
Oculus: Ceo nest peche per ton assent;" etc.
"The herte seiþ to þe eie þus,
þou us ast schend þoru þi fol loking;
But þou us ast shent þouru þi fol þenching,
Nartou þe ȝate þoru wam comeþ sinne in ponces ille;
þou maist it shette at þine wille." etc.

c. Ad fol. 139 b,
"I come vram þe wedlok, as a suete spouse, þet habbe my wif wiþ me in nome,
I come vram viȝt, a staleworþe knyȝt, þet myne vo habbe overcome,
I come vram þe chepyngis, as a riche chapman þet mankynde habbe ibouyt,
I come vram an uncouþe lond, as a sely pylegrym, þet ferr habbei souȝt."

d. Auctoritates ex SS. Scripturis et patribus contra peccata varia, quæ *Anglice* expressa in margine exhibentur secundum ordinem alphabeti. fol. 149.

Incip. "Alle anselleres, ardemen, auende and auerouse, almestes; O quam multos sederet cupiditas."

12. Carmen de Christo; *Anglice.* fol. 166.

Incip. "In sermone misit de summo et accepit me," etc.
"He sent fro aboue a ouercomyer mythyest,
He sent fro aboue a lethe stillest,
He sent fro aboue a marchang or a byer richest,
He sent fro aboue and toche me."

13. Versus alii de falsitate, de pœnis inferni, etc. fol. 166 b.

Incip.
"Falsenesse and couetys er feris
Wil neþer oþer be sweke,
Lewte and pouert ar peris
Have þai no richte in þis rike."

14. Versus alii in verba Christi, 'Caro mea vere est cibus,' etc. B. V. Mariam, etc. fol. 167.

Incip.
"My flesse þat wrothe oȝas in mari blode,
My flesse þat deyt peyfulli uppon þe rode,
My flesse þat stey to blisse for mennis gode
Esse soþe fasts mete þat fed us."

15. Sermo de pace, auctore, secundum catal. Vet. Ricardo de Uskaley. fol. 168.

Incip. "Veniat pax; Si quis sitit veniat ad me," etc.

16. Sermones alii de diversis. fol. 170.

Incip. i. "Domine salva nos; Mat. 8. In Marco autem dicitur, Magister."

Auctorum nomina occurrunt, Henricus de Cruce, minor, Johannes Middleton, prædicator, J. Tanny, prædicator, Laurent. Britoun, minor, Frater Symon, prædicator.

17. Loci communes theologici ex scriptis S. Augustini, etc. fol. 182.

---

18. De sacris locis, temporibus, rebus et personis tractatus, in quo de introitu missæ, de diebus festis, etc. fol. 194.

Incip. "In primitiva ecclesia prohibitum erat ne quis variis linguis loqueretur."

Desin., foliis ultimis inversis, "Nec attollens oculos sursum diceret, Qui me plasmasti miserere me."

19. Petri Blesensis compendium super Job prævia ad Henricum II. epistola. fol. 206 b.

Exstat impress. inter opera, 1667, p. 407.

Deficit in verbis, "Quantum ad concupiscentiam oculorum."

20. Anonymi expositio summaria juris civilis. fol. 210.

Incip. "Exponere summatim juris nostri precepta Justiniani codicis ordine servato proposui."

Desin. "directa ei competit, qui mandavit."

Sequitur fragmentum homiliæ in Adventum.

Præmittitur codici, "Liber Will. Reed, archidiac. Roffensis, quem emit ab executoribus Ven. patris D. Johannis de Shepeya, ep. Roff. de bonis sibi datis per rev. dom. suum M. Nicholaum de Sandwyco; oretis igitur pro singulis supradictis.

Tertium volumen sermonum per D. Jo. de Schepeya S. T. D. monachum Roffensem et postea ibidem episcopum pro suo tempore in Universitate Oxon. collectorum.

Liber domus scolarium de Merton. in Oxon. in communi libraria, etc. cathenandus, ex dono Ven. patris D. Will. tertii episcopi Cicestrie; etc. Walterus Roberti."

CCXLIX.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 186, sec. xiii., binis columnis haud una manu ex-

aratus; ex dono Will. Reed, ep. Cicestr. "quem emit a ven. patre Tho. Tryllek, ep. Roffensi."

1. Philippi de Thaun Bestiarium moralizatum, metrice expressum; *Gallice;* cum prologis. fol. 1.

Incip. prol. "Hic adamans significans——
Peres de telle ballie humme et femme."

Sequitur titulus, "In nomine sancte et individue Trinitatis, Bestiarius incipit, quem Philippus Thaonensis in laude et memoria regine Anglie Alenoris fecit;" etc. deinde,

Philippe de Taun; en Fraunceis reisun,
At enfeit le bestiarie un livre de gramarie.

Incip. lib.

"Co en gru est leun. . en fraunceis rei et anun.
Leun en mainte guise . mutis besties si justise."

De hoc opere et versione modo memorata, consulat lector "Notices et extraits des MSS." Paris, vol. v. p. 275.

2. Sententiæ morales, versibus expressæ leoninis. fol. 11.

Incip.

"Rex sedebit in cena turba cinctus duodena;
Se tenet in manibus se cibat ille cibus."

3. Innocentii papæ III. liber de miseria humanæ conditionis. fol. 12.

Tit. "Incipit liber de miseria humanæ condicionis editus a Lothario, diacono cardinali SS. Sergii et Bachi, qui postea Innocencius papa appellatus est."

Exstat impress. Paris. 1645, et alibi.

Sequitur capitulum de pœnis inferni, incip. "In inferno secundum majorum traditiones."

4. Ejusdem Innocentii decretales constitutiones de summa Trinitate et fide catholica, [sive concilii Lateranensis decreta.] fol. 29 b.

Tit. "Incipiunt decretales constituciones Innocentii pape III."

Incip. "Firmiter credimus et simpliciter confitemur," ut inter opera, tom. i. p. 461.

Desin. "ut eis digne proficiat ad salutem."

Sequitur notitia brevis de concilio Lateranensi apud Romam anno 1215 habitæ; et postea decisio de archiepiscopo quodam Salathesi ab archiepiscopatu cupienti cedere et ad monachatum iterum descendere.

5. Valerii, sive Valeriani, ad Ruffinum epistola ne duceret uxorem. fol. 45 b.

Tit. *man. sec.* "Valerii Maximi pauca de dissuasione nubendi ad Ruffinum."

Exstat impress. inter S. Hieronymi opera, tom. v. col. 337.

Præcedunt versus novem rhythmici de vanitate mundi, incip.

"Qui bene perpendit quam sit grave pondus honorum."

6. Tractatus sive sermo de S. Zacharia et eidem contingentibus; in capitula octo distributus. fol. 49.

Incip. "Ingresso Zacharia templum," etc. Ex lectione evangelica octo colligimus."

Desin. "resolvat linguam nostram in laudes suas, Cui," etc.

7. Innocentii Papa III. liber de officio missæ, prævia præfatione. fol. 52.

Cf. inter opera, tom. i. p. 318.

In calce, "Explicit liber Innocencii pape tertii de missa."

Sequuntur, (a.) Officium pro peregrinantibus. (b.) Ordo missæ, et quomodo observari debent festa per annum. (c.) De S. Matthæo evangelista; de Abrahamo Christi typo, etc.

8. Kalendarium, prævio cuique mensi monosticho haud insolito. fol. 76.

Monost. i. est,

"Prima dies mensis et septima truncat ut ensis."

Notantur hic illic dies obituales diversorum, scilicet, Will. de Stocton, capell. coll. Mert. 4 kal. Jun. 1273; Radulph. de Ludinton dom. de Drayton, 14 kal. August. 1273; Edw. Woode, coll. Mert. soc. 12 kal. Jun. 1655. Notantur quoque aliquorum nomina ejusdem collegii, qui anno 1417 erant in Normannia cum rege Henrico V.

9. S. Gregorii Magni de Pastorali cura libri duo. fol. 80.

Exstant inter opera ed. Benedict. t. ii. p. 1.

In calce, "Explicit liber pastoralis beati Gregorii pape urbis Rome."

10. Expositio in psalmos varios; *Gallice;* imperf. fol. 117.

Incip. in istud, "Viri sanguinum et dolosi non dimiabunt dies suos; Li hume qui sanc espandent, qui ocient."

Desin. "sires sur Jacob et sur le pople des Jueus et finium terre."

Sequuntur versus, incip.
"Nectarum rorem tellus instillat Olimphus."
Et deinde epitaphium Rob. Grostete, ep. Lincoln., versibus quatuor rhythmicis; incip.
"Anni cum Domini transissent mille ducenti."

11. Liber de officio sacerdotum et curatorum. fol. 142 b.
Incip. "Evangelistis evangelizare, predicatoribus predicare, doctoribus docere sublimis est valde negocii."
Desin. "et cum pompa laudibus eam et ad eternam gloriam introisse non dubitemus."

12. Sermo fratris Ricardi de dilatatione sermonum. fol. 175.
Incip. "Quoniam emulatores estis Spirituum; etc. Bene dictum emulatores, quasi non simulatores."
Versus finem agitur de pœnitentia et confessione, partim *metrice*, incip.
"Peniteas cito, peccator, cum sit miserator, Judex, et sint hec quinque tenenda tibi."
Desin. opus, "ut de peccato in peccatum eat ut fiat longarrestis."

13. Sermo in istud, "Abraham tetendit tabernaculum suum;" etc. [an pars operis supradicti.] fol. 181.
Incip. "Tella congellata duobus remittitur modis."

14. Sermo alter in istud, "De excelso misit ignem in ossibus meis." fol. 183 b.
Incip. "Legitur in Actibus apostolorum, quod Petro."

CCL.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 246, sec. xii. exeuntis et xiv.; quoad partem priorem ex dono Simonis Bredon, quoad posteriorem, ex legato M. Johannis Raynham.

1. Anonymi opus medicum, quod dicitur Passionarium, libris septem comprehensum, cum glossis marginalibus. fol. 1.
Tit. "Incipit liber primus Passionarii."
Incip. "Si quis intente cognoscere intencionem tocius libri desiderat."
Incip. gloss. "Libri hujus diversi auctores fuerunt; scilicet, Alexander, Paulus, Teodorus, Priscianus."
Partem ultimam et tabulam alphabeticam supplevit, ut videtur, manus Simonis Bredon, qui in fine quoque notavit, "Explicit istud psssionarium, et datum fuit collegio per Simonem Bredon."

---

2. L. Annæi Senecæ de quæstionibus naturalibus libri priores quatuor, mutil. fol. 156.
Defic. lib. iv. in verbis, "temporibus imbres, nives diluunt."
In calce, "Liber domus scolarium de Merton in Oxon. ex legato magistri Joh. Raynham, quondam socii ejusdem domus, cujus anime propicietur Deus."

CCLI.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 157, sec. xv.; manu cujusdam Wyke exaratus; mutilus.

1. Johannis Scharpe vel Sharpæi, Quæstiones de anima; mutil. fol. 2.
Incip. "Utrum anima intellectiva est quodammodo."
Deficit in verbis, "ideo potest per illum conceptum."

2. Antonii Andreæ, ord. minor. scriptum super Aristotelis Metaphysicorum libros duodecim, cum tabulis. ff. 90—149 b, 50—73 b, 150—156.
Incip. "Circum celi; etc. Secundum doctrinam Aristotelis et eum communiter sequencium."
Desin. "revoco paratus libenti animo emendare. Ecce finis."
In calce, "Explicit scriptum super metaphisicam Aristotelis secundum novam translacionem compilatum a fratre Antonio Andree ordinis minorum de provincia Arrogonie; Deo gracias; Amen. Ecce finis illarum questionum."
Sequitur tabula, et in calce, "Ecce finis titulacionis istarum questionum super totam methaphisicam etc. quod Wyke."
"Nunc finem feci da michi quod merui."
Ad fol. 74. Insertus est index materiarum alphabeticus.
Codicem nostrum olim plures habuisse quam quos hodie continet tractatus, testatur notitia contentorum sequens quam ex initio exscribimus; "Hunc librum providit dompnus . . . . suis bene-

volis . . . . sacre theologie bacularii anno Domini m.cccc.xxv. quem qui alienaverit vel ejus titulum hic aut alibi deleverit anathema sit, predicti Johannis fortuna prosperitatis non variata, seu ipso non affirmante.

"In isto volumine continentur supscripta,

In primis, Questiones de anima secundum magistrum Johannem Scharpe.

Item tractatus de actione elementorum secundum Chylmark.

Item tractatus de formalitatibus secundum Franciscum de Maronis.

Item questiones valde utiles super xii. libros methaphisice secundum Antonium.

Item tabula earundem secundum ordinem alphabeti, secundum Derham.

Item tractatus de decem generibus secundum Scotum, etc.

Item tractatus de duobus primis principiis secundum Burley.

Item tractatus de tribus in toto universo per se agentibus secundum eundem.

Item tractatus de potencia activa et passiva.

Item tractatus Burley de abstractis."

CCLII.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 220, sec. xiv., binis columnis exaratus; ex dono Will. Reed, ep. Cicestrensis.

Distinctiones fratris Nicolai de Byard, ordine alphabetico, prævio indice alphabetico.

Incip. "*Absconditur*, etc. Abscondita est in terra."

Deficiunt sub voce S. "non ipsi nos populus ejus et——"

In initio codicis, "Liber M. Willelmi Reed, quem emit a venerabili fratre domino Thoma Tryllek, episcopo Roffensi; oretis igitur pro utroque." Deinde, "Liber domus scolarium de Mertone in Oxon;" etc. "xi. volumen."

CCLIII.

Membranaceus, in 4to, ff. 180, sec. xiv., binis columnis exaratus; ex dono Joh. Burbache, S. T. P. coll. Mert. socii.

Alberti Magni, Ratisponensis episcopi, Logica varia; scilicet,

1. In Porphyrii Isagogen Commentarius, sive liber de Prædicabilibus. fol. 4.

Tit. "Incipit Logica fratris Alberti ordinis prædicatorum quondam episcopi Ratisponensis, liber primus de universalibus."

Incip. "Primum considerandum est, qualis scientia est logica," ut inter opera, edit. Jammy, tom. i. p. 1.

In calce, "Explicit liber de quinque universalibus, Deo gratias; Explicit Porphirius."

2. Prædicamentorum liber, tractatibus septem comprehensus. fol. 57.

Tit. "Incipit liber predicamentorum."

Exstant ibid. tom. i. p. 94.

In calce, "Explicit liber predicamentorum; Deo gratias."

3. Liber de interpretatione. fol. 113 b.

Tit. "Incipit liber peryarmenias."

Ibid. tom. i. p. 237.

In calce, "Explicit peryarmenias, Deo gratias."

4. Liber Sex Principiorum. fol. 142.

Ibid. tom. i. p. 194.

In calce, "Explicit liber Sex Principiorum."

5. In librum Divisionum. fol. 165.

Tit. "Incipit liber Divisionis."

Incip. "Cum autem principio logice determinatum sit quod logica est scientia."

In calce, "Explicit liber Divisionum expositus a fratre Alberto episcopo; Deo gratias."

Sequitur, *manu altera*, fragmentum commentarii in librum de locis intrinsecis atque extrinsecis.

Incip. "*Locus is;* id est, qui est maximus talis est."

CCLIV.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 138, sec. xiv.

Alexandri Nechami, sive Nequam, Isagogicum, potius corrogationes Promethei de difficilioribus SS. Scripturarum locis.

Tit. "Incipit Ysagogicum magistri Alexandri Nequam."

Incip. pars i. quæ agit præcipue de arte grammatica, "Ferrum situ rubiginem ducit."

Incip. expos. in Test. Vet. ad fol. 27, "Post hec de singulis libris bibliotece aliquas dictiones."

Incip. expos. in Test. Nov. ad fol. 66, "Ad Novi Testamenti seriem me verto."

Desin. "per hoc jam humanam naturam excellentiorem esse angelica."

CCLV.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 88, sec. xiv. ineuntis; binis columnis partim exaratus; ex dono M. Willelmi Duffeld, coll. Mert. socii.

1. Johannitii Isagoge in Galeni Artem Parvam. fol. 2.
2. Galeni Ars parva, cum glossulis marginalibus. fol. 11 b.
3. Hippocratis Aphorismi, cum glossulis. fol. 38.
4. Ejusdem Prognostica. fol. 49.
5. Philareti de pulsibus libellus. fol. 56.
6. Theophili Protospatharii de urinis libellus. fol. 58 b.

   Sequuntur, *manu altera*, notitiæ et receptæ medicinales, medici cujusdam, ut videntur, Adversaria, inter quæ hic illic occurrunt nomina ægrotantium, ex. gr. Joh. Wellewe, Petrus de Bristollia, Will. de S. Dionisio, Rogerus de Bamptone, Joh. de Trinleg, Ricardus de Schrivenham; et ad fol. 69, "Ego pacavi pro roba Walteri Clerici v. sol. et v. d. et idem Walterus tradidit mihi xii. d. pro supertunica Walteri parvi ij. sol. et viii. d. ob. et ego tenebar eidem Waltero pro autumpno xx d. et ex alia parte vj. d."
7. Constantini Africani de ægritudine et de anatomia stomachi liber, prævia ad A. archiep. Salernitanum epistola, et capitulorum tabula. fol. 73.

   Exstat inter opera, edit. Basil. 1536, p. 215.

CCLVI.

Membranaceus, in 4to, ff. 129, sec. xv. ineuntis.

Nicolai Trivet annales regum Anglorum Francorumque ab initio regni Stephani usque ad mortem regis Edwardi III. cum prologo.

Tit. "Incipit prologus fratris Nicolai Treveth ordinis predicatorum in Annales regum Anglie, qui a comitibus Andegavensibus suam traxerunt originem secundum lineam masculinam."

In calce, "Expliciunt gesta regis Edwardi Anglie."

CCLVII.

Membranaceus, in 4to, ff. 164, sec. xiii., binis columnis nitide exaratus; ex dono M. Ric. Fitz-James, nuper custodis de Merton.

1. Proverbia Senecæ per alphabetum. fol. 1.

   Incip. "Alienum est, quicquid optando evenit."
2. Gulielmi de Montibus, Leicestrensis, liber qui dicitur Numerale, sive summa numerorum, præviis capitulis. fol. 4.

   Tit. "Incipiunt capitula libri magistri Willelmi de Monte, qui Numerale vocatur."

   Incip. "Unus est Deus et hoc natura docet."
3. Ejusdem Gulielmi Similitudinum liber, prævia tabula capitulorum alphabetica. fol. 67.

   Tit. "Incipiunt liber Similitudinarii magistri Willelmi de Monte."

   Incip. "Amor terrenus inviscat animum ne possit ad superna volare."

   In calce, versus isti,

   "Sis mundus, verus, justus, nec ore dolosus,
   Non alium perdas, fuge nummum, sperne malignum,
   Non jures falsum, cum fenore munera sperne."
4. Definitiones verborum, secundum auctores sacros profanosque, prævia tabula alphabetica. fol. 112.

   Incip. "Abitudo est abitus comparatus."

   Desin. sub voce Zelus, "est mocio animi sive ad bonum sive ad malum."
5. Roberti Grostete, ep. Lincolniensis, Summa de articulis fidei catholicæ. fol. 140.

   Incip. "Templum Domini sanctum, etc. Sermo iste quamvis omnes tangat quos Spiritus Sanctus."

   In calce, "Explicit summa magistri Roberti Lincolniensis, episcopi de articulis fidei et de fide catholica et de omnibus rebus pertinentibus ad officium sacerdotale."
6. S. Bernardi, abbatis Clarævallensis, Meditationum liber. fol. 148.

   Exstat impress. inter opera, ed. 1690, tom. ii. col. 319.

   In calce codicis, "Liber magistri Ricardi Fytz James, sacre theologie professoris, quem emit 21 die Januarii anno Christi 1481."

CCLVIII.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 131, sec. xiv., binis columnis exaratus.

Petri de Crescentiis Ruralium Commodorum libri duodecim, cum prologo.

Tit. "Incipit liber Ruralium Commodorum a Petro de Crescentiis curie Bononie ad honorem domini omnipotentis et serenissimi regis Karoli compilatus et inventus."

Exstant impress. Basil. 1538 et alibi.

In calce, "Explicit liber Ruralium Commodorum."

Sequitur tabula Rubricarum totius operis cum prologo ad Aymericum de Placentia, ord. Præd. magistrum.

CCLIX.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 99, sec. xiii., olim Will. Reed, ep. Cicestr., ex dono Nic. de Sandwico, postea coll. Merton. ex dono Willelmi prædicti; in calce mutil.

1. Arzatzelis, sive Arzaelis, tabulæ plures astronomicæ. fol. 2.

2. Hermanni Contracti de mensura Astrolabii tractatulus, cum prologo. fol. 42.

   Incip. "Cum a pluribus sepe amicis;" apud Pezium in Thes. Anecdot. tom. iii. part. ii. p. 95.

3. Abu'lcacim (?) tractatulus de Astrolabio ex Arabico in Latinum versus per Johannem Hispalensem. fol. 48.

   Tit. "In nomine Domini misericordis et pii incipit liber in scientia Astrolabii a magistro Johanne de Arabico in Latinum translatus, et sunt xl. capita."

   Incip. "Primum horum est armilla per quam suspenditur."

   In calce, "Finit liber operis Astrolabii ediciore Albchacim de Magerith, qui dicitur Al Macherita."

   Sequuntur nonnulla de planetarum æquatione; incip. "Quicunque vult coequare planetas."

4. Alchabitii, Abdilazi, liber introductorius ad magisterium judiciorum astrorum, [interprete Joh. Hispalensi,] cum prologo. fol. 56.

   Tit. "Incipit liber introductorius Alcabizi qui Abdilazi dicitur, id est, servus Dei, ad totam astronomiam."

   Exstat impress. 4to, Venet. 1485, et alibi.

5. Alfragani, sive Alferganii, liber de motibus cælestibus; [eodem interprete?] fol. 67 b.

   Incip. "Differentia prima in annis Arabum," ut in edit. Norimb. 1537.

   Deficit in verbis, "ortus ejus et occasus Indie et non——"

6. Arzatzelis sive Arzaelis canones astronomici. fol. 76.

   Incip. "Scientia inveniendi radices: cum volueris scire qua die ingreditur unusquisque."

7. Tractatulus de usu astrolabii. fol. 89 b.

   Incip. "Astrologice speculationis exercicium habere volentibus."

   In calce, "Explicit liber regularum astronomie."

8. Albumasaris flores. fol. 94 b.

   Incip. "Oportet te primum scire dominium anni."

   Cf. Brucker Hist. Crit. Phil. tom. iii. p. 121.

9. [Ejusdem?] tractatus de partibus latitudinis planetarum in signis xii. et eorum ortu et occasu; [mutil.] fol. 98.

   Incip. "Debes considerare planetas in hora revolutionis."

   In fol. 1 b. notatur, "Liber M. Will. Reed, archidiac. Roff. ex dono rev. dom. sui M. Nicholai de Sandwyco; Oretis igitur pro utroque."

   Sequitur notitia donationis per eundem Willelmum ad coll. Merton.

CCLX.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 163, sec. xv.; partim manu Manby cujuspiam, partim Chapeleyn exaratus; "ex emptione sociorum hujus domus A. D. M.452."

1. Alberti de modo significandi liber. fol. 2.

   Incip. "Quoniam scire et intelligere continet in omni scientia ex cognicione principiorum."

   In calce, "Explicit modus significandi secundum Albertum."

2. Ejusdem Alberti de passionibus sermonum libellus. fol. 25 b.

   Incip. "Habito de modis significandi parcium oracionis."

   In calce, "Et hec dicta de passionibus sufficiunt sermonum. Deo gracias."

   Sequitur versus,

"Scriptor premissi tractatus nomine Manby."

3. Francisci [de Mayronis?] liber grammaticus de modis significandi. fol. 34 b.
   Incip. "Ut habeatur cognicio regiminis in grammatica secundum modos significandi proporcionales."
   In calce, "Explicit Franciscus de signis."
4. Johannis Duns Scoti in Aristotelis librum de Interpretatione expositio. fol. 62.
   Ad fol. 84 b., "Explicit primum opus Dunce super primum librum periarmonias [*sic*]; secundum opus ejusdem doctoris super primum librum."
5. Ejusdem in Aristotelis Elenchos sophisticos expositio. fol. 95.
   In calce, "Expliciunt questiones Duns super librum Elencorum; Chapeleyn."
6. A. M. S. Boethii libellus de hebdomadibus. fol. 148 b.
   In calce, "Explicit Boecius de Ebdomadibus."
7. [Thomæ Aquinatis liber de ente et essentia; cf. opp. ed. 1593, iv. ad calc.] fol. 154.
   Incip. "Qui errat circa principia, multo magis circa."
   Deficit, "quia sunt materialia, et materia."

CCLXI.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 112, sec. xiii. exeuntis, binis columnis exaratus.

1. [Johannis de Sacro-bosco liber de Algorismo, sive arte numerandi libellus.] fol. 2.
   Exstat inter Rara Mathemat. Vett. ed. Halliwell. p. 1.
2. [Ejusdem, sive Roberti Grostete, tractatus de sphæra.] fol. 5 b.
   Incip. "Tractatum de spera in quatuor partes," ut in editt. impress.
   In calce, "Explicit tractatus de spera."
3. Arnulphi Provincialis libellus de scientiarum divisione. fol. 13.
   Incip. "Sicut scribitur ab Algazele."
   In calce, "Explicit divisio scientiarum omnium tam mecanicarum quam liberalium data a magistro Arnulfo Provinciali, qui rexit Parisius egregie."
4. Roberti Kilwarby de ortu sive divisione scientiarum liber. fol. 19.
   Incip. "Scientiarum alia est divina alia humana."
   Desin. "horoscopica, sortilegium maleficum, prestigium."
5. Ejusdem Roberti de divisione philosophiæ libellus. fol. 67.
   Incip. "Cum summum in vita solacium sit sapientie studium."
6. Themistii, seu potius anonymi cujusdam, in Aristotelis Logicam veterem. fol. 72.
   Tit. *manu recenti scriptus*, "Themistius in artem veterem ut falso creditur."
   Incip. "Secondum quod vult Agazel in methaphisicon sua scientia corrigit vicia anime."
   In calce, "Actum anno Domini m.cc. nonagesimo quarto, die Veneris post Trinitatem Domini."

CCLXII.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 252, sec. xiv., ex dono M. Roberti Stonham.

1. Johannis Gaddesden sive Gatisdeni, coll. Merton. socii, opus medicum, quod dicitur Rosa Medicinæ, libris quinque comprehensum, cum prooemio. fol. 1.
   Incip. "Galienus primo."
   Desin. "sed non vacat mihi modo."
   In calce, "Explicit Rosa Medicine M. Jo. de Gatesdene, Deo ergo sint gratie multe qui ad hunc finem perduxit; Amen."
2. Ejusdem Johannis de medicinis digestivis et laxativis liber. fol. 237 b.
   Incip. "Quoniam quidam de melioribus."
   Desin. "sed dicitur in ejus laude."
3. Arnoldi de Villa-Nova, sive Villanovani, libellus de vinis. fol. 243 b.
   Incip. "Cum instat tempus;" ut inter opp.
4. Hippocratis liber Secretorum, de solutivis et signis mortalibus. fol. 249.
   Incip. "Ventrem solvunt extracta."
   In calce, "Expliciunt secreta Ypocratis."
   Sequitur tabula alphabetica in Rosam Medicinæ.
   Præmittitur codici notitia sequens de Mertonensibus,
   "Blancpayn, } in Milk Street;
   Stonham, } nati London in Chepa;
   Scardeburgh, in strato seu vico vulgariter nuncupato Lumbarde Street."

CCLXIII.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 112, sec. xiii.

Isaaci Judæi medici opera varia per Constantinum Africanum Latine versa; et glossis marginalibus hic illic instructa, scilicet,

1. Opus de diætis universalibus. fol. 1.

Tit. "Incipit liber dietarum universalium magistri Ysaac."

2. Opus de diætis particularibus. fol. 49.

Tit. "Incipiunt diete particulares magistri Ysaac."

3. Liber de urinis. fol. 83.

In calce, "Expliciunt urine Ysaac."

Exstant omnia impressa inter Isaaci opera, edit. 1515, fol. 12, *seqq.*

Sequuntur versus nonnulli de ponderibus medicis, etc. incip.

"Dat scrupulum numus scrupulos tres dragma sed octo."

CCLXIV.

Membranaceus, in 4to, ff. 264, sec. xiv., binis columnis exaratus; ex dono Ric. Fitz-James, nuper custodis collegii de Merton.

Gulielmi Peraldi, episcopi Lugdunensis, Summa de virtutibus, in partes quinque distributa, cum prologo et tabulis rubricarum.

Tit. "Incipit tractatus moralis de virtutibus."

Exstat impress. Colon. 1479.

In calce, Index alphabeticus, et postea, "Liber M. Ricardi Fytz James sacre theologie professoris, emptus per eundem 15 die Januarii anno Christi 1481."

CCLXV.

Membranaceus, in 4to, ff. 112, sec. xv.; ex dono M. Thomæ Bloxham.

Rogeri de Waltham, canon. London., compendium morale de virtutibus; in capita quatuordecim distincta, cum prologo; [mutil.]

Tit. "Prologus in compendium morale de virtutibus, dictis et factis, exemplaribus antiquorum magistri Rogeri de Waltham canonici Londoniarum."

Incip. "Sapienciam antiquorum exquiret sapiens, etc. Petrus eciam diaconus in principio primi libri dialogorum petens a B. Gregorio."

Deficit prope ad initium cap. viii. (cui titulus, "De 12 abusionibus et qualiter princeps, fidem hosti servare, perfidiam hostis spernere et victis parcere debeat;") in verbis "mestissimis lecior effrenatissimis."

Præcedit tabula capitulorum totius operis.

CCLXVI.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 289, sec. xiv.; binis columnis exaratus.

1. Decretum Gratiani cum Johannis de Cadomo glossa continua. fol. 1.

Incip. gloss. "Humanum genus; Tractaturus Gratianus de jure canonico a naturali jure non discordat."

In calce, "Explicit tractatus decretorum per magistrum Johannem de Cadomo compilatus."

Sequitur fragmentum Decretorum Tit. de Consecratione, et posthac manu altera summarum sententiarum lib. 1., partim metrice, incip.

"A. res et signum sunt doctrine duo membra."

2. Decretalium Gregorii papæ IX. tabulæ alphabeticæ, indicibus rubricarum et vocum posthabitis. fol. 131.

Incip. "Abbates non exerceant, que sunt episcopalis dignitatis v. xxxi. xii. C."

In calce, "Expliciunt tabule decretalium."

Sequuntur manu altera versus leonini plures sententiosi, incip.

"Consentis operans defendens non reprehendens."

3. Decreti tabulæ alphabeticæ. fol. 184.

Incip. "Abbates et alia officia per episcopos debent institui, c. xviii. q. i. 'Beatum sibi.'"

4. Distinctiones Decretorum versibus hexametris comprehensæ. fol. 224.

Incip.

"Dividit reducit quod jus distinctio prima."

In calce, "Explicit de distinctionibus decretorum."

5. Distinctiones Decreti Causarum xxxvi. versibus heroicis, eisdem acrostichidibus, expressæ. fol. 224 b.

Incip.

"Est decretorum complexio causa duorum."

Sequuntur "Opiniones magistri sententiarum reprobatæ;" *man. seq.*

6. Kalendarium ad inveniendum per combinationes duarum primarum vocalium in qualibet dictione omnes materias de quibus loquitur in novis decretalibus, cujus subtilitas quinque versibus subsequentibus datur intelligi. fol. 228.

Incip. vers.

"Sub brevitate stili compages materierum."

Sequuntur index alphabeticus, "Abbas conveniri potest sine monachis; Edoceri; 3, 21 b."

---

7. Pulchra introductio libri Decreti cum divisione ejusdem. fol. 276.

Incip. "Primum nostri agressus stabilimus principium."

---

8. Introductiones aliæ in Decretales. fol. 278.

Incip. i. "In nomine Summi, etc. progrediamur exordium, sustentetur medium."

Ad fol. 283 b, "Sequitur pulcra benedictio que requiritur in dacione libri decretorum;" incip. "Iste est qui cognovit."

Præmittuntur codici definitiones plures et alia ad jus civile præcipue spectantia.

CCLXVII.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 142, secc. xiii. et xiv.

1. Correptorium S. Thomæ, sive abbreviatio primæ partis et primæ secundæ partis summæ S. Thomæ Aquinatis, in quæstiones plurimas distincta cum responsionibus. fol. 1.

Tit. "Incipit corruptorium cum responsionibus."

Incip. "Questione xij. arguitur et queritur utrum essentia diversa videatur."

In calce part. i. "Explicit corruptorium contra primam partem summæ. Incipit corrupcio contra primam secunde."

Incip. "In prima parte secundi libri questione 3 articulo quarto."

In calce, "Explicit et expliceat."

2. Anonymi cujusdam liber ad fratrem Neronem (?) de pœnitentia, sive de pœnis quas injungere debet sacerdos confessis. fol. 89.

Tit. i. "Quod prima penitencia ante baptismum."

Incip. "Noverit ergo fraternitas tua quia rerum sunt acciones."

Desin. "nisi ante mortem fuerit ecclesie reconciliatus."

Sequitur epilogus incip. "Ecce mi frater in Christo dilecte Ner. libellum ad te de danda penitencia."

3. Tractatulus de modis pœnitentiæ diversis. fol. 103 b.

Incip. "Qui autem implere poterit quod in penitenciali scriptum est."

In calce versus incip.

"Deditus usure, faciens incendia, falsus."

4. De virtute S. Crucis et sacrámento altaris. fol. 104 b.

Incip. "In virtute Sancte Crucis et in sacramento altaris magna est convenientia."

Sequuntur versus, incip.

"Percuciens clericum, Romam petat, excipiuntur."

5. Epistola destinata a fratre Roberto, archiepiscopo Cantuariensi, ad P. archiepiscopum [?] Corinthiacum de erroribus apud Oxoniam condemnatis, capitulis errorum subjunctis. fol. 109.

Incip. "Scripsistis mihi nuper, quod venerabilis pater dominus episcopus Parisiensis vobis significavit."

Desin. "consistit in virtutibus intellectualibus."

In calce, "Expliciunt errores."

6. Quæstio, utrum vegetativa et sensitiva et intellectiva in homine sit una substantia. f. 119.

Incip. "Queritur utrum vegetativa," etc. "videtur quod sic, quia unius perfectionis."

7. Alani de Monte-Pessulano regulæ theologicæ. fol. 121.

Incip. "Omnis scientia suis utitur regulis vel propriis fundamentis."

Desin. "nisi occasionaliter intelligatur hec prepositio."

In calce, "Expliciunt regule theologice M. Alani de Monte Pessulano."

8. Martini, episcopi Dumiensis, libri de quatuor virtutibus fragmentum. fol. 139 b.

Tit. "Incipit beati Martini libellus de quatuor virtutibus ad Mironem regem."

Incip. "Non ignoro, clementissime rex, flagrantissimam."

Præmittitur codici, "Corruptorium Sancti

Thome cum nonnullis aliis contentis, precio xiij. iiij."

CCLXVIII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 299, anno 1458-9, manu Hermanni de Grypesswaldis exaratus; olim Richardi Phillipps ex dono M. Henrici Morgan.

1. Isagoge in Johannitium, una cum quæstionibus ad eandem spectantibus. fol. 1.

Incip. "Cum terminorum multorum sensuum vere significatione."

Desin. "optimo ordeo facta, etc. Et sic est finis hujus."

In calce, "Expliciunt Ysagoge in Johannicium una cum questionibus huic operi valde necessariis anno Domini millesimo cccc°. quinquagesimo viij. vicesimo tercio die mensis Decembris in vico Draconum, Sarum; Hermannus Zurke, alias de Grypessualdis scripsit, etc."

2. Quæstiones in Galeni Tegni, sive artem Parvam. fol. 190.

Tit. "Incipiunt questiones supra librum Tegni Galeni."

Incip. "Tres sunt omnes, etc. Nota quod tres sunt doctrine ordinarie."

Desin. "sic patet ad questiones supradictas. Et sic habetur finis harum questionum supra librum Tegni Galeni, Deo laus."

In calce, "Expliciunt questiones super librum Tegni Galeni anno Domini m.cccc.lix. tercio decimo die mensis Marcii per Hermannum Zurke alias de Gripesswaldis."

Sequuntur tituli quæstionum.

CCLXIX.

Membranaceus, in folio, ff. 290, sec. xiv. exeuntis, binis columnis exaratus.

Aristotelis Metaphysicorum libri duodecim, cum commentario continuo; *Latine.*

Incip. comment. "Quia iste perscrutatur scientia simpliciter incepit notificare disposicionem."

Desin. "secundum quod est agens motum."

In calce, "Expliciunt libri methafisice commentate."

Sequuntur notitia de cautione alicujus, cujus nomen erasum fuit, exposita anno 1388, et postea fragmentum [Commenti in Gregorii papæ IX. Decretales] finem amplectens libri tertii (de sacramentis, jejuniis et ecclesiis ædificandis) et libri quarti initium, de sponsalibus et matrimoniis.

Incip. lib. iv. "Postquam de hiis que ad clericos pertinent."

CCLXX.

Codex membranaceus, in folio, ff. 183, sec. xiv., binis columnis exaratus; "quem legavit M. Johannes de Osemyngton, quondam socius dicte domus ad incathenandum in libraria communi ad communem usum sociorum."

1. Aristotelis de historia animalium libri sedecim, in quibus includuntur libri de partibus, de motu et de generatione; *Latine.* f. 1.

Tit. "De historiis animalium primus liber incipit quem Aristotelis composuit."

Incip. "Earum que sunt in animalibus parcium."

In calce, "Explicit liber de animalibus."

2. Ejusdem Problemata; *Latine.* fol. 131.

Tit. "Incipiunt problemata Aristotelis."

Incip. "De problematibus, que sunt circa medicinalia."

In calce, "Expliciunt problemata Aristotelis."

CCLXXI.

Membranaceus, in folio, ff. 150, sec. xiv., binis columnis nitide exaratus.

1. Aristotelis de historiis animalium libri sedecim; libros de incessu, de partibus, et de generatione, includentes; *Latine.*

Tit. "Liber primus de hystoriis animalium Aristotelis."

In calce, "Explicit liber de animalibus; Amen."

Versio est eadem ac ista in codice supra memorato.

CCLXXII.

Membranaceus, in folio minori, ff. 295, sec. xiii. exeuntis; binis columnis exaratus.

1. Commentarius in Aristotelis libros de anima. fol. 1.

Incip. "Bonorum honorabilium; Intentio est in hoc libro de anima circa quod in principio."

Desin. "aut intellectu admixto cum fantasia. Explicit."

2. Commentarius in librum de memoria et reminiscentia. fol. 22.

Incip. "Reliquorum autem; Quibusdam naturalis philosophie doctoribus."

3. In librum de longitudine et brevitate vitæ commentarius. fol. 23 b.

Incip. "De eo autem; Cum ex sentencia omnium recte."

4. In librum de generatione et corruptione. f. 25.

Incip. "Cum in libro phisicorum determinatum sit."

Deficit in verbis, "materia et forma, si autem hic destruit."

---

5. In libros de causis, sive de statu causarum. f. 37.

Incip. "Consideracio quidem; Assercio philosophorum et magistrorum sentencia."

Desin. "ipsum esse principium; Deo gratias."

6. In libros quatuor meteororum. fol. 64.

Incip. "Postquam precessit; Ex divisione naturalis philosophie patet."

7. In libros iv. de cœlo et mundo. fol. 71 b.

Incip. "Summa cognicionis; Secundum rectum ordinem iste liber."

In calce, "Explicit sentencia quarti libri celi et mundi."

8. Quæstiones in quatuor libros physicorum, secundum magistrum Galfridum de Haspyl. fol. 88.

Incip. "Quoniam autem oportet; Queritur de unitate scientie naturalis."

9. Quæstiones in Physicorum librum octavum. fol. 113.

Incip. "Utrum autem factum sit; Queritur primo an sit motus primus."

10. In Physicorum libros primum, tertium, et quartum quæstiones. fol. 119.

Incip. "Quoniam iste liber, qui intitulatur, Liber phisicorum."

11. In Physicorum libros quinque priores. f. 136.

Incip. "Excellentissimum divine munificentie donum est philosophia."

12. In libros de generatione et corruptione. f. 175.

Incip. "Cujuslibet divisibilis extensi."

13. In libros tres de anima. fol. 191.

Incip. "Bonorum, etc. Scibilium quoddam est scibile simplex."

In calce, "Oratio magistri . . . de Monte forti in vesperis."

14. In librum de intellectu et intelligibili. fol. 242.

Incip. "De parte autem; Cum sit duplex intellectus."

15. In librum de sensu et sensato. fol. 254.

Incip. "Quoniam autem; In hoc libro qui intitulatur."

16. In librum de somno et vigilia. fol. 274 b.

Incip. "Quia vult Aristoteles in litera quod sompnus."

17. In librum de morte et vita. fol. 282.

Incip. "In isto libro determinat Aristoteles de causis."

Deficit in verbis, "quia in animalibus."

Sequitur fragmentum commentarii in opus aliquod de partibus orationis, incip. "Ut Aristoteles in secundo de anima."

CCLXXIII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 223, sec. xiv., binis columnis exaratus.

1. Thomæ Aquinatis in Aristotelis Metaphysicorum libros commentarii. fol. 1.

Exstant in operum editionibus variis.

2. Ejusdem Thomæ super Politicorum libros commentarii. fol. 114 b.

Exstant ibid.

In fronte codicis notatur pretium codicis 'xl.s.' et postea, "Secundus liber de sorte Abyndon" et "quintus liber de sorte Johannis Look."

CCLXXIV.

Membranaceus, in folio minori, ff. 319, sec. xiv., binis columnis exaratus.

1. Thomæ Aquinatis in Aristotelis de cœlo et mundo libros quatuor expositio continuata per Petrum de Alvernia. fol. 1.

Exstant impress. Venet. 1590.

In calce, "In hoc completur expositio magistri Petri de Alvernia."

2. Ejusdem in libros de generatione et corruptione expositio continuata per magistrum Thomam de Sutton. fol. 79 b.

Incip. "Sicut philosophus tradit in tertio de anima," ut in editt. impress.

Desin. Tho. de Aquino comment., ad fol. 92, circa medium primi libri, in verbis, "et fiet totaliter aqua. Quoniam autem principium"—et post verba ista, "Hic terminatur expositio fratris Thome de Aquino et incipit expositio fratris Thome de Suthona."

Incip. Tho. de Suthona expos. "Postquam philosophus determinavit de generatione et corruptione;" et desin. "a quo omnia participant esse, Ipsi honor et gloria," etc.

3. Petri de Alvernia in Aristotelis libros Meteororum iv. commentarius. fol. 122.

Incip. "Philosophus in primo phisicorum proponit innata ex certioribus."

Desin. "a Quo principaliter procedunt et diriguntur omnia, Qui est benedictus;" etc.

In calce, "Explicit sentencia magistri Petri de Avernia super libris Metherorum Aristotelis."

4. Ejusdem in libros duo de somno et vigilia commentarius. fol. 222.

Incip. "Secundum philosophum secundo phisicorum."

5. Ejusdem in librum de motu animalium. fol. 250 b.

Incip. "Sicut innuit philosophus tertio phisicorum;" ut in Thomæ Aquinatis comment. Venet. 1588, p. 89.

6. Ejusdem in librum de senectute et juventute. fol. 263.

Incip. "Sicut dicit philosophus primo phisicorum;" ut ibid. p. 122.

7. Ejusdem in librum de Respiratione. fol. 269 b.

Incip. "Animalium autem, etc. Postquam philosophus declaravit;" ut ibid.

8. Ejusdem in librum de vita et morte. fol. 280.

Incip. "Est quidem omnibus; etc. Postquam philosophus determinavit;" ut ibid.

In calce, "Explicit sentencia magistri Petri de Alvarnia de morte et vita."

9. Thomæ Aquinatis in librum de sensu et sensato commentarius. fol. 284 b.

Incip. "Sicut dicit philosophus in tercio de anima;" ut ibid. p. 1.

In marg. super. scripsit *man. sec.* "Incipit de sensu et sensato fratris Thome."

10. Ejusdem in librum de memoria et reminiscentia. fol. 310.

Incip. "Sicut dicit philosophus in vij. de historiis;" ut in edit. cit. p. 47.

CCLXXV.

Codex membranaceus, in folio, ff. 238, sec. xiv., binis columnis exaratus.

1. Thomæ Aquinatis in Aristotelis de anima libros tres commentarius. fol. 4.

Incip. "Sicut philosophus docet in xi. de animalibus;" ut in editt. impress.

In calce, "Explicit sentencia super librum de anima secundum fratrem Thomam de Aquino, ordinis predicatorum; Amen; Amen."

2. Ejusdem Thomæ in librum Aristotelis de sensu et sensato commentarius. fol. 44.

Incip. "Sicut philosophus dicit in tertio de anima;" ut ibid.

In calce, "Expliciunt sentencie super librum de sensu et sensato. Incipiunt autem super librum de memoria et reminiscentia fratris Thome de Aquino."

3. Ejusdem commentum in librum de memoria et reminiscentia. fol. 60 b.

Incip. "Sicut philosophus dicit in vij. de historiis animalium;" ut ibid.

In calce, "Expliciunt sentencie super librum de memoria et reminiscentia."

4. Anonymi quæstiones in Aristotelis libros de anima. fol. 67.

Incip. "Bonorum honorabilium; etc. In omnibus argumentis et doctrinis necesse est primo considerare."

5. Quæstiones in librum primum de anima, auctore anonymo. fol. 85.

Incip. "Bonorum; etc. Supletis aliis hujus scientie antequam."

6. Quæstiones aliæ in librum primum de anima. fol. 98.

Incip. "Bonorum; Circa librum istum querenda sunt quedam extrinseca."

7. Quæstiones aliæ in libros tres de anima. f. 108.

Incip. "Bonorum; Anima scientiam habet honorabilem et mirabilem et ad cognicionem."

8. Thomæ Aquinatis liber de virtutibus. f. 154 b.

Incip. "Questio est de virtutibus in communi, et primo queritur utrum virtutes sint habitus."

In calce, "Expliciunt questiones de virtutibus anime in communi fratris Thome de Aquino; Amen."

9. Petri de Alvernia Lectura in Aristotelis librum de sensu et sensato. fol. 205.

Incip. "Sicut dicit philosophus in sexto metaphisice, Tres sunt scientie."

In calce, "Expliciunt questiones supra de sensu et sensato disputate a magistro Petro de Alvernia; benedictus Deus; Amen."

10. Ejusdem Lectura in librum de memoria et reminiscentia. fol. 214.

Incip. "Sicut dicit philosophus sexto de historiis animalium, Natura peculative procedit."

In calce, "Expliciunt questiones super de memoria et reminiscentia."

11. Ejusdem in librum de somno et vigilia. f. 217.

Incip. "De sompno, etc. Queritur utrum de sompno et vigilia sit scientia."

In calce, "Expliciunt questiones de sompno et vigilia disputate a magistro Petro de Alvernia; benedictus Deus; Amen."

Sequuntur alia de modo intelligendi, etc. incip. "De modo intelligendi primo est sciendum quod quia intellectus."

12. In librum primum de motu animalium commentarius. fol. 220.

Incip. "De motu autem; Sicut patet per philosophum tercio phisicorum."

13. Fragmentum commentarii in librum de juventute et senectute, de vita et morte; etc. f. 233.

Incip. "In isto libro determinat philosophus de quibusdam passionibus."

Sequitur fragmentum commenti in Decreti Causam iv. de testibus: præmittitur quoque codici fragmentum Digesti novi.

CCLXXVI.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 176, sec. xiv., binis columnis exaratus.

1. Anonymi cujusdam in Aristotelis libros de sensu et sensato, de memoria et reminiscentia, et de anima quæstiones. [mutil.] fol. 1.

Incip. "Queritur utrum de sensu et sensato possit esse scientia, videtur quod de sensato non sit scientia."

2. Aristotelis liber de causis, cum commento; imperf. fol. 17.

Incip. "Omnis primaria causa; Cum ergo removet causa secunda."

3. Reprobationes dictorum a fratre Ægidio [de Columna, Romano?] in sententiarum libros. fol. 22.

Incip. "Frater Egidius super i sententiarum questione 3, qua queritur quid est subjectum in sacra pagina, dicit quod ars est ymago nature."

4. Tabula super novem Quodlibeta magistri Godefridi [Cornubiensis], quam ad articulos et loca in quibus dissentit ab aliis; et hoc a quinto Quodlibet et sic deinceps. fol. 51.

Incip. "Quinto Quodlibet q. i. circa transubstantiacionem unius substancie in aliam videtur ponere."

5. Aristotelis Magna Moralia, in compendium redacta. fol. 53.

Incip. "Quoniam eligimus dicere de moralibus."

In calce, "Explicit mangnorum moralium Aristotelis Stagerite. In hoc libro deficit tractatus de felicitate de qua in libro x. cap. 7 et 8, et 9 et 10."

6. In Aristotelis libros primum et secundum de cælo et mundo expositio. fol. 68.

Incip. "Sicud scribit philosophus secundo metaphisice vocari."

7. Thomæ Aquinatis expositio in octo libros Physicorum; [hic illic mutil.] fol. 95.

Incip. "Quia liber phisicorum cujus expositioni intendimus;" ut in editt. impress.

In calce, "Explicit expositio fratris Thomæ Aquinatis super 8. libros phisicorum Aristotelis."

Sequuntur nonnulla de dominio Lunæ super mare; incip. "Visis effectibus quorum causa latet."

8. Quæstiones super tertium librum de anima. fol. 165.

Incip. "Quia sicud dicit comentator comento 4 tertii de anima."

Præmittitur codici notitia, "Hic liber reparatus est de novo bonis M. Roberti Fermour, oretis igitur pro anima ejus."

CCLXXVII.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 103, sec. xiv., binis columnis exaratus; "ex legato J. Raynham, S. T. P. quondam socii."

1. Thomæ Aquinatis super Aristotelis posteriorum libros expositio. fol. 4.

Incip. "Necessita scujuslibet rei ordinate ad finem sentitur ex suo."

In calce, "Sententie secundum fratrem Thomam de Aquino expliciunt."

2. Ejusdem expositio in Metaphysica; imperf. fol. 42.

Exstat in editt. impress.

Deficit in verbis "aliquid esse per se—"

In ff. 2 b et 3 b, notantur, inter alia nullius momenti, "secundus, de sorte Martyn," "octavus, de sorte Johannis Chilmark," "de sorte Walbere," "de sorte Wodeward;" et in fine codicis, "Willelmus Dulcis, Gallicus natione."

CCLXXVIII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 196, sec. xiv., binis columnis exaratus.

1. Aristotelis de Animalibus libri novendecim ex Arabico in Latinum translati per Michaelem Scotum, cum capitulorum tabula. fol. 5.

Incip. prol. brev. "In nomine Domini nostri Jhesu Christi omnipotentis misericordis et pii incipit tractatus libri, quem composuit Aristoteles in cognicione naturarum Animalium, agrestium et marinorum, a magistro Michaele Scoto apud Tholetum translatus, et in illo est modus conjunctionis animalium in generacione;" etc.

Incip. translat. "Quedam partes corporum animalium dicuntur."

Desin. "propter causam finalem et propter causam moventem."

In calce, "Explicit liber de animalibus."

In calce tabulæ præmissæ, "Expliciunt intitulaciones omnium xix. librorum et capitulorum libri de animalibus."

2. Libellus de humana natura. fol. 180 b.

Incip. "Cerebrum est natura frigidum."

3. Libellus de intellectu et intellecto. fol. 183 b.

Incip. "Intellexi quod quem tibi scribi sermonem brevem de intellectu secundum scientiam Platonis et Aristotelis."

4. Libellus de anima ex S. Augustino confectus. fol. 184.

Incip. "Vidisti, ne unquam oculos."

5. Libellus de unitate et uno. fol. 185 b.

Incip. "Unitas est qua unaquæque res."

6. Libellus Averrois de constitutione orbis et ipsius substantia. fol. 187 b.

Incip. "In hoc tractatu intendimus perscrutari."

In calce, "Explicit tractatus Averoiz de compositione orbis, et continet v. partes nobillissimas."

7. Hadriani Imperatoris cum Secundo philosopho dialogus. fol. 194 b.

CCLXXIX.

Codex membranaceus, in folio, ff. 179, sec. xiv. exeuntis, binis columnis exaratus.

Johannis de Dombleton summa de logicis et naturalibus in partes octo distributa; in calce mutil.

Incip. "Incipiendum est a primis cum minimus error in principio in fine maximus est."

Deficit in verbis, "agente igitur qualibet terra——"

Præmittuntur tituli totius operis.

CCLXXX.

Membranaceus, in folio, ff. 143, sec. xiii. exeuntis, binis columnis exaratus; anno 1315 peculium Will. Hordle, postea Henrici de Hinklee, et denique coll. Merton. ex assignatione Will. Jugge, archidiac. Surreiensis, ejusdem coll. socii.

1. Roberti Grostete, ep. Lincolniensis, in Aristotelis de Sophisticis elenchis libros duo commentarii. fol. 3.

Incip. "De sophisticis autem elenchis et de hiis que videntur elenchi, cum dubitandum sit."

Desin. "multas referant grates."

In calce, "Explicit tractatus super librum elenchorum datus a magistro Roberto Grostest."

2. Roberti Kylwardby in Aristotelis libros duo priorum analyticorum commentarii. fol. 38.

Incip. "Cum omnis scientia sit veri inquisitiva."

Desin. "quod non est inconveniens."

In calce, "Expliciunt notule super secundum priorum."

Sequuntur ad fol. 100, Dubitationes super mixtionibus, incip. "Circa conversionem illarum de inesse;" et desin. "et in hoc complentur dubitationes super librum priorum," et *man. sec.* "Secundum Kylwardeby et finiuntur questiones bone super eodem libro."

3. Roberti Grostete in libros duo posteriorum commentarii. fol. 107.

Incip. "Intentio Aristotelis in hoc libro est investigare."

Desin. "in omni sillogismo se habente."

In calce, "Grates sunt Deo altissimo, Jhesu Christo Domino, Amen. Explicit; Amen."

4. Anonymi cujusdam quæstiones in eosdem libros de Definitione, etc.; initio mutil. f. 131.

Incip. "Ad primum principale, quando arguitur quod sunt."

Desin. "oportet quod quelibet doctrina philosophi sit demonstrativa quemadmodum doctrine mathematice sunt."

Sequitur fragmentum de libellis, et deinde, "Iste liber constat Willelmo B. Hordle, scolari Oxonie scolatisanti anno Domini millesimo ccc.xv., eodem autem anno magistro Henrico de Hinklee, Cant. ibidem existenti."

CCLXXXI.

Codex membranaceus, in folio, ff. 229, sec. xiv. ineuntis, binis columnis exaratus; olim Will. Reed, ep. Cicestr. ex dono Nicolai de Sandwyco, postea coll. Mert. ex dono ejusdem Willelmi.

1. Ægidii [de Columna?] Commentum in Aristotelis librum de bona fortuna. fol. 1.

Incip. "Quidam ordinant in idem bonam fortunam."

In calce, "Explicit de bona fortuna Aristotelis scriptum Egidii; Deo gracias."

2. Anonymi cujusdam in Aristotelis Meteororum librum quartum commentarius. f. 11 b.

Incip. "Quoniam autem; Postquam philosophus determinavit de corpore simplici."

Desin. "a quo principaliter procedunt et diriguntur omnia, Qui est," etc.

Sequuntur alia pauca incip. "Si igitur habemus cujus generis unumquemque omiomerorum."

In calce, "Amen; Scriptor sit benedictus; Amen."

3. Fragmentum de Medicina, quæ dicitur Theriaca, ex Averrois dictis collectum. fol. 38.

Incip. "Inquid magnus medicus Hamet Averroys, postquam prius Deo gratias egero."

4. Fernandi cujusdam in Aristotelis Metaphysicorum libros commentarius; in calce mutil. fol. 40.

Incip. "Sicut scribit Aristoteles quarto Ethicorum, oportet non secundum suadentes."

Deficit in lib. x. in verbis, "Non est de quidditate rei, est."

---

5. Tabula alphabetica medicinarum; index scilicet ad opus quoddam medicinale. fol. 150 b.

---

6. Alexandri [Aphrodisiensis] Commentum super Aristotelis libros quatuor meteororum. f. 152.

Incip. "De primis quidem igitur causis nature et de omni motu naturali. Incipiens metheorologica primo nobis ad memoriam."

In calce, "Anno Domini m.°cc.°lx.° in vigilia Marchi evangeliste."

7. Aristotelis libellus de physionomia, ex versione antiqua. fol. 180 b.

In calce, "Explicit phisionomia Aristotelis."

---

8. Albumasar de magnis conjunctionibus, annorum revolutionibus et eorum profectionibus, tractatus octo. fol. 185.

Tit. "Hic est liber in summa de significationibus individuorum superiorum super accidentia que efficiuntur in mundo generationis de presenti eorum respectu ascendentium, incepcionum conjunctionalium et aliorum, et corruptionis, et sunt 8 tractatus, et sunt 63 differentie; editus Alaphaz astrologo, qui dictus est Albumasar."

Exstant impress. Venet. 1515.

In calce, "Completus est liber conjunctionum ex dictis Albumasar Japhaz, filii Machomet Abalchi cum laude Dei," etc.

"Finito libro . sit laus et gloria Christo."

9. [Ejusdem] Introductorii in Astronomiam tractatus ii. iii. iv., prævia cuique differentiarum tabula. fol. 215.

Tit. i. "Tractatus secundi libri Introductorii, in quo sunt viiij. differentie."

Incip. "Quid sapientes antiqui;" cf. edit. Ven. 1506, sign. b. 2. verso.

CCLXXXII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 177, sec. xiv. ineuntis, binis columnis exaratus; olim Will. Reed, ex dono Nic. de Sandwyco, postea coll. Mert. ex dono ejusdem Willelmi.

In calce codicis, " Scriptus per manum fratris Johannis Holt, ordinis beate Marie genitricis Dei de monte Carmeli."

CCCXX.

Codex membranaceus, in folio, ff. 194, sec. xiv., binis columnis optime exaratus.

Henrici de Bracton opus de legibus et consuetudinibus Angliæ in libros octo distinctum.

Tit. "Incipit liber domini Henrici de Brattona super legibus et consuetudinibus regni Anglie."

Præcedit capitulorum tabula locuples, intitulata, "Incipiunt tituli tractatus domini Henrici de Brattona quondam justiciarii in Anglia editi super legibus et consuetudinibus regni Anglicani tam super placitis corone quam placitis terre cum formis brevium competencium utriusque."

Exstat impress. in fol. Lond. 1569.

CCCXXI.

Membranaceus, in folio minori, ff. 174, sec. xiv. ineuntis, binis columnis nitide exaratus; ex dono "Johannis Lister, de Bawtrey, in agro Eboracensi Arm. fil. et coll. Mert. commensalis, Nov. 17, 1674."

1. Statutorum collectio chartarumque temp. Henr. III. et Edw. I. editarum, quarum tituli sequuntur,

1. Magna Charta. fol. 1.
2. Charta de Foresta. fol. 3.
3. Provisio de Mertona. fol. 4.
4. Statutum de Marleberga. fol. 5.
5. Statuta prima Westmonasterii; *Gallice.* fol. 8.

Tit. "Le primer estatut Westmonastre."

6. De districtionibus; *Gall.* fol. 14.
7. Assisa Panis. fol. 14 b.
8. Statuta de Scaccario; *Gall.* fol. 156.

Tit. "Estatut del Eschekere."

9. De mercatoribus; *Gall.* fol. 17.
10. Tertium statutum Westm., scil. de mediis. fol. 17 b.

In calce, *manus recentior* descripsit nomina regum Angliæ, ab Alfredo usque ad Henr. VI.

11. Statutum de religiosis. fol. 18.
12. Estatut de Gloucestre; *Gall.* fol. 18 b.
13. Explanationes Gloucestriæ. fol. 20.
14. Statuta Westm. secunda. fol. 20.
15. De finibus. fol. 32.
16. De moneta, 'edita apud Stebenhuth.' f. 33.
17. Summa assisarum. fol. 34.

2. Summa Placitorum, quæ dicitur Brito, auctore Joh. de Britton, episc. Herefordensi, in libros quinque distributa, prævia capitulorum tabula; *Gallice.* fol. 45.

Tit. "Ceste soume contient deus maneres de pleez principaumment; ceo est a sauer pleez personeus, e plez reaus; de personeus pleez est fet un livre, qe contient chapitres dont le primer est ceo."

Differt in pluribus locis codex noster ab ed. Wingate, 1640.

3. Walteri de Henley liber de husbandria, in partes duas distinctus, quarum una decem, altera habet viginti, capitula; *Gallice*, excepto primo capitulo. fol. 152.

Tit. "Modus qualiter ballivi prepositi debent onerari super compotum reddendum, et qualiter debet manerium custodiri."

Incip. "Primo debet ille qui compotum reddet, jurare quod compotum reddet fidelem."

Desin. part. i. "Si auerez ij. galons de mel de chescune bouche."

In calce, "Explicit una hosebonderia et sequitur alia."

Incip. pars altera, cui præcedit tabula capitulorum, "Ad primes coment hom deit terre e tenemens gouerner. Li pieres siet en sa veilesce e dit a son fiz, Viuez sagement;" ut in cod. Douce, Bibl. Bodl. 98, fol. 187 b.

Desin. "par ceo se garderont le menz de mal fere e se peneront de menz fere."

In calce, "Explicit major hosebonderia."

Cf. "Pegge's Life of Grostete, p. 285," et exemplar versu Latino scriptum, in Bibl. Bodl. MS. Digby, 147.

4. Estatut de Excestre; *Gallice.* fol. 160.
5. Provisio de anno et die, [21 H. 3.]. fol. 161 b.
6. Estatut de Champartours; *Gallice.* fol. 162.
7. Circumspecte agatis. fol. 162.
8. De Juratoribus. fol. 162.
9. De hereditate sororum infra ætatem; [Stat. Hibern. 14 H. III.] fol. 162 b.
10. Liber de Essoniis. fol. 163 b.

Incip. "Primum capitulum de difficultate essoniarum contra viros et mulieres et contra plures tenentes."

11. Estatut de la Monce; *Gall.* fol. 167.
12. Statut de Trespas; *Gall.* fol. 167 b.
13. Registrum Brevium, cum casibus variis; *Lat.* et *Gall.* fol. 168.
    Incip. "Nullus potest obligare assingnatos ad warantyam."

CCCXXII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 24, sec. xiv., binis columnis exaratus; ex dono Roberti King, coll. hujus capellani 1678.

Francisci [de Mayronibus?] super secundum librum sententiarum commentarius; in calce mutil.

Incip. "Circa principium secundi libri sentenciarum quero unam questionem."

Defic. in verbis, "sunt uni in ratione."

Præmittitur, "Franciscus super secundum Sentenciarum, precium iij. s. iiij. d."

CCCXXIII.

Chartaceus, in folio, ff. 53, sec. xvi.; "bibliothecæ Mert. donavit dominus Thomas Clayton, eques auratus, et collegii hujus custos, Mar. 2, 1680."

Hoelli Dha Leges, cum præfatione.

Incip. præf. "Hoelus, cognomento Bonus, filius Cadolli, Dei gratia rex Cambrie."

In margine scripsit aliquis pedegradum Johannis Dee, a dicto Hoello incipientem.

In calce codicis, "Expliciunt leges Howeli."

CCCXXIV.

Chartaceus, in folio, ff. 234, sec. xv., olim Johannis Hatfield, postea coll. Mert. ex dono Caroli King, socii.

1. Sententiæ proverbiales ex Galeno, Platone, etc. fol. 1.
   Incip. "Sobrietas memoriam servat."
2. De ponderibus et mensuris. fol. 1 b.
   Incip. "Siclus et stater et tenarius."
3. Asclepii opus, quod dicitur Speculum medicorum, cum prologo et titulis, numero 1019, præviis. fol. 3.
   Incip. prol. metrice ut sequitur,
   "Ne tibi displiceat quod sic sum corpore parvus,
   Ortulus iste brevis micia poma gerit."
   Incip. lib. "Quia de egritudinibus singularum parcium corporis tractaturi sumus."
4. Trotulæ liber de morbis mulierum, præviis capitulis. fol. 94 b.
   Tit. "Incipiunt capitula in librum Trotule de egritudinibus mulierum."
5. Alexandri libellus de coitu, cum capitulis. fol. 113 b.
   Tit. "Incipit liber Alexandri de coitu et ejus effectu."
   Incip. "Creator volens omne genus firmiter ac stabiliter."
6. Libellus de flebotomia, cum capitulis. fol. 118.
   Incip. "Sanguis alius est naturalis."
7. Walteri Agulini, sive Aquilini, de urinis libellus, cum tabula capitulorum. fol. 121.
   Tit. "Incipiunt capitula magistri Walteri Agulini de urinis."
   Incip. "Urina calida in terra color rubeus."
8. Ricardi Salernitani libellus de urinis et febribus, cum capitulis. fol. 123 b.
   Tit. "Incipit liber M. Ricardi Salernie medici de hiis que sunt consideranda in omnibus urinis."
   Incip. "Qui cupit urinas," etc. "Quinque attenduntur generalia et principalia."
9. Liber Hippocratis "de complexionibus, urinis, morbis, et medicinis, et de sanitate conservanda, regi Mecenati missus." fol. 129 b.
   Incip. "Libellum quem rogasti."
10. Liber de pulsibus ad Johannem. fol. 134.
    Incip. "Qua te devocione teneam, mi Johannes."
11. Experimenta Cophonis de febribus. fol. 136.
    Incip. "Quoniam humanum corpus."
12. Experimenta Parisii abbatis de febribus. fol. 137 b.
    Incip. "Sciendum est quod ex nimia."
13. Secretissimum regis Cateni Persarum de virtute aquilæ. fol. 142.
    Incip. "Est enim aquila rex omnium avium."
    In calce, "Explicit iste tractatus a magistro Willelmo Anglico de lingua Arabica in Latinum translatus."
14. Liber de virtutibus bestiarum et avium. fol. 142 b.
    Incip. "Regi Egipciorum Octoniano Augusto, salutem. Pluribus exemplis tuam."
15. Quæstiones naturales "arti phisice competentes." fol. 144.
    Incip. "Omnia corpora ex quatuor elementis."

16. Liber Anathomiæ partim ex Ricardo Salernitano confectus. fol. 150 b.
Incip.
"Hic bene quadrifera distinguitur Anathomia;" etc.
"Constituencia corporis humani."

17. Geraldi de medicinis simplicibus et compositis, præviis capitulis, numero 1013. fol. 154 b.
Incip. "Cum omnis scientia ex fine."

18. De virtute simplicis medicinæ. fol. 181.
Incip. "Perfecte igitur temperate."

19. Liber de practica equorum et aliorum animalium et avium. fol. 188.
Incip. "Quoniam humana jocunditas in equorum incolumitate."

20. Herbarium, sive liber de virtutibus herbarum, versibus expressum, cum glossulis, præviis capitulis. fol. 192.
Tit. i. "De arthemesia, ermoyse, mugweed."
Incip.
"Herbarum quasdam dicturus carmine vates."

21. Marbodi de gemmis carmen. fol. 220 b.
Tit. "Incipit de generibus lapidum, et nominibus et eorum virtutibus."
Incip.
"Evax rex Arabum legitur scripsisse Neroni."
Cf. Leyser. Poett. med. æt. p. 369.
In calce, "Explicit liber Marbodi de lapidibus, habens versus septingentos xxx."

22. Libellus experimentorum pro diversis. f. 229 b.
Incip. "Ad dissolvendum flemmaticos humores."

CCCXXV.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 119, sec. xiv., nitide exaratus et servatus; olim liber S. Mariæ de Bridelington, deinde Richardi Baylton, et postea an. 1698, Edmundi Welchman, eccl. Lapworth. rectoris.

Petri de Riga liber qui dicitur Aurora, Pentateuchum librosque Regum et Maccabæorum amplectens metrice versos, cum prologo.
Incip. prol. "Sodalium meorum petitio."
Tit. "Incipit liber magistri Petri cujus titulus est, Aurora."
Incip.
"Prima facta die duo celum terra leguntur,
Fit firmamenti spera sequente die."
Desin. lib. Maccab.
"Summi pontificis cepit honore frui."
Sequitur Testamenti Novi historia similiter reddita; incip.
"Symone quod debet morti solvente Johannes,
Qui fuit Hyrcanus jura paterna subit."
De opere isto consulat lector Polycarp. Leyserum, de poetis med. et inf. ætatis, p. 692.
In initio codicis, "Liber Sancte Marie de Bridelington; qui eum alienaverit anathema sit."

CCCXXVI.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 168, sec. xv.; nitide scriptus.

1. Francisci Petrarchæ, poetæ Florentini, Triumphi; *Italice.* fol. 1.
Tit. "Triomfi di messer Francesco Petrarca poeta Fiorentine Laureat . . . capitolio Romano."

2. Ejusdem Petrarchæ Carmina, sive "Canzoni et Sonetti," numero ccclxi.; *Italice.* fol. 36.
Carmina priora tria evulsa sunt.
In calce, "Finiscono li canzoni et sonetti di messer Francesco Petrarca, poeta Fiorentino."
Sequitur tabula carminum initiorum alphabetica; in calce mutil.

CCCXXVII.

Membranaceus, in folio, ff. 18, sec. xv.; ex dono Johannis Buddeni, Reg. Prof. Jur. Oxon., 17 April. 1613.

Statuta collegii SS. Gregorii et Martini de Wy in comitatu Cantiæ, prout ordinata sunt per fundatorem, Johannem presbyterum Cardinalem S. Balbinæ et archiepiscopum Cantuariensem, dat. 14 Jan. 1447.

In calce est ordinatio Nicolai Wright, ejusdem collegii præpositi, pro collecta in memoriam specialem Thomæ Londoniensis episcopi confundatoris et singularissimi benefactoris.

In calce codicis, "Dono dedit collegio Mertonensi clarissimus vir Johannes Buddenus in facultate juris Regius professor in academia Oxon. 17 April. 1613.

Ita testor Thomas Frenche, notarius publicus, Universitatis Oxon. registrarius."

CODICES ORIENTALES.

I. [ol. 333.]

Codex chartaceus, in 4to, ff. 134, sec. xv., ex dono M. Roberti Huntington, socii, April. 30, 1673.

1. Porphyrii Isagoge; *Hebraice.* fol. 1.
2. Aristotelis liber de interpretatione; *Hebraice.* fol. 30.
3. Ejusdem Analytica priora, etc.; *Hebraice.* fol. 77.

II. [ol. 334.]

Chartaceus, ex charta lævigata, in 4to, ff. 174, sec. xvi. ineuntis; "ex dono magistri Roberti Huntington;" ut supra.

Ali Ben Abi Taleb, Imperatoris, sententiarum liber, secundum ordinem alphabeti; *Arabice.*

III. [ol. 335.]

Chartaceus, ex charta lævigata, in 4to, ff. 403, sec. xvi. ineuntis; "ex dono magistri Roberti Huntington;" ut supra.

Commentarius in partem tertiam operis Ibn Alsikkit grammatici, 'Clavis scientiarum' dicti; auctore celeberrimo Ali B. Mohammed Aljorjani, dicto Alsaid Alsherif; *Arabice.*

Exstat opus istud in MS. in Bibl. Bodl. Cod. Marsh 314, et alibi.

IV. [ol. 332.]

Codex chartaceus, ex charta lævigata, in folio minori, ff. 216, sec. xvi.; "ex dono magistri Roberti Huntington;" ut supra.

Alcoranus; *Arabice.*

V. [ol. 324.]

Chartaceus, in 4to minori, ff. 444, sec. xvi.

Lexici Hebraici R. Davidis Cimchii, pars posterior, *Latine* reddita.

Incip. in verbis, "Separatæ מֶשֶׁק productio spinæ, expositio ejus secundum locum ejus est pullulatio spinarum."

Desin. "domine fortis meus et redemtor meus."

Sequitur epilogus traductoris; incip. "Benedictus misericors;" et desin. "hic Neapoli in mense Jullii ducentessimo quinquagesimo anno supra quinque millia creatoris mundi secundum computationem Hebreorum, quod est anno a nativitate domini nostri Jhesu Christi milessimo quadringentessimo nonagessimo."

In calce codicis, "Tuus quantus est Henricus Savillus."

VI. [ol. 336.]

Codex chartaceus, ex charta bombycina, in 4to, ff. 165, sec. xvi. ineuntis; ex dono M. Roberti Huntington; ut supra.

R. Samuelis Ben David commentariorum in Pentateuchum tomus primus, in quo illustratur Liber Genesis; *Hebraice.*

Consulat lector J. C. Wolfii Bibliothecam Hebræam, vol. i. p. 1092, §. 2053; qui codicem nostrum diffusius descripsit.

VII. [ol. 337.]

Chartaceus, ex charta bombycina, in 4to, ff. 195, sec. xvi. ineuntis; ex dono R. Huntington; ut supra.

R. Samuelis Ben David in Exodum commentarii, sive operis supradicti volumen alterum; *Hebraice.*

VIII. [ol. 338.]

Chartaceus, ex charta bombycina, in 4to, ff. 201, sec. xvi. ineuntis; ex dono ejusdem R. Huntington.

R. Samuelis Ben David in Leviticum commentarii, sive operis supradicti volumen tertium; *Hebraice.*

IX. [ol. 339.]

Chartaceus, ex charta bombycina, in 4to, ff. 176, sec. xvi. ineuntis; ex dono ejusdem R. Huntington.

R. Samuelis Ben David in Numeros commentarii, sive operis supradicti volumen quartum; *Hebraice.*

X. [ol. 340.]

Codex chartaceus, ex charta bombycina, in 4to, ff. 173, sec. xvi. ineuntis; ex dono ejusdem Roberti Huntington.

R. Samuelis Ben David in Deuteronomium commentarii, sive operis supradicti volumen quintum; *Hebraice.*

XI. [ol. 341.]

Chartaceus, ex charta bombycina, in 4to, ff. 211, sec. forsan xiv. exeuntis; ex dono ejusdem Rob. Huntington.

Galaloddin, sive potius, Ali Ebn Chatib Historiæ Alepensis tomus primus; *Arabice.*

XII. [ol. 342.]

Chartaceus, ex charta bombycina, in 4to, ff. 179, sec. forsan xiv. exeuntis; ex dono ejusdem Roberti.

Ali Ebn Chatib Historiæ Alepensis tomus secundus; *Arabice.*

XIII. [ol. 343.]

Chartaceus, ex charta bombycina, in 4to, ff. 166, sec. forsan xiv. exeuntis; ex dono ejusdem Roberti.

Ali Ebn Chatib Historiæ Alepensis tomus tertius; *Arabice.*

XIV. [ol. 344.]

Chartaceus, ex charta bombycina, in 4to, ff. 177, sec. forsan xiv. exeuntis; ex dono ejusdem Roberti.

Ali Ebn Chatib Historiæ Alepensis tomus quartus; *Arabice.*

XV. [ol. 345.]

Chartaceus, ex charta lævigata, in 4to, ff. 217, sec. xvi. ineuntis, binis columnis exaratus; "ex dono insignissimi viri domini Gulielmi Fane, honoratissimi domini Francisci comitis Westmorlandiæ nepotis, Nov. 20, 1675."

Historia Cosroes, sive Chosran, et Sirin, auctore Sheichi; picturis illustrata; *Turcice.*

XVI. [ol. 346.]

Chartaceus, ex charta lævigata, in 4to, ff. 127, sec. forsan xvi. exeuntis; nitide exaratus; "ex dono Gulielmi Fane, honoratissimi domini D. Francisci comitis Westmorlandiæ nepotis; Maii 25, 1675."

Anonymi cujusdam liber de arte arithmetica; *Turcice.*

XVII. [ol. 348.]

Codex chartaceus, ex charta lævigata, in folio minori, ff. 244, sec. xvi. exeuntis; manu scilicet Gjemaleddîn filii Mohammedis filii Mohammedis Al-Ajemi anno 1585, in urbe Hierosolymitana exaratus; "ex dono Gulielmi Fane," etc. ut supra, "Maii 25, A. D. 1675."

Præmisit codici vir cl. Joh. Gagnier descriptionem, quæ sequitur,

"Liber dictus Ons Al-Gjalil be-Tarikh Al-Kods wa'l-Khalil, id est, socius-familiaris præstantissimus in historia (urbium) Jerusalem et Hebron; ab Adamo usque ad annum Hegiræ 900, æræ Christi 1494; auctore Mogireddin Abu'l-Raman, Abdo'rrahman ben Mohamed, Al-'Omarî, Al-'Olaïmî, Al-Hanbalî. *Arabice.* Obiit anno Hegiræ 927, Christi 1520.

Auctor vitam patris sui sub finem libri fuse describit aitque illum cognominari Al-'Omari, quod genus suum referret ad Omar Khalifam a Mohammede secundum. Pater ejus natus fuit in urbe Ramlah, Palæstinæ metropoli, anno Hegiræ 807 (Christi 1404) fuitque ejusdem urbis Kadhî, sive Judex, et obiit anno Hegiræ 873, (Christi 1468.)"

Conclusionem operis, una cum librarii notitia subjuncta, ita Latine vertit vir idem doctissimus, "Syntagma hujus operis cœpi die decimo quinto mensis Dhu'l-Hagiah anni Hegiræ nongentesimo, (Christi 1494) collectionemque ejus et ordinem absolvi intra quatuor menses, si unum fere mensem excipias, quo aliis sæculi negotiis detentus fui, eo enim intervallo nihil ejus quicquam egi, in rebus mundanis occupatus, Deus autem erga servum suum fuit munificus.

Quod si Deus opportunitatem dederit, huic operi appendicem subjiciam de rebus, quæ de novo contigerint in civitate sancta, atque in urbe (Hebron Abrahami) Amici Dei, cui pax, aliisque locis inde ab initio anni nongentesimi

primi, usque ad tempus quo Deo excelso ætatem meam reliquam placuerit perducere.

Finitum est opus feria secunda, qui fuit dies benedictus decimus septimus mensis Ramadhân, providentia et misericordia Dei præ cæteris mensibus venerandi, anno Hegiræ 901, (Christi 1495.)"

Inquit librarius,

"Finis hujus exemplaris benedicti, Deo ita volente, incidit in feriam secundam post vesperam diei decimi quarti mensis Gjumadæ posterioris, anni octogesimi tertii supra nongentesimum (Christi 1585) in templo dicto Al-Aksa (Hierolymitano) glorioso, religiose culto, sublimi, per manum humilis servi Dei, miseri peccatoris, pauperis, Gjemaleddîn filii Mohammedis filii Mohammedis, Al-Ajemî concionatoris in tractibus Terræ-Sanctæ.

Atque hoc est exemplar sextum hujus operis benedicti quod descripsit (prædictus librarius). Laus Deo soli."

XVIII. [ol. 347.]

Codex chartaceus, ex charta bombycina et lævigata, in folio minori, ff. 82, sec. forsan xiii.; pulcherrime exaratus; "ex dono M. Roberti Huntington," etc.

Gregorii Abulfaragii grammatica parva; *Syriace.*

Annexa est ad marginem adnotatio Syriaca, necnon Arabica literis Syriacis exarata.

XIX. [ol. 331.]

Chartaceus, ex charta lævigata, in folio minori, ff. 104, sec. xv., nitide scriptus et picturis ornatus; "ex dono insignissimi viri domini Gulielmi Fane, honoratissimi domini Francisci comitis Westmorlandiæ nepotis, Nov. 20, 1675."

Firdusi liber, qui dicitur Shah Nameh, e Persico in Arabicum versa per Nasireddin, de Tous; *Arabice.*

181

CATALOGUS

CODICUM MSS.

COLLEGII EXONIENSIS.

NOMINA BENEFACTORUM,

QUI COLLEGII EXONIENSIS BIBLIOTHECAM MUNIFICENTIA SUA AMPLIAVERUNT.

Numeri nominibus adfixi Codices denotant, quos quisque donaverit vel legaverit.

Alward, Johannes, coll. Exon. socius; xvi.

Barker, Thomas, S. T. P.; ix.

Elyot, Gulielmus, magister domus Dei de Portsmouth; xiv. xlv.

French, Johannes, coll. Regal. Eton. capellanus; xxv.

Keys, Rogerus, archidiaconus de Barnstaple; li.—lxviii.

Landreyn, Johannes; xxviii.

Petre, Gulielmus, eques; xlvii.

Plymyswode, Thomas; xxiii. xliii.

Reed, Willelmus, episcopus Cicestrensis; xxxii.

Sandford, Josephus, e coll. Ball.; lxxxvii.—clxxvii.

Whitefeld, Henricus; xxviii. xxxv.

CODICES MSS.

CODICES MSS.

COLLEGII EXONIENSIS.

I.

CODEX MEMBRANACEUS, in folio minori, foliis constans scriptis 78, sec. xiii., bene exaratus et servatus.

1. Regula ad usum monachorum ordinis Cisterciensis aptata, in capitula centum viginti unum distincta; initio mutil. fol. 10.

Incip. in verbis, cap. xiii. (de capite jejunii) " per quadragesimam sed secunda et quarta et sexta."

Desin. cap. ult. ' de versu refectorii,' " Largitor omnium bonorum benedicat potum servorum suorum."

Sequuntur *man. sec.* regulæ de missis observandis secundum literam Dominicalem.

Præcedunt, (a.) Tabula capitulorum, sub titulo, " Incipit usus monachorum." (b.) Kalendarium, versibus de diebus faustis infaustisque hic illic instructum. Occurrunt quoque dies obituales Hugonis de Ba., Walteri de Challenore, etc.

In ora fol. 3 b. inferiori notavit manus recentior, " Anno Domini 1515 apparuit cometa in parte occidentali per totum mensem Februarii, et eodem anno paulisper ante apparicionem dicte comete obiit rex Lodowicus qui duxit Mariam sororem Henrici illustrissimi regis Anglie octavi, sed minime cum ipsa convaluit."

c. Tabula veræ cognitionis literarum Dominicalium concurrentium atque cicli solaris annorum singulorum jam præteritorum multorumque milium subsequentium et etiam bisextilium. fol. 9.

d. Tabula veræ cognitionis aurei numeri, cum expositione. fol. 9 b.

2. Ejusdem ordinis ' Carta Caritatis,' cum prologo. fol. 66.

Tit. " Incipit prologus in Carta Caritatis de abbatiis constituendis."

Incip. " Antequam abbatie Cistercienses florere inciperent dompnus Stephanus abbas."

Sequitur capitulum de forma visitationis; incip. " In facienda visitacione cautelam."

Deinde manu altera sed antiqua,

a. Urbani papæ IV. et Clementis papæ IV. bullæ septem ad eundem ordinem spectantes; datt. 1264, et *an. seq.* ff. 70–71 b, 69, 74, 72–73 b, 75.

Exstat impress. bulla Clementis in Bullario, ed. Cocquelines, tom. iii. p. 429.

b. Ordinatio Guidonis S. Laurent. cardinalis super discordia in ord. Cisterc.; Act. Cisterc. xvii. kal. Octob. temp. Cap. Gener. 1265. fol. 74 b.

c. Johannis, Porticensis episcopi, literæ ad eandem ordinationem spectantes; dat. Perusii. ff. 74 b.—72.

Sequuntur, manibus diversis,

a. Cartæ tres ad monasterium B. M. de Dora, dioces. Herford., ejusdem ordinis, spectantes, dat. Herford. 1372. fol. 75.

b. Benedicti papæ [XI.?] bullæ ad omnes con-

vent. Cisterc. per Angliam; dat. Avinion. ii. non. Febr. an. pontif. 3. fol. 75 b.

c. Recordatio dierum tentorum apud Cochardesacre, anno Domini millesimo ccc. duodecimo. fol. 76.

Incip. "Die Veneris prox. post fest. S. Dyonisii martiris anno regni regis Edward sexto, presentibus Ricardo de Atforton, Willelmo de Stretton, etc. 'venit frater Johannes de la Walkyngmulne apud Cochardisacre et fecit legem suam quam alias vadiavit contra dominum Johannem de la Warre per consideracionem proborum hominum."

d. Ordo festorum secundum literas Dominicales. fol. 77.

II.

Codex membranaceus, in folio, ff. **325**, sec. xiv., binis columnis exaratus.

1. Anonymi cujusdam ord. Prædicatorum Sermones in Evangelia Dominicalia per anni cursum, cum prologo. fol. 1.

   Incip. prol. "Humane vite labilis decursus salubri erudicione me movet."

   Incip. serm. i. "Preparate in occursum Dei," etc. "Cum rex vel aliquis princeps ingenue dignitatis."

   Desin. ult. "omnibus sicut ipsa vita est communis; Ad illum benedictum finem perducat nos Ille, Qui sine fine vivit," etc.

   Sequitur tabula alphabetica, incip. "Abstinencie sex sunt species."

2. Anonymi cujusdam Sermones quadragesimales. fol. 218.

   Incip. "Filia populi mei induere," etc. "Omnis solempnitas quadragesimalis in sequenti Dominica."

   Desin. ult. "et precibus gloriosissime Marie virginis matris Domine nostre ipse Filius Dei;" etc.

   Sequitur tabula alphabetica, incip. "Abraham tria commendabilia."

III.

Membranaceus, in folio minori, ff. **143**, sec. xiv. exeuntis, binis columnis exaratus; ex dono magistri Thomæ Baroun, olim coll. Exon. capellani.

Jacobi Januensis tabula super historias Bibliæ; ordine alphabetico.

Tit. "Incipit tabula fratris Jacobi Januensis, sacre theologie doctoris, ordinis fratrum Predicatorum super historias biblie."

Incip. "Abstinencia caro domatur."

Desin. "et eciam ubi passio per totum."

In calce, "Expliciunt sermones Januensis fratris ordinis Predicatorum."

Sequitur tabula titulorum.

IV.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. **142**, sec. xi., bene exaratus et servatus.

Prisciani, Grammatici Cæsariensis, de partibus orationis libri sedecim, prævia epistola ad Julianum consulem et patricium.

Tit. "Incipit ars Prisciani grammatici Cæsariensis doctoris urbis Romæ Constantinopolitanæ de voce et ejus speciebus."

In calce, "Prisciani Cesariensis grammatici viri disertissimi doctoris urbis Romæ Constantinopolitanæ de octo partibus orationis liber xvi. explicit."

V.

Membranaceus, in folio minori, ff. **333**, sec. xiii. exeuntis, binis columnis nitide exaratus; olim W. Howard.

Biblia sacra universa, ex versione vulgata, S. Hieronymi, necnon quoad Maccabæorum libros Rabani Mauri, prologis usitatis instructa.

Sequitur Interpretatio nominum Hebraicorum secundum Remigium Autissiodorensem; mutil.

Deficit in verbis, "Azoride; incendium vel ignis patruelis"——

VI.

Membranaceus, in folio minori, ff. **267**, sec. xiv.; binis columnis exaratus.

S. Johannis Chrysostomi in S. Matthæi Evangelium 'opus imperfectum,' homiliis quinquaginta septem comprehensum, prævia tabula.

Incip. præf. "Sicut referunt quidam Matheum scribere evangelium causa compulit talis."

Exstant impress. in editt. Gr. Lat. variis opp. S. Chrysostomi.

In calce, "Expliciunt omelie Johannis Chrisostomi patriarche Constantinopolitani super Matheum operis imperfecti et cetera."

Sequuntur,

a. Homilia in istud, 'Egressus Jesus secessit in partes Tyri;' incip. "Multe tempestates et inquietudo aeris. fol. 226 b.

In calce, "De ista ultima omelia non fit mencio in tabula."

b. Tabula in homilias supradictas; incip. "Abhominacio desolacionis quadrupliciter." fol. 232.

In calce, "Explicit tabula Johannis Crisostomi bona et utilis de opere imperfecto."

c. Meditatio de passione Christi. fol. 262 b.

Incip. "Passio Christi fuit ex dolore amara, ex illusione despecta, ex utilitate multipliciter fructuosa."

In fol. 1. b. ora inferiori, notavit man. recentior, "Hic liber, cui titulus est Omiliæ Chrysostomi super Matheum, plane demonstrat fraudem illius temporis quo scribebatur, non enim vel unica sententia vera illius operis et authoris esse inveniri potest, ut cuique ipsum Chrysostomum inspicienti liquet constabit."

VII.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 215, sec. xv.

1. Martini papæ V. confirmatio bullæ Urbani papæ IV. de indulgentiis quibusdam ab eo concessis; dat. Rom. vii. kal. Jun. an. pontif. 12. fol. 1.

2. [Gulielmi Wodefordi, ord. min.] de Sacramento Eucharistiæ liber contra Wyclevistas. f. 4.

Incip. "Racione solempnitatis jam instantis de corpore Christi ad rogatum aliquorum."

Desin. "Veritati autem increate sit honor et gloria per infinita secula seculorum; Amen;" et deinde, nomen forsan scribæ, "Chyn."

Sequitur in ora inferiori notitia sequens memorabilis, "Hic frater Woodefford, de ordine minorum, cum transiret Londonie Oxon. ad incipiendum in theologia obviavit latronibus qui sumpserunt ab eo xl. libras in" ....

3. Tractatulus de vita activa et contemplativa. fol. 160 b.

Incip. "Queritur de comparacione vite active et contemplative, que scilicet illarum melior."

In calce est sententia ex Hampole de incendio amoris.

4. Johannis Guallensis liber de vitiis ex [Gulielmo Alverno] Parisiensi confectus. fol. 163.

Incip. "Peccatum vitandum est."

Desin. "non potest vincere nisi volentem."

In calce, "Explicit Wallensis de viciis;" cui subjecit *man. sec.* "Et iste tractatus est excerptus de Parisiensi de viciis."

Sequitur tabula titulorum.

VIII.

Codex chartaceus, ex charta lævigata, ff. 110, sec. xvi.

Alcorani pars secunda, incip. a cap. xl.; *Arabice.*

IX.

Membranaceus, in 4to, ff. 269, sec. xv. ineuntis; ex dono 'venerabilis viri magistri Thome Barkere, sacre theologie professoris.'

1. Johannis de Rupella Summa theologiæ moralis, in quæstiones cxlviii distincta, cum prologo. fol. 2.

Incip. prol. "Cum summa theologice discipline divisa sit in duas partes."

Incip. lib. "Quoniam ordo est precognoscere naturam."

Desin. "ex quibus eciam poterunt dinosci anteacta bona opera."

2. [Ejusdem, ut testatur Waddingius,] Summa de anima, in capita centum quindecim divisa. fol. 199.

Incip. "Si te ignoras, o pulcherrima," etc. "Tibi anima rationalis preponitur verbum istud, que es mulierum pulcherrima."

Desin. "sit principium operabilium; et hec de viribus anime ad presens sufficiant."

In calce, "Explicit summa de anima."

Sequuntur tabulæ duæ alphabeticæ operum supradictorum.

X.

Chartaceus, in folio, ff. 664, sec. xvii., hodie in tria volumina distinctus.

Antiphrastos ad Paraphrastem; Responsio scilicet Johannis Squieri, sive Squire, filii ecclesiæ Anglicanæ infirmi, ad Franciscum a Sancta Clara, [scil. Jo. Davenport,] fratrum Romanæ ecclesiæ primarium, qua quæstio illa gravissima in primis tractatur, an ecclesiæ Anglicanæ ad Romanam fiat readunatio; qua etiam vindicantur tres patres Anglicanæ ecclesiæ

præclarissimi suspicione illis a fratre pontificio conspersa indignissime, quasi animo propendissent, ut faverent readunationi ad ecclesiam Romanam."

Præmittitur notitia ad Lectorem sequens, "Triennium agitur, postquam tractatus hic perageretur. Tunc sane destinatus tenebris, nunc autem in lucem prodire coactus est, quippe eapse transfodior ipse calumnia qua ecclesiæ Anglicanæ optimates asserui; Sum (aiunt) propensus ad Papismum; Vale parum est! imo Purus Pupus Papista. Tu lector, lege, judica. Vale. Tuus in Jesu nostro Joannes Squier."

Succedunt titulo epistolæ, (a) Ad Gulielmum Juxon, ep. Londinensem; (b) Ad Franciscum a S. Clara; (c.) Ad Jac. Dreux, Thom. Blackloo, Gul. Tomsonum, Tho. P. Ægidium Chaissy, Joan. Gennings, Petr. Martinum.

Incip. prolog. "Anno 1634 Angliam advolavit a Gallia, a signo S. Spiritus columba, portans ramum Olivæ."

Titulus partis secundæ, in vol. ii. initio, ita legitur, "Antiphrastes in Paraphrasten pars altera, qua Sententia ecclesiæ Anglicanæ necnon nonnullorum Theologorum Anglicanorum gravissimorum indicatur et vindicatur adversus conjecturas, commenta et calumnias Francisci a Sancta Clara a Joanne Squiero, ecclesiæ Sancti Leonardi Sheordicensis vicario."

In calce sunt tabulæ materiarum locorumque Scripturarum quæ in opere exponuntur.

XI.

Codex chartaceus, in folio, ff. 3 et 92, sec. xvii.

1. Charta amplissima regis Caroli primi anno regni undecimo Universitati Oxoniensi concessa, privilegiorum veterum confirmatoria, cum additione novorum; 'membranis 16 contenta;' [copia.] p. 1.
2. The exemplification of a composition made between the university and the town of Oxford in the 37th year of king Henry the 6; Feb. 23. p. 111.
3. An act of parliament 13 Eliz. for incorporating the two universities and confirming their charters and privileges, exemplified 7 Jun. 13 Elizabeth. p. 117.
4. The exemplification of the orders of the councell table in the seventeenth year of queen Elizabeth, exemplifyed in Chancery under the great seal of England, 21 Jun. 17 Eliz. 1575. p. 125.
5. The exemplification under the great seal of England of the orders of the privy councell, 22 Jun. 1612, 10 Jac. I.; exemplified 23 Jul. 10 Jac. p. 149.
6. A charter of 12 Novemb. 8 Car. I. to the University of Oxford for three printers, with a confirmation and additions annexed. p. 178.

XII.

Codex chartaceus, in folio, ff. 81, sec. xviii. ineuntis, manu nitida scriptus.

1. Capita summaria chartæ a Carolo primo Unversitati Oxoniensi concessæ, aliarumque quæ inibi recitantur et confirmantur. fol. 1.
2. Caroli I. charta Universitati concessa, unde supra. fol. 4.
3. Charta Burgensium Oxon. de rotulo Confirmationum de anno regni reginæ Elizabethæ septimo in domo Conversorum London. f. 40.
4. The case concerning the settling of the militia and the tax for the same within the University and city of Oxford. fol. 44.
5. The case of the University concerning its exemption from the above tax. fol. 47 b.
6. Charta Jacobi I. ad Burgenses Oxonienses; dat. 3 Jac. I. fol. 56.
7. Charta Ricardi II. de Scholari Oxon. a Cancellario bannito, per regem perdonato et restituto; dat. Cantabrig. 14 Oct. fol. 56.

   Inscribitur, "Ex Rot. Pat. de anno 12 Ric. II. pt. 1. m. 15. in Turre London. transcript. Jun. 25, 1649 per M. Ger. Langbain."
8. Libertates quædam ad villam Oxon. pertinentes extracta ex camera de Guild Hall, London.; temp. Edw. III. et Ric. II. fol. 56.

   In calce, "Hæc omnia e libris E. et H. prænotatis in Guild-Hall London. excerpsi 26 Jun. 1649 Gerardus Langbain, custos archivorum Universitatis Oxon., solito feodo ——White clerico Aulæ prædictæ, qui mihi copiam transcribendi fecit 2 s."
9. Compositio facta inter Universitatem Oxon. et Burgenses Oxon. super Assis. et Assai. mensurarum et ponderum et quibusdam aliis particulis anno 22 Edwardi III. fol. 57.
10. A composition betwixt the University and

Town of Oxon. touching sundry points and articles in debate then among them. fol. 58.

11. Submissio Majoris et Burgensium et communitatis villæ Oxon. in qua se et omnes libertates suas in manum domini regis resignant pro pace et tranquillitate inter ipsos fienda. fol. 59.
12. Restitutio libertatum villæ Oxon. post magnum conflictum, exceptis his quæ Cancellario et scholaribus sunt concessæ; additis observationibus quibusdam super eisdem. fol. 59 b.
13. Charta Burgensibus Oxon. concessa, an. 36 Car. II. fol. 61 b.
14. Of the Court Leet belonging to the University of Oxford. fol. 64.
15. An abstract of several acts relating to the excise of beer and ale. fol. 66.
16. Observations concerning the assise and assay of wine beer and ale as granted to the University of Oxon. 1701. fol. 69.
17. Mr. Lane's case about the power of choosing of fellows, at Merton college; 1679. fol. 74.
18. Case of the Halls in Oxford by Dr. Wallis; 1693. fol. 79.
19. Dr. Bernard's case about punishing and expelling a fellow of Merton coll. 1679. fol. 81.

XIII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 145, sec. xiv. exeuntis, binis columnis exaratus.

1. Anonymi cujusdam expositio super Cantica Canticorum, in capita ccxlv. distincta. fol. 1.

Incip. " Solet etas juvenilis ardentissimo studio et vite innocentia quandoque scientiam consequi.,

Inferius citatur Alexander Nequam.

Desin. " Sive ut aliis placet ad laudem et honorem Virginis benedicte, Cui sit honor et gloria;" etc.

In calce, " Explicit exposicio super Cantica Canticorum."

2. Liber de vita hominis quadripartita, in capita septuaginta duo distinctus. fol. 109.

Incip. " Quadripartitam humanitatis vitam, videlicet nature et fortune gratie et glorie antiqui posuerunt."

Desin. " que ipse scripsit in hoc carmine ad laudem Domini nostri Jhesu Christi, cui sit honor et gloria, Amen."

Agitur de fortitudine et patientia, de articulis Christianæ religionis, de operibus pietatis, de perfectione evangelica; etc.

XIV.

Codex membranaceus, in folio, ff. 195, sec. xv., olim Johannis Cobethorne, postea coll. Exon. ex dono Will. Elyot, magistri domus Dei de Portesmouth.

1. Liber Tolosani, sive Liber grammaticus de octo partibus orationis, cum præfatione. f. 1.

Incip. præf. " In qualibet arte diffusio fastidium procreat, ingenii acumen hebetat et memoriam perturbat; ideo libellum hunc de quatuor partibus grammatice ad minorum instructionem e diversis auctoritatibus compendiose collectum ego balbutiens balbutivi."

Incip. opus, " Vox est arer (*sic*) tenuissimus ictus."

Desin. " determinatur supra in Ethimologia per totum, hic artem opusculi mei facio finem. Explicit liber Tolosani."

2. Catonis disticha moralia, cum commentario. fol. 174 b.

Incip. comment. " In principio pater spiritualis generalem causam innuit quare tractum istum suscepit."

Desin. in versu,

" Hec brevitas sensus fecit conjungere binos."

In calce,

" Explicit hic Cato, dans dogmata plurima nato."

Deinde, " Liber Willelmi Elyot, clerici, quem habuit de Johanne Cobethorne nuper ejus clerico pro debito iiij. librarum, quas eidem Willelmo ex debito debuit."

In fol. 2 margine superiori notatum est, " Liber Will. Elyot, clerici, rectoris de Aucton Giffard, quem librum idem Willelmus emit de executoribus testamenti Johannis Cobethorne nuper servientis ejus;" et in marg. infer. " Hunc librum W. Elyot, clericus, magister domus Dei de Portesmouth, Winton. dioc. in com. Southn. olim registrarius bone memorie Edmundi Lacy, Exon. ep., dedit collegio Exon." etc. " quinto decimo die mensis Julii anno regni regis Ricardi tercii primo legavit, et in vita sua naturali disposuit; Et si quis;" etc.

XV.

Codex membranaceus, in folio, ff. 463, sec. xiii. exeuntis, binis columnis exaratus; olim conventus S. Albani, ex dono Johannis Whethamstede, Prioris.

Vincentii Burgundi, Bellovacensis, Speculum Naturale, sive Historiale, libris xxxii. comprehensum; præviis cujusque libri capitulis.

Tit. "Prima pars speculi .... cujus primus liber continet tantum annotaciones capitulorum librorum sequencium et ideo annotaciones inferius posite incipiunt a libro secundo."

In calce tabulæ, "Hunc librum ad usum conventus monasterii Sancti Albani assignavit venerabilis pater dominus Johannes Whethamstede, abbas monasterii antedicti, vinculoque anathematis innodavit illos omnes, qui aut titulum illius dolere curaverint aut ad usus applicare presumpserint alienos."

Evulsum est folium primum lib. ii. In margine fol. 2 inscribitur, "Hic est liber Sancti Albani de libraria conventus."

Defic. lib. xxxii. in verbis, "fervore conversatur. Apud Raven"——

XVI.

Membranaceus, in folio, ff. 207, sec. xv., quoad partem priorem binis columnis exaratus; ex dono Johannis Alward, rectoris eccl. de Stokebruere, in comitatu Northampton, olim coll. Exon. socii.

1. Gulielmi Norton, Ord. Min., tabula super Nicolai de Lyra commentarios in totam Bibliam, ordine alphabetico. fol. 2.

Tit. "Incipit tabula super Liram novi ac veteris Testamenti."

Incip. "A alma dicitur virgo abscondita in tota sacra scriptura non inveniuntur."

Desin. "sub voce Zorobabel, et utriusque officium debebat conferri per unccionem et ideo dicti sunt filii olim, nota, Zach. 1. f."

In calce, "Explicit tabula super doctorem de Lira compilata per fratrem Willelmum Norton de sacro ordine fratrum Minorum in conventu Coventre, anno Domini m.cccc. tercio."

2. Quidam tractatus de tribus regibus Coloniensibus, in capitula xlv. distinctus, prævia capitulorum tabula. ff. 94–117 b., 193–203 b.

Incip. tit. i. "In primo capitulo hujus libri, qui est collectus de gestis et translacionibus sanctorum trium regum."

Incip. lib. "Cum venerandorum trium magorum immo verius trium regum gloriosissimorum."

Desin. "quod hii tres reges virgines fuerunt; Deo gracias."

3. Anonymi cujusdam commentarius in S. Hieronymi prologos super totam Bibliam, prævio prologo metrico. ff. 169–192 b., 118–168 b.

Incip. prol.

"Partibus expositis textus nova cura cor angit,
Et fragiles humeros honus importabile frangit."

Incip. opus, "Frater Ambrosius, etc. Ad evidenciam hujus epistole quam scribit Jeronimus ad Paulinum."

4. [S. Augustini?] Sermo in istud, 'Stabat ad monumentum.' fol. 204.

Incip. "Audivimus, fratres, Mariam ad monumentum foris."

In fol. 1 b. notatur, "Iste liber assignatur ad perpetuum usum rectoris et scolarium collegii Exon. in Oxon. per venerabilem virum magistrum Johannem Alward, rectorem ecclesiæ parochialis de Stokebruere in comitatu Northampton, quondam dicti collegii socium."

XVII.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 246, sec. xiv., binis columnis exaratus.

1. Apparatus domini W[illelmi] de Monte [L]auduno super constitutionibus Clementinis. fol. 1.

Incip. "Magnifice bonitatis, etc. Quoniam a Johanne et de Johanne pro revelanda veritate."

Des. "ex parte et de Ap. reprehensibiles."

In calce, "Explicit apparatus domini Guillermi de Auduno super constitutionibus Clementinis."

2. Ejusdem apparatus super Johannis XXII. Extravagantes. fol. 54.

Incip. "*Suscepti;* Hoc decretum potest intitulari."

In calce, "Explicit apparatus domini Willelmi super Extravagantes."

3. Apparatus domini Gesselini [sive Jocelini] de Cassellis super Clementinis, ad Eustochium, diaconum Cardinalem. fol. 62.

Incip. "In perfectione in humana creatura."

In calce, "Explicit apparatus domini Gescelini de Cassandis juris utriusque professoris domini pape capellani super constitutionibus Clementinis factis per dominum Clementem papam quintum et per sanctissimum dominum Johannem papam vicesimum secundum publicatis; Benedicamus Domino; Deo gracias."

4. Johannis Andreæ Bononiensis apparatus super Clementinis; initio mutil. fol. 107.

Incip. in verbis, "cum quibusdam constitutionibus quas prius edidit sub debitis titulis."

In calce, "Explicit apparatus domini Johannis Andree super Clementinis."

5. Johannis XXII. Extravagantes; in calce mutil. fol. 170 b.

Defic. in verbis Extrav. iv. "Consummare, nulli ergo homini liceat"——

6. Pauli de Liazariis Lectura super Clementinis, cum prologo. fol. 174.

Incip. prol. "Bonus vir sine Deo."

Incip. lect. "Johannes; omissis questionibus."

In calce, "Finita lectura domini Pauli de Lazariis excellentissimi decretorum doctoris super constitucionibus Clementinis."

7. Modus procedendi in causis quæ in palacio apostolico agitantur; "et primo de causis beneficialibus." fol. 245 b.

Incip. "Si cause namque beneficiales."

XVIII.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 142, sec. xii., binis columnis bene exaratus; initio mutilus.

Expositio in S. Pauli epistolas tredecim, omnes scilicet ista ad Romanos et ad Corinthios prima exceptis, ex S. Augustini operibus a venerabili Beda concinnata.

Incip. in verbis comment. in Epist. ad Cor. cap. i. vers. 12, 'testimonium conscientie nostre,'——"vult placere, humilis anima in occulto ubi Deus videt vult placere."

Desin. "simul ergo in Dominico agro bonum operemur, ut simul de mercede gaudeamus."

In calce, "Explicit expositio epistole ad Hebreos ex dictis beati Augustini episcopi. Pars ultima."

XIX.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 323, sec. xiv., binis columnis exaratus.

Anonymi cujusdam Summa Summarum sive Commentarius in Gregorii papæ IX. Decretalium libros quinque; prævia capitulorum tabula; initio mutil.

Incip. tab. in titulo lib. ii. 17, "De Intrusis."

Tit. i. "Incipit liber primus, De summa Trinitate et fide catholica. Rubrica."

Incip. comment. "Quot modis dicitur fides, et quid sit fides."

Desin. comment. in tit. de Regulis Juris, "Multa sunt licita que non expediunt xj. qu. i. a° et in glossa."

Sequitur titulus de regulis magistralibus, qui incip. "De hoc dicitur ut notatur in Repertorio Willelmi Durandi in fine, ex quo repertorio multa breviter sumuntur, que in hac Summa plenius et intelligibilius inseruntur."

Citantur summæ [Henrici de Bartholomæis, ep.] Ostiensis; Raynaldi [Ostiensis,] Goff[fridi de Trano,] etc.

XX.

Membranaceus, in folio majori, ff. 166, sec. xiii. exeuntis, binis columnis exaratus; utrimque mutilus.

1. [Petri Lombardi Sententiarum libri quatuor,] glossis marginalibus hic illic instructi. fol. 1.

Incip. cum rubrica, "Determinatio eorum que videntur ecclesiastica."

In lib. iii. omnia desiderantur post capitulum de concilio Aurelianensi.

2. S. Johannis Damasceni de fide orthodoxa libri quatuor, cum glossulis marginalibus; interprete Burgundione, Pisano. fol. 141.

Tit. "Johannis presbiteri Damasceni qui Mansur liber incipit, in quo est tradicio circa ortodoxe fidei capitulis divisa a Burgundione Judice cive Pisano," etc.

Incip. "Deum nemo vidit unquam;" ut in edit. Le Quien. tom. i. p. 123.

In calce, "Hic explicit Damascenus, in nomine Patris et F. et S. S."

Sequitur *man. sec.* Index capitulorum S. Augustini operum de libero arbitrio, de S. Trinitate, de Doctrina Christiana, Confessionum, super Genesim ad literam, etc.

XXI.

Codex membranaceus, in folio, ff. 107, sec. xv. ineuntis, binis columnis exaratus; utrimque mutilus.

1. Roberti Grostete, ep. Lincolniensis, Dictaminum liber in capitula cxlvii. distinctus, cum epilogo; initio mutil. p. 1.

Incip. in verbis cap. 51, " itaque officium est tripartitum."

Desin. " reddit haustus aque cognicionis justicie et misericordie."

Sequitur tabula capitulorum et deinde epilogus incip. " In hoc libello sunt capitula 147;" ut in Tanner. Biblioth.

2. Fragmentum sermonis de ordinibus ecclesiasticis, [eodem auctore]. p. 73.

Incip. in verbis, " ad thesaurorum communicationem."

3. Sermo de moribus episcoporum, [eodem auctore.] p. 77.

Inc. "Beatus Paulus apostolus discipulum."

A Baleo Pitsioque ascriptus est sermo iste Ealredo Rievallensi.

4. Ejusdem sermo in istud, " Erunt signa in sole." p. 88.

Inc. "Requirentibus discipulis a Domino."

5. Ejusdem sermo in die S. Martini in istud, " Pauper et inops laudabunt nomen." p. 96.

Incip. " Canitur hodie in laude beati Martini."

6. [Ejusdem?] sermones alii, quorum initia,

a. " Convenitis ex consuetudine." p. 104.

b. " Exiit edictum." p. 105.

c. " Beati pauperes spiritu; Vos omnes et singuli." p. 107.

d. " Dominus noster Jhesus eternus." p. 117.

e. " Itaque post primo." p. 125.

f. " Cum itaque secundum sacram." p. 126.

g. " Ad vestram sanitatem," cum præfatione, incip. " Interim dum predicta agerentur." p. 130.

h. " Ecce quam bonum;" cum præfatione, incip. " Anno Domini m.cc.i°;" ut cf. Fascicul. Rerum Expetendar. tom. ii. p. 250.

i. " Prelati et doctores."" p. 135.

k. " Christus in scriptura frequenter." p. 136.

l. " Qui autem sunt Christi." p. 138.

m. " Ad verificacionem sequencium." p. 139.

n. " Tribulatur homo." p. 141.

o. " Absinthium tali." p. 142 b.

p. " Si rex est." p. 145.

q. " Timor est apprehensio." p. 145.

r. " Ecclesia sancta celebrat." p. 147.

s. " Sacerdotes tui induantur;" cum præfatione, incip. " Premonitus a venerabili patre Ottono Sancti Nicholai in carcere Tullianensi diacono Cardinali." p. 153.

7. Liber de decem mandatis Dei. p. 170.

Incip. " Sicut dicit apostolus plenitudo legis est dileccio."

Defic. in verbis, " fruantur summo opere"—

In calce, " Iste liber valet xxs. emi pro xvi. s. x. d, posterius feci scribi sermones in eo, et sic valet xxxv. s."

XXII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 277, sec. xiv. ineuntis; binis columnis exaratus.

Johannis Lectoris, de Friburgo, Summa Confessorum, in libros quatuor distincta, præviis titulis prologisque duobus.

Præcedit notitia, quæ incip. " Nota quod lector iste Johannes;" ut in edit. impr. 1518.

In calce, " Explicit tractatus de mermerio et finitur per consequens quasi in iiij. libros tota Summa Confessorum."

Sequuntur,

a. Paragraphi Summæ fratris Raymundi [de Pennaforti.] fol. 238.

Incip. " Quoniam inter crimina;" ut in edit. cit.

b. Statuta Summæ Confessorum ex Sexto Decretalium, etc. fol. 240.

Incip. " De libro qui de Summa Confessorum;" ut in edit. cit.

In calce, " Explicit compendiosa tabula quorundam statutorum ex sexto libro Decretalium."

c. Tabula super Summa Confessorum alphabetica, cum prologo. fol. 249.

Incip. prol. " In tractatulo ubicunque fit;" ut in edit. cit.

In calce, " Explicit tabula super Summam Confessorum."

XXIII.

Membranaceus, in folio, ff. 199, sec. xiii., binis columnis exaratus; ex dono Thomæ Plymyswode.

1. Stephani Langton, archiep. Cantuariensis,

commentarius in librum Tobiæ, cum prologo. fol. 2.

Tit. "Incipit prologus magistri Stephani Cantuariensis archiepiscopi in expositionem libri Thobie."

Incip. prol. "In Genesi legimus, Fiant luminaria in firmamento celeste."

Incip. comment. "Thobias ex tribu; Ecce in principio commendat."

In calce, "Explicit exposicio magistri Stephani Cantuariensis archiepiscopi in librum Thobie."

2. Ejusdem expositio in librum Judith, cum prologo. fol. 8.

Incip. prol. "In ecclesiastico legitur."

Incip. comment. "Apud Hebreos."

In calce, "Explicit exposicio," etc.

3. Ejusdem expositio in librum Hester; cum prologo. fol. 18.

Incip. prol. "In proverbiis legitur."

Incip. expos. "Librum Hester variis."

In calce, "Expliciunt notule magistri;" etc.

4. Ejusdem expositio in duodecim prophetas minores; cum prologo. fol. 24.

Incip. prol. "Ossa duodecim prophetarum."

Incip. expos. Oseæ prophetæ, "Verbum Domini, etc. Perlecta litera cum glosis."

Desin. ult. "sed sedebit Jerusalem secura."

Sequuntur proverbia Pamphili et Getæ, metrice; incip.

"Solet ars Dominum sepe juvare suum."

5. Excerptum de vita beati Thomæ. fol. 166 b.

Incip. "Beatissimus martyr Thomas."

6. Orationes et meditationes S. Anselmi archiep. Cantuar., cum prologo. fol. 166 b.

Incip. prol. "Orationes sive meditationes que subscripte sunt," ut in edit. 1721, p. 202.

7. Proverbia Claudiani magni, versibus heroicis. fol. 184.

Incip. —— "res hominum multa caligine volvi."

8. Vetus et novum Testamentum breviter versificatum. fol. 184 b.

Incip.

"Ante dies omnes mundi fuit omnis in uno."

9. Proverbia ex Ovidio, Horatio, Lucano et Persio. fol. 188.

Incip. "Ovidius de remedio amoris.
Terra salutiferas herbas eademque nocentes."

10. Proverbia Alexandri. fol. 191.

Incip. "Vacuum ferit improba lingua palatum."

11. Proverbia Architrenii. fol. 193.

Incip. "Amarum in muliere."

12. Hugonis de Sancto Victore libellus de spiritu et anima; *man. sec.* fol. 196 b.

Incip. "Interior substantia."

In fol. 2. marg. super. notatum est, "Hunc librum dedit magister Thomas Plymyswode collegio sive aule de Stapyldonhalle Oxon. ad cathenandum in libraria ibidem; oretis pro eo."

XXIV.

Codex membranaceus, in folio, ff. 217, sec. xiii., binis columnis exaratus.

Stephani Langton, archiepiscopi Cantuariensis, commentarius in librum Ecclesiastici, cum prol.

Tit. prol. "Incipit prologus Stephani archiepiscopi Cantuariensis in Ecclesiasticum."

Incip. prol. "Hoc nomen Ecclesiastes interpretatur concionator et refertur."

Incip. expos. "Omnis sapientia; hoc nomen omnis quandoque vocat universitatem."

Desin. "carni a verbo assumpte, qui mundiciam subtrahit carni sue."

XXV.

Membranaceus, in folio, ff. 130, sec. xii. exeuntis, binis columnis exaratus; "ex dono domini Johannis French, capellani collegii regalis Etone, collegio Exonie in Oxonia; orate pro anima ejus."

Flavii Josephi Antiquitatum Judaicarum libri xii. priores, cum prologo, [interprete Ruffino presbytero.]

Tit. "Incipit prologus Josephi in libris Judaice Antiquitatis."

In calce, "Explicit liber duodecimus Josephi illustris Hebreorum hystoriographi de antiquitate Judayca ab initio mundi usque ad tempora Machabeorum."

XXVI.

Membranaceus, in folio, ff. 215, sec. xv. ineuntis, binis columnis exaratus.

Johannis Lathebirii, sive Lathbury, Franciscani, Distinctionum liber theologicarum, ordine alphabetico dispositus, annexa tabula.

Incip. "Abstinendum est a deliciis, etc. Le-

gitur libro de donis titulo 4, prime partis capitulo 8."

Desin. "confessio de ave nidificante," etc.

Sequitur notitia, "Johannes Latbury doctor de ordine fratrum minorum, qui fecit lecturam super librum Trenorum, compilavit istum tractatum, Deo gracias."

XXVII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 253, sec. xv., binis columnis exaratus.

Johannis Lathbury, Franciscani, commentarii in Hieremiæ Threnos, cum procemio.

Tit. "Incipit liber lecture moralium super duo capitula Trenorum Jeremie prophete per fratrem Johannem Lathebury compilatus."

Exstat impress. in fol. 1482.

Sequitur tabula contentorum alphabetica.

XXVIII.

Membranaceus, in folio majori, ff. 307, sec. xiv., binis columnis exaratus, 'emptus scolaribus de Stapleton Hall, cum bonis magistrorum Henrici Whitefeld et Johannis Landreyn. Oretis igitur pro utroque.'

1. Gulielmi Whetely, Anglici, in Boethii de disciplina scholasticorum libros tres commentarius, cum præfatione. fol. 2.

Incip. "Hominum natura multipliciter est serva. Ista propositio scripta est a philosopho."

Incip. comment. "Primo cum iste liber sit de disciplina scolarium."

Desin. "et fragrancie in omnia secula seculorum. Amen."

In calce, "Explicit liber Boetii de disciplina scolarium in hunc modum ordinatus ac compilatus per quendam magistrum, qui rexit scolas Stamfordie anno ab incarnacione Domini millesimo tricentesimo nono. Ipso incipiente die lune post festum Sancti Martini in yeme et terminante in vigilia palmarum proxima sequente."

2. Ejusdem in Boethii de consolatione philosophiæ libros quinque commentarius. fol. 68 b.

Tit. "Incipit liber Boetii de consolatione philosophie."

Incip. "Philosophie servias, ut tibi contingat vera libertas. Ista propositio scripta est a Seneca."

Desin. "Judicis cernentis cuncta, Qui est Dominus Deus Pater," etc.

In calce, "Anitii Manlii Severini Boetii exconsulis ordinarii Patritii philosophie consolationis liber ultimus explicit."

Sequuntur capitula atque conclusiones librorum unde supra.

3. Anonymi cujusdam quæstiones in libros supra memoratos. fol. 206.

Inc. "Carmina qui condam; etc. Quia in isto libro, qui est liber Boecii de consolacione."

Desin. "temporum successione set earundem similitate; Amen."

In calce, "Expliciunt questiones super quintum librum Boecii de consolacione philosophie.

Mando lectori . post mortem gaudia celi,
Ut det scriptori . roget Deum ore fideli; quod Sol . reue."

Sequitur, *manu recent.* 'Confessio generalis B. Augustini;' incip. "Confiteor Tibi, Pater, Creator."

4. Sermones in evangelia quæ legi solent in ecclesia, cum præfatione ad W. N. ecclesiæ dispensatorem, auctore 'Filio Matris.' f. 250.

Incip. præf. "Quoniam nonnullos nostri temporis."

Incip. serm. i. "Appropinquans Dominus; Non sine magni causa misterii."

In calce, "Explicit tractatus quidam qui vocatur Filius Matris, cum quibusdam predicacionibus super quatuor Evangelistas."

Deinde,

"Cum te formavi . non in hac te sede locavi,
In mea regna redi . quia te moriendo redemi."

5. Liber S. Augustini de prædestinatione et gratia Dei, "et est quintus inter ejus sermones." fol. 285.

Incip. "Cum in sacrarum voluminibus litterarum;" ut inter opera, tom. x. col. 49, App.

6. Sermo ejusdem 'de patientia xlix.' fol. 289.

Incip. "Virtus animi que paciencia;" ut ibid. tom. vi. col. 533.

7. Ejusdem sermo in natali S. Mariæ Magdalenæ. fol. 293.

Incip. "Evangelium cum legeretur."

8. Libellus domini Roberti Grosseteste, Lincolniensis episcopi, de veritate. fol. 294 b.

Incip. "Ego sum via, veritas," etc. "Hic ipsa veritas dicit se esse veritatem;" ut inter opuscula, Venet. 1514.

9. Ejusdem libellus de libero arbitrio. fol. 297.
Incip. "Cum per arbitrii libertatem."

10. [Ejusdem] libellus de Dei scientia, voluntate, misericordia et justitia et præsentia. fol. 306.
Incip. "Queritur de scientia Dei, quomodo scit singularia, ista; quidam enim dicunt."

XXIX.

Codex membranaceus, in folio, ff. 314, annum circiter 1400 binis columnis exaratus; olim peculium M. Johannis Northwode.

Innocentii papæ IV. apparatus, sive commentarii in Decretalium libros quinque, cum prologo.

Incip. "Legitur in Ezechiele;" ut in edit. impress. 1611.

In calce, "Explicit liber quintus Innocentii quarti."

Sequuntur Casus de pœnitentibus, de remissionibus omnis utriusque sexus, aliaque de pœnitentia, et confessione, etc.

In fine codicis notatur in margine, "Primo die mensis Maii probatum testimonium domini Johan. Bendyn et commissa Roberto Charteray," etc. et postea, "Caucio magistri . . . . . . decretorum exposita in cista de Wahghan pro . . . . marcis in crastino translationis beati Thome, A. D. m.cccc.xxvij."

In fol. 1 b. "Innocentius magistri Johannis Northwode accommodatus precarie M. Ricardo Wykeslond."

In fol. 4 margine inferiori scriptum est, "Hunc librum Willelmus Elyot, Eliensis magister domus Dei de Portesmouth, Wynton. dioc. in com. Suthwic. olim registorarius bone memorie Edmundi Lacy, Exon. episcopi, quarto decimo die mensis Julii anno regni regis Ricardi tercii primo dedit, legavit, ac in vita sua naturali disposuit collegio Wynton. in Oxon., ad usum magistrorum;" etc.

XXX.

Membranaceus, in folio majori, ff. 266, sec. xiv. ineuntis, binis columnis exaratus.

Innocentii papæ IV. commentarius super libros quinque Decretalium, cum prologo.

Exstat impress. ed. Tridini, 1611.

In calce, "Explicit liber quintus Innocentii quarti."

XXXI.

Codex membranaceus, in folio, ff. 290, sec. xiv. exeuntis, binis columnis exaratus.

1. Martini Poloni Tabula super Decreto et Decretalibus, quæ dicitur Martiniana, cum prologo; ordine alphabetico. fol. 3.
Tit. "Incipit prologus in Martinianam Decreti et Decretalium."
Incip. "Inter alia que ad fidem;" ut in edit. Argent. 1486.
In calce occurrunt versus sequentes leonini,

"Opere completo . sit laus et gloria Christo,
Nil valet hoc metrum . sin hoc requirito Petrum,
Qui dedit expleri . laudetur corde fideli.
Nobilitas hominis est mens Deitatis ymago,
Nobilitas hominis virtutum clara propago,
Nobilitas hominis humilem relevare jacentem,
Nobilitas hominis mentem refrenare furentem,
Nobilitas hominis nisi turpia nulla timere
Nobilitas hominis nature jura tenere.
Deo gratias."

2. Dictionarium aliud juridiciale, spectans tam ad jus utrumque quam ad commentatores. f. 111.
Incip. "A; De ista dictione notatur de electis c. i."
Desin. "zizannie, Jo. Andree in Clementinas; Explicit litera z."

3. Constitutiones domini Ottonis, quondam apostolicæ sedis legati Londoniis editæ. fol. 207.
Incip. "Quoniam decet domum Dei;" ut in editt. impress.

4. Constitutiones domini Ottoboni legati in Anglia editæ London. anno gratiæ 1268. fol. 209 b.

5. Constitutiones [S. Langton] Oxoniæ editæ A. D. 1222. fol. 218.
Incip. "Ex auctoritate Dei;" ut in edit. Wilkins. tom. i. p. 585.

6. Constitutiones Bonifacii, archiep. Cantuar. editæ anno Domini 1261. fol. 223.
Incip. "Universis sancte;" ut ibid. tom. i. p. 746.

7. Statutum Londoniis celebratum per eundem Bonifacium, et episcopos sui archiepiscopatus. fol. 226.
Incip. "Quoniam propter diversas consuetudines;" ut ibid. tom. i. p. 698.

8. Declarationes et Constitutiones Johannis de Peccham, quondam Cantuariæ archiep. editæ apud Reading, iij. kal. August. 1279 et 1281. fol. 226 b.

Incip. "Cum recolende memorie;" cf. ibid. nonnullis variis, tom. ii. pp. 33—36, 51.

9. Constitutiones Simonis Mepham, archiepiscopi Cantuariensis. fol. 233 b.

Incip. "Zelari oportet pro Domino;" ut ibid. tom. ii. p. 552.

10. Constitutiones Johannis de Stratford, archiep. Cantuar. fol. 234.

Incip. "Sponsam Christi;" ut ibid. tom. ii. p. 702.

11. Roberti Winchelsea, archiep. Cantuar., Decretum et ordinatio in provinciam suam visitando. fol. 237 b.

Incip. "Ad doctrinam;" ut ibid. tom. ii. pp. 278—281.

12. Benedicti papæ XII. Constitutio de novo edita super quota procurationis percipienda a quibuscumque visitantibus ubique terrarum; dat. Avinion xv. kal. Jan. an. Pontif. 2. fol. 239.

Incip. "Vas electionis Paulus;" ut ibid. tom. ii. p. 578.

13. Bonifacii papæ VIII. Constitutio Extravagans contra fratres mendicantes; dat. Lateran. xii. kal. Mart. pont. an. vi. fol. 240.

Incip. "Et si vultis et ordinis."

14. Ejusdem de sepultura defunctorum, et contra quæstores, bullæ duæ. fol. 241.

Incip. i. "Detestande ferocitatis;"

Incip. ii. "Ad Romani pontificis providentiam."

15. Tabula titulorum legum supradictarum. f. 241 b.

16. Ordinatio facta a Roberto Winchelsea in visitatione sua. fol. 243.

Incip. "In primis inquirendum est an rector."

17. Casus generales sententiæ excommunicationis majorum publicæ, ut dicitur in Constitut. Reading. fol. 243 b.

Incip. "Excommunicantur omnes illi."

18. Petri Blesensis, archidiaconi Bathoniensis, epistolæ centum una, cum tabula. fol. 244.

Ep. i. inscribitur Henrico II. regi Angliæ, et incip. "Rogatus a vobis epistolas;" ut in edit. 1667, ep. 1.

Ult. est ad Guidonem et Gol. archidiaconos, et incip. "Quis dabit capiti meo."

Sequitur, *man. recent.* Quomodo in necessitatibus publicis clerus quotam bonorum ecclesiasticorum teneatur reddere; incip. "Fecit potestas secularis."

Præmittitur codici epistola alia P. Blesensis ad P. Rossig. incip. "Divisus es et cor tuum in diversa;" ut inter opera, ep. cxl.

XXXII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 159, sec. xiii., binis columnis nitide exaratus; olim Will. Reed, præpositi Wynghamensis, postea episc. Cicestrensis, ex dono Nicolai de Sandwyco, postea coll. Exon. ex dono Willelmi prædicti.

P. Lombardi Sententiarum libri quatuor; cum titulorum tabulis et prologo; [imperf.]

Deficit lib. iv. in verbis Distinct. v. "datur gratia qua cum tempus habuerint"——

Præmittuntur,

a. Notitiæ duæ de codicis possessoribus, quarum altera, "Liber aule Exon. in Oxon. in communi libraria ejusdem et ad usum communem sociorum ibidem studencium cathenandus ex dono venerabilis patris domini Willelmi tercii episcopi Cicestrie; Oretis igitur pro eodem et benefactoribus ejusdem ac fidelium animabus a purgatorio liberandis." f. 1 b.

b. Glossæ super Sententiarum lib. primum. f. 2.

Incip. "In primo libro Sententiarum in quo agitur de rebus."

XXXIII.

Membranaceus, in folio, ff. 169, sec. xiii., binis columnis exaratus.

[Alexandri de Hales Summæ Theologicæ sive Sententiarum liber primus.]

Incip. "Quoniam sicut dicit Boetius in libro de Trinitate; Optime dictum videtur;" ut in edit. impress. Colon. 1622.

Defic. in cap. 520 verbis, "in quo data est vis regenerativa aquis et hec in specie columbe"——

Præmisit manus recentior tabulam alphabeticam.

XXXIV.

Chartaceus, in folio, ff. 104, sec. xvii., olim liber Gul. Levett, 1676.

Taxatio ecclesiastica, sive Registrum valoris rectoriarum vicariarumque in Anglia, per episcopatus decanatusque distributarum.

Sequuntur tabulæ duæ comitatuum, ut in

codice inveniuntur, et secundum ordinem alphabeti.

Cf. cod. MS. coll. S. Trin. lxxxviii.

XXXV.

Codex membranaceus, in folio, ff. 272, sec. xiv. ineuntis, sed haud una manu nec eodem tempore exaratus; 'liber de Stapledon halle ex dono magistri Henrici Whitefeld.'

1. Anonymi cujusdam liber de proprietatibus animalium physicis. fol. 2.

Incip. "Quedam animalia sunt simplices divisibiles in partes similes que solum partes dicuntur."

Desin. "in amplitudine ossis in quo radicantur."

Sequitur *man. recent.* notitia de syrupis xii. communibus.

2. Summa magistri Girardi [Cremonensis?] de modo medendi et ordine unde corpus sit purgandum et quomodo. fol. 13.

Incip. "Cum omnis scientia ex suo fine."

Defic. in verbis, "ab umbilico inferius descendere"——

3. Ex Tro[tulæ?] de morbis muliebribus. fol. 37.

Incip. "Contra difficultatem partus."

4. Hippocratis epistola ad Antigonum, cum responsione. fol. 39 b.

Incip. "Quoniam convenit te omnium."

5. Tabula utilium synonymorumque medicinalium, ordine alphabetico. fol. 41.

Tit. "Incipit id pro quo."

Incip. "Omnia ea que sunt utilia."

In calce, "Expliciunt sinonima, Deo gratias."

6. De diebus criticis libellus. fol. 46 b.

Incip. "Ad evidenciam dierum creticorum est notandum; et primo de notificatione diei cretice."

In calce versus, de modo dispensandi medicinas compositas, etc. *man. secunda.*

7. Ægidii, monachi Corbeiensis, carmen de pulsibus cum commentario. fol. 51.

Incip. comment. "Quatuor sunt membra principalia quibus humani corporis."

In calce, "Expliciunt versus Egidii de pulsibus."

8. Tractatulus de urinis. fol. 6 b.

Incip. "Ducendum quod omnis natura."

Sequitur *man. sec.* tabula medicinarum, cui titulus, 'Quid pro quo.'

9. Ægidii monachi carmen de urinis cum commento. fol. 71.

Incip. com. "Liber iste quem legendum proponimus liber est nove institucionis."

In calce, "Expliciunt versus Egidii."

Sequuntur versus, incip.

"Thetanus omne tenet me . cernat epyque supinat."

10. [Aristotelis epistola ad Alexandrum Magnum de sanitate tuenda, Latine versa per Johannem Hispanum;] *initio mutil.* fol. 87.

Incip. in præf. interpretis, "quem habebunt in te, dominabis in eis pacifice cum triumpho."

11. Rogerini, sive Rogeri [Salernitani?] Summa minor. fol. 102.

Incip. "Cum medicinalis artis due."

In calce, "Explicit parva summa magistri Rogeri."

12. De diæta tractatulus. fol. 107.

Incip. "Cum omnis operacio medicine."

13. Ricardi [Anglici?] Signa medicinalia. fol. 108.

Tit. "Hic incipiunt signa Ricardi."

Incip. "Finis medicine duntaxat."

In calce, "Expliciunt signa Ricardi."

14. Commentarius in Nicholai [Præpositi] Antidotarium, dict. "Secundum quod vult Avicenna.' fol. 121 b.

Incip. "Secundum quod vult Avicenna primo libro, qui in principio."

15. [Gerardi Bertuti, an Cremonensis,] commentarius in Isaaci Judæi Viatici partes septem; cum procemio. fol. 135 b.

Incip. procem. "Cum omnia ex quatuor elementis generata quodammodo sunt agnoscenda."

Incip. comm. "De allopicia: Premisso ergo prohemio incipit a passionibus capillorum."

16. Anonymi cujusdam commentarius in Ægidii carmen de urinis. fol. 206.

Incip. comment. "Sicut dicit Constantinus in Pantegni et idem testatur Johannicius."

In calce, "Expliciunt versus Egidii cum commento.

Qui scripsit carmen, sit benedictus; Amen.

Explicit expliceat . ludere scriptor eat."

17. Summus tractatus de ornatu mulierum. f. 227 b.

Incip. "Ut dicit Ypocrates in libro quem de scientia pronosticorum."

In calce, "Explicit tractatus necessarius de supletione pulcritudinis mulierum."

18. Anonymi cujusdam liber mineralium, de lapidibus scilicet et metallis, etc. fol. 230.
Incip. "De commixtione et coagulacione sicut eciam congelacione."

19. Versus de lapidibus pretiosis; [imperf.] f. 236.
Incip.
"Et per bis binos capit incrementa sequentes."

20. Compositio aquæ vitæ. fol. 239.
Incip. "Que facit hominem letum."

21. Tractatus de regimine sanitatis secundum Johannem de Toleto. fol. 240.
Incip. "Ut dicit Constantinus in Viatico, qui vult continuam custodire sanitatem."

22. Judicia urinarum secundum M. Gualterum Agilon. fol. 243.
Incip. "In urina alba."

23. Contenta urinarum secundum M. Gualterum Agilon. fol. 245.
Incip. "Iste modus est judicandi urinas."

24. Ricardi Anglici liber de urinis. fol. 249 b.
Incip. "Circa urinas quinque attenduntur principalia."
Præmittitur distichon,
"Qui cupit urinas mea per compendia scire,
Hec legat assidue, hec oportet longius ire."

25. J. de Parma libellus de regimine contra sterilitatem. fol. 254.

26. Dormitoria chirurgica. fol. 256.
Incip. "Constitucio soporis."

27. Liber de modo medendi secundum Cophonem. fol. 256.
Incip. "In medendis corporibus et maxime purgandis."

28. De phlebotomia secundum Johannem Damascenum. fol. 262 b.

29. De modo qualiter medicus visitabit infirmos. fol. 263.

30. De modo compositionis medicinarum, ordine alphabetico, cum prologo. fol. 264.
Incip. "Quoniam ut diximus in areolis nostris et testatur Johannes Damascenus."
In calce, "Explicit tractatus de medicinis componendis, etc."

XXXVI.

Codex membranaceus, in folio, ff. 283, sec. xiii., suppletis hic illic foliis aliquot manu recentiori, sec. scil. xv.; mutilus.

Biblia Sacra Universa, ex versione vulgata.
Incip. in verbis Genes. cap. v. vers. 25, "Centum octoginta septem annis et genuit Lamech."
Præcedunt,

a. Versus decem ordinem librorum Bibliæ exhibentes. fol. 1 b.

b. Tabula librorum, ut in codice nostro ordinantur, cum præfatione, *man. sec.* fol. 3.
Incip. præf. "Ordo librum in hac Biblia est preposterus, in quibusdam."
Ordo librorum est iste, Genesis—Regum IV. inclusive, omnes capitulorum titulis instructi, deinde Prophetarum sedecim, [inserto in Danielis libro Trium Puerorum Cantico,] Job, Proverbiorum, Ecclesiastis, Canticorum, Sapientiæ, Ecclesiastici, Paralipomenon II., Esdræ, Neemiæ, Hester, Tobiæ, Judith, Maccabæorum II., Baruch, cujus libri partem alteram supplevit manus secunda, ut quoque librum Psalterii integrum qui sequitur.
In calce, "Explicit liber Ympnorum vel Soliloquiorum David prophete de Christo."
Sequuntur, *manu secunda*,

a. Prologi "Novi Testamenti, præter prologos in epistolas Pauli quos invenies primo folio ante evangelium Mathei." fol. 227 b.

b. Summa Bibliæ versibus expressa heroicis, [auctore Alexandro de Villa Dei.] fol. 229.
Incip. "Sex prohibet, peccant, Abel, Enoch, archa fit, intrant."

c. Tabula lectionum epistolarum et omnium evangeliorum sub concordia uniformi tam dominicalium quam sanctorum festivalium et omnium sanctorum tam de proprio, quam de communi per totum annum, incipiens, a prima Dominica adventus Domini, secundum usum Sarum, usque ad idem tempus anno revoluto. fol. 231 b.

d. Prologi in S. Pauli epistolas. fol. 235.
Ordo Testamenti Novi est iste, Evangelia quatuor, Actus Apostolorum, Epistolæ septem catholicæ, Apocalypsis, Epistolæ Paulinæ.
Defic. in epist. ad Corinth. i. cap. vii. vers. 15, "in ejusmodi; in pacem"——
Succedit *man. sec.* "Directorium alphabeticum verborum difficilium sparsim descriptorum in marginibus inferioribus librorum et

capitulorum passim per bibliam superius in locis suis positorum atque in singulis marginibus superiorum eorundem ad tale signum trium punctorum seu foliorum ubilibet expositorum, et hic in isto alphabeto notatorum atque colatorum."

Ad fol. 1 b. legitur notitia, "Caucio M. J. Mercer et M. W. Masse exposita in cista Wynton., anno Domini m.cccc.lxxix.° 3 die mensis Novembris, et est Biblia, 2° fol. —*cione* et habet duo supplementa, 2 fol. *primi minus* et 2° fol. secundi, *quod septem* et jacet pro liii. s. iiij. d."

XXXVII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 224, sec. xv., binis columnis exaratus.

S. Augustini in Psalterium expositionis pars tertia.

Tit. "Aurelii Augustini, egregii oratoris, tractatus prior de psalmo centesimo primo."

Incip. "Ecce unus pauper orat," ut inter opp. tom. iv. col. 1092.

In calce, "Explicit Aurelii Augustini episcopi tractatus de psalmo cl."

XXXVIII.

Membranaceus, in folio, ff. 189, sec. xiii. ineuntis, binis columnis nitide exaratus.

S. Augustini, ep. Hipponensis, expositio in Psalmos priores quinquaginta; initio mutil.

Incip. ab initio ps. ii. ut in edit. Benedict. tom. iv. col. 4.

Præcedit tabula alphabetica, quæ deficit sub voce 'Tristicia.'

XXXIX.

Membranaceus, in folio, ff. 257, sec. xiv., binis columnis exaratus; olim cujusdam qui portabat in scuto cæruleo sub cruce aurea leones quatuor argenteos auroque coronatos.

Thomæ Guallensis, sive Walleys, commentarius in duos nocturnos Psalmorum sive in Psalmos xxxviii. priores, cum præfatione.

Incip. præf. "Beatus qui custodit viam;" ut in edit. Venet. 1611.

In calce est tabula super opus alphabetica, cum prologo, incip. "ad evidenciam et intellectum habendum sequentis tabule, que est super expositione morali duorum nocturnorum Psalterii."

In fol. 1 b. notatur, "Precium istius libri xl. s."

XL.

Codex membranaceus, in folio, ff. 96, sec. xii., binis columnis nitide exaratus.

S. Gregorii papæ I. cognomento Magni, in Ezechielem prophetam sermones xxii. in partes duo distincti, prævia præfatione ad Maximianum episcopum.

Tit. "Incipit liber primus omeliarum beati Gregorii pape urbis Rome in primam partem Ezechielis prophete, que sunt numero duodecim."

Exstant impress. inter opera ed. Bened. tom. i. col. 1173.

In calce, "Explicit omeliarum liber sancti Gregorii pape urbis Rome in extremam partem Ezechielis prophete que sunt numero decem."

XLI.

Membranaceus, in folio, ff. 219, sec. xv. ineuntis.

1. [Johannis de Burgo] Liber dictus, Pupilla oculi, in partes decem distinctus; initio mutil. fol. 1.

   Incip. a verbis, versus finem partis 1, "sed relacio ordinis, ad aram sacramenti."

   Desin. "sub decimo numero parcium terminatur."

   Sequitur index alphabeticus, incip. "Abbas, quid si sciat per confessionem subditi sui."

   In calce, "Explicit tabula super pupillam oculi, Deo gratias; Amen."

2. Constitutionum collectio Provincialium ab archiepiscopis Cantuariensibus editarum; scilicet,

   a. Stephani Langton anno 1222 apud Oxoniam editæ. fol. 173.

      In edit. Wilkins. tom. i. p. 585.

   b. Bonifacii, anno 1259 apud Lambetham. fol. 176 b.

      Ibid. tom. i. p. 746.

   c. Johannis Peckham, anno 1279 apud Reading. fol. 180 b.

      Ibid. tom. ii. p. 33.

d. Roberti de Winchelsea, 'vel Stephani de Langton apud Merton editæ de decimis,' etc. 1260, [potius 1305.] fol. 187 b.

Ibid. tom. ii. p. 279.

e. Stephani de Langton, 'et in quibusdam libris iste constitutiones pretenduntur Constitutiones de Merton de modo dandi mortuarium.' fol. 188 b.

Incip. "Statutum felicis recordationis R. predecessoris nostri;" cui succedit canon 'Ne fiant scotallæ;' ut ibid. tom. ii. p. 719.

f. Simonis Mepham, apud London. an. 1327. fol. 189.

Ibid. tom. ii. p. 552.

g. 'Stephani Mepham, apud Lambeth de ornamentis altaris;' etc. fol. 190 b.

Ibid. Waltero Reynolds tributæ, tom. ii. p. 513.

h. Jo. Stratford, apud London. 10 Oct. 1342. fol. 191 b.

Ibid. tom. ii. p. 696.

i. 'Celebratum consilium apud Westmonasterium tempore Ricardi, archiep. Cantuar. an. 1065, de clericis contrahentibus matrimonium.' fol. 198 b.

Incip. "Si quis sacerdos vel clericus in sacris ordinibus."

Hasce constitutiones excipit 'Casus in quibus judex ecclesiasticus potest, regia prohibitione non obstante, concessione per cartam regiam;' dat. Ebor. 24 Nov. 14 Edw. [10 Edw. II. ut apud Wilkins, t. ii. p. 460.]

k. S. Edmundi Riche, 'qui sunt irregulares et suspensi mero jure.' fol. 200.

Ibid. tom. i. p. 635.

l. Simonis Islep 'secundum quosdam libros et secundum alios hec est Ro. de Wynchilse, quid Parochiani invenire debeant in ecclesia et quid rectores.' fol. 202 b.

Ibid. tom. ii. p. 280, et tom iii. p. 1.

m. Ejusdem constitutio ad Robertum ep. Sarum. de festis sanctorum observandis et de parochianis ut intersint horis canonicis per ordinarios debite exhortandos. fol. 203 b.

Incip. "Symon, etc. Ex scripturis sacris didicimus dicimus vicia sepe." dat. ap. Maghfeld. xvi kal. Aug. 1362.

n. Roberti Winchelsea constitutio facta an. 1305. fol. 204.

Ibid. tom. ii. p. 280.

o. Thomæ Arundel, apud Oxon. an. 1407. f. 204.

Ibid. tom. iii. p. 314.

3. Statuta et constitutiones editæ apud London. in eccl. cathed. S. Pauli, a venerabili Ottone, S. Romanæ eccl. cardinali, in Oct. S. Martini, A. D. 1219. fol. 207.

4. Othoboni, sive Ottoboni, cardinalis, constitutiones legatinæ. fol. 210 b.

Exstant constitt. supradictæ in Gul. Lyndwode Provincial. editt. variis et alibi.

XLII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 202, sec. xiv. ineuntis, binis columnis exaratus; mutilus.

Huguccionis, vel Huguitionis, Ferrariensis, Derivationes sive Etymologicon, ordine alphabetico.

Incip. in verbis, "mortuus sed exanimatus dicitur proprie terrefactus unde exanimatus."

Desin. "Zoroastrum minimum sidus est, Zucharia, Zuchere."

In calce, "Expliciunt magne derivaciones secundum Haguicionem.

Dextram scribentis benedicat lingua legentis,
Qui scripsit carmen sit benedictus; Amen."

Præmittitur index vocabulorum cum derivativis; incip. "Irrito-tas; reor. Irritamen; reor."

XLIII.

Membranaceus, in folio, ff. 277, sec. xiv., binis columnis exaratus; ex dono magistri Thomæ Plymyswode.

[Roberti Cowton] Quæstiones in libros quatuor Sententiarum.

Incip. "Sicut dicit beatus Ambrosius in prologo super epistolas sancti Pauli."

In calce, "Explicit liber quartus;" cui succedit, Index materiarum alphabeticus.

In fronte codicis notatur, "Hunc librum dedit magister Thomas Aymmyswode collegio sive aule de Stapyldon halle Oxon. ad cathenandum in libraria ibidem. Oretis pro eo."

Desin. "beatitudo essencialis, consistat Ille nos in futuro experimentaliter discere faciat Qui cum Deo," etc.

XLIV.

Codex membranaceus, in folio, ff. 342, sec. xiv., binis columnis exaratus.

S. Thomæ Aquinatis super librum Sententiarum quartum commentarius.

In calce, "Explicit 4 liber sententiarum secundum fratrem Thomam de Alquino, ordinis fratrum Predicatorum."

XLV.

Membranaceus, in folio, ff. 270, sec. xiii., binis columnis nitide exaratus; ex dono Willelmi Elyot, clerici, magistri domus Dei de Portesmouth.

Biblia sacra universa ex versione vulgata, prologis S. Hieronymi haud insolitis instructa, necnon glossulis a manu recentiori in margine scriptis.

Desiderantur sex capita priora libri Geneseos.

Notandum est quod Psalterii duplex est interpretatio, hæc vulgatæ, altera Hieronymianæ versionis.

Ordo librorum est sequens, Genesis—Esdras I. Esdras II., Tobias, Judith, Hester, Maccabæorum libri duo, Psalterium, Prophetarum libri sedecim, Job, Proverbia, Ecclesiastes, Ecclesiasticus, Sapientia Salomonis.

Evangelia quatuor, Actus Apostolorum, Epistolæ septem canonicæ, Epistolæ Paulinæ, Apocalypsis.

In calce, "Explicit liber apocalypsis, habet versus numero mille octingentos."

In marg. superiori fol. 3, "Iste liber constat Willelmo Elyot, capellano rectori ecclesie de Byryverber, quem quidem librum idem Willelmus emit de domino Waltero Boway, "nuper vicario de Hevytre.

In inferiori margine notatur, "Hunc librum Willelmus Elyot, clericus, magister domus Dei de Portesmouth, Winton. dioc. in com. Sutht. olim registrarius bone memorie Edmundi Lacy, Exon. episcopi, quarto decimo die mensis Julii anno regni regis Ricardi tercii primo dedit, legavit, ac in vita sua naturali disposuit collegio Exon. in Oxon. ad usum magistrorum sociorum et ejusdem collegii scolarium, quamdiu duraverit in libraria ibidem remansurum; et si quis seu qui hunc librum a dicto collegio contra predicti dantis et disponentis voluntatem alienare, removere, seu subtrahere presumpserit vel presumpserint, se noverit seu noverint indignacionem Omnipotentis Dei ac ejus maledictionem incurrere."

XLVI.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 193, sec. xiv., in Anglia bene pictus et auratus.

1. Kalendarium monostichis haud insolitis illustratum. fol. 1.

   Monost. 1. est,

   "Prima dies mensis et septima truncat ut ensis."

2. Psalterium Davidis; imperf. fol. 7.

   Incip. in Ps. ii. vers. 3, verbis, "— amus a nobis jugum ipsorum."

   Ad fol. 99 b. depicta est tabula mortem exhibens Absalom, et in scuto Joab aureo leo niger erectus.

3. Hymni Sacri et Cantica tam veteris quam novi Testamenti. fol. 152 b.

   Defic. in cantic. Zachariæ verbis, "qui in tenebris et in umbra"——

4. Symbolum Athanasianum, Litaniæ et Horæ; [initio mutil.] fol. 164.

   Incip. in verbis, "— in Trinitate et Trinitatem in Unitate veneremur."

   Defic. "Pater noster; Et ne nos; Ps."

   Sequuntur, manu secunda, nomina regum Angliæ, ab Aluredo ad Ricardum II. inclusive, annexo cuique annorum numero quibus regnavere sepulturæque loco.

XLVII.

Membranaceus, in folio minori, ff. 127, sec. xiv., optime illuminatus deauratusque; olim Elizabethæ, Henrici VII. regis conjugis, deinde Catharinæ [de Aragonia] Henrici VIII. reginæ, postea coll. Exon. ex dono Gulielmi Petre, equitis.

1. Kalendarium. fol. 3.

   Notantur dies aliquot notabiles ad regna regum supradictorum spectantes; ex. gr.,

   a. "1. Jan. Hac die inter tertiam et quartam ante ortum solis natus fuit primogenitus Henricus princeps Henrici VIII."

   b. "12 Jan. Hac die fuit baptizatus primogenitus Henrici VIII."

   c. "18 Jan. Hic nuptiatus est rex H. vij."

d. In marg. infer. "The noble king Harry the vij. was borne festo Agnetis secundo A. D. 1456, and wedded queen Elisabeth, festo Sancte Prisce virginis A. D. 1485 after the compting of England."

e. "18 Martii; Hoc die nata est domina Maria tercia filia Henrici vij. A. D. 1495."

f. In marg. inferiori mensis Junii, "The xvi. day of Juyn the yere of our Lord, m.cccc.lxxxvij. king Harry the vij. had the victori apon his rebelles in batail at Stoke bisydis Newark, wher and whanne was slayn John there of Lincoln and others."

g. In marg. mens. August. "The vij. day of August the yeere of our Lord m.cccc.lxxxv. litera Dominicali B. landed king Harry the vij. and the xxij. day of the same mounthe he wann the feeld whann king Richard the third was slayn."

h. In die 20 Sept. "Nativitas Arthuri primogeniti regis Henrici septimi."

i. In marg. mensis ejusdem, "The xx^th day of Septembre in the mornynge the first houre after mydnyghte was borne prince Arthure the first begoten child of king Harry the vij. and Quene Elisabeth, A. D. 1486; litera Dominicali A."

k. 30 Oct. "Hac die rex Henricus vij. coronatus est apud Westmonasterium A. D. 1485."

2. Psalterium Davidis; mutil. fol. 9.

Incip. ab initio Ps. iii. et defic. in verbis, Ps. cxlviii. vers. 12, "Juvenes et virgines, senes cum"——

3. Cantica sacra et hymni. fol. 104.

Incip. in verbis Cantic. Isaiæ "Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris."

4. Symbolum Athanasianum, Litaniæ et orationes. fol. 112 b.

5. Commendatio animarum, sive Commemorationes Sanctorum. fol. 117 b.

Literæ initiales per codicem optime sunt depictæ historiam exhibentes Biblicam a Genesi usque ad Exodum inclusive, et in hac ultima parte effigiem sancti cujusque.

In priorum quoque sex foliorum margine inferiori delineata sunt alternatim insignia familiæ de Bohun gentilitia et Angliæ regia, e quibus conjectare liceat codicem in usum Thomæ de Woodstock, comitis de Glovernia, filium Edwardi III. sextum.

In calce codicis subjecit manus recentior mandata decem, omisso secundo, metro scripta Anglico; incip.

"Loue God aboven alle thing,
Swere not fals nor in vayn bi hym."

XLVIII.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 186, sec. xvii, manu Edwardi Davenant, [postea præbendarii Sarum ?] scriptus.

1. The instructions given, and the English divines appointed, by James I. to attend as his representatives at the synod of Dort, 1619. p. 1*.

2. A relation of the journey and ot[her matters ?] bothe by the way and at Dort in the synod, by Edw. Davenant, son of Dr. Davenant, one of the English representatives. p. 1.

Beg. "1618 Octobris 8. On Thursday we set from Cambridge, and before dinner came to the court at Roiston."

3. Various theses and decisions of the English representatives at the synod above named, collected from the notes of Dr. Davenant; *Latin.* p. 9.

Tit. "Hæc quæ sequuntur ex patris mei doctoris Davenantii notis desumpta sunt."

Beg. "Novemb. 13. sess. ii. Sibrandus in Synodum venit et litteras suas fidenciarias præsidi exhibuit."

Bound in the same volume are the following printed tracts,

a. Nomenclatura Synodi Nationalis Ecclesiarum reformatarum Belgicarum, quæ celebratur Dordrechti anno 1618; Dordrechti, Ex officina Joannis Berewout, anno CIϽ IϽ C.XVIII.

b. Judicium Synodi Nationalis Reformatarum Ecclesiarum Belgicarum, habitæ Dordrechti, anno 1618 et 1619; etc. Promulgatum VI. May, CIC IϽ C.XIX.

XLIX.

Membranaceus, in 4to minimo, ff. 148, sec. xv., e libris Samuelis Linton, 1701.

The 'tretis compyled of a pore Catyf;' comprising a commentary upon the Creed, Commandments, Lord's Prayer, a treatise intitled The Chartir of Hevene, the Armourie of Heaven; etc., by John Wycliffe.

A summary of the contents is given by Vaughan in his Life of Wycliffe, vol. ii. p. 420.

L.

Codex membranaceus, in 4to minimo, ff. 146, sec. xv.

1. Liber, quinque partibus comprehensus, de amore et dilectione Dei et proximi et aliarum rerum, et de forma vitæ quem Albertanus causidicus Brixiensis de hora Sanctæ Agathæ compilavit ac scripsit, cum esset in carcere domini Imperatoris Frederici in civitate Cremonæ, "in quo positus fuit cum esset capitaneus gauerdi ad defendendum locum ipsum, ad utilitatem communitatis Brixiæ, anno Domini millesimo cc. tricesimo viij. de mense Augusti in die Sancti Alexandri, quo obsidebatur civitas Brixie per eundem Imperatorem indictione xj." fol. 1.

   Incip. in verbis part. ii. "— sive assentatores, omnes quasi lacrimantes et dolorem in facie."

   Desin. "et ad regnum celorum satage pervenire, ad quid Ille nos conducat;" etc.

   In calce, "Explicit liber de amore;" ut supra exscripsimus.

2. Tractatus, qui Imago mundi vocatur. fol. 120.

   Incip. "Septiformi Spiritu in trina fide illustrato ac septenis rivis triphарie philosophie mundato."

   Desin. "longe supereminere dicitur colorum celum in quo habitat rex Angelorum."

   In fol. ult. verso, "Johannes Mey ys a knave."

LI.

Membranaceus, in folio majori, ff. 204, sec. xv., scriptus scilicet, ut codices septendecim sequentes, Oxoniæ per manus Willelmi Salomonis, Leonensis dioceseos, inter annos 1450 et 1465, sumptibus ut videtur Rogeri Keys, archidiaconi de Barnstaple, et per eundem Rogerum collegio Exoniensi præsentati.

Hugonis de S. Caro, Viennensis, expositio super octateuchum sive libros priores octo SS. Bibliorum.

In calce, "Explicit liber Ruth secundum expositionem Hugonis de Vienna super Bibliam."

LII.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 155, sec. xv., scriptus scilicet ut supra.

1. Hugonis de S. Caro expositio in libros Regum quatuor, Paralipomenon duo, quorum prior mutilatus est ad initium, Neemiæ, [initio mancum] Tobiæ atque Hester. ff. 1—103 b.

   In calce, "Explicit liber Hester secundum expositionem famosi doctoris sacræ theologie Hugonis de Vienna."

2. Opus Stephani Langton, archiep. Cantuariensis, super Ecclesiasticum. fol. 103 b.

   Incip. "Omnis," etc. "Nota quod iste liber dicitur Liber Sapientie."

   Des. "tempore suo metemus non deficientes."

   In calce, "Explicit opus Stephani Langton, quondam archiepiscopi Cantuariensis, super Ecclesiasticum."

3. Hugonis de S. Caro expositio in Maccabæorum libros duo. fol. 128 b.

   In calce, "Explicit secundus liber Machabeorum, secundum expositionem famosi doctoris theologie Hugonis de Vienna super byblyam."

LIII.

Membranaceus, in folio majori, ff. 271, sec. xv., scriptus ut supra.

Hugonis de S. Caro, [sive Alexandri Halensis,] in psalmos priores sexaginta octo expositio; initio mutil.

Incip. in verbis, "et sic fructificavit."

In calce, "Explicit prima pars Psalterii xx. die Febr. A. D. millesimo cccc. quinquagesimo septimo."

Præfigitur codici notitia sequens, "Hunc librum, Hugonem de Vienna super 1 partem psalterii, 2 fol. *Quia hiis*, magister Rogerus Keys, precentor ecclesie cathedralis Beati Petri Exoniensis, 1 die mensis Januarii anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo nono contulit et dedit magistro Johanni Philipp, rectori, et sociis collegii Exon. in Oxon. vocato Stapilton Halle, cathenandum libraria ejusdem collegii ad usum predicti rectoris et sociorum ac successorum suorum in eodem studere volencium, quam diu durare poterit; pro qua quidem donacione iidem M. Johannes

Philipp rector et socii collegii predicti obligarunt se et successores suos, rectores et socios ejusdem collegii prefati, magistro Rogero virtute juramenti prestiti, quod solempniter cum nota, postquam idem magister Rogerus ab hac luce migraverit, in perpetuum semel in anno tenebunt obitum suum et benefactorum suorum cum exequiis et missa in crastino, per rectorem ibidem pro tempore existentem vel unum de sociis collegii predicti in capella ejusdem celebranda. Si quis autem prefatum librum a collegio predicto alienaverit, vel de libraria predicta sine licentia rectoris et omnium sociorum collegii predicti tam absencium quam presencium pro tempore existencium abstulerit, alienaverit vel extra cariaverit, nisi causa correccionis, reparacionis vel ligacionis, per predictum rectorem et omnes socios predictos prius approbanda auctoritate Dei Patris omnipotentis et beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac reverendi in Christo patris et domini domini Johannis Dei gracia Exon. episcopi anatematizatus sit, ipso facto."

LIV.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 293, sec. xv., scriptus ut supra; madore corruptus et initio et fine mutilus.

Hugonis de S. Caro, sive Alexandri Halensis, in psalmos lxix—cxlviii. inclusive expositio.

Incip. in verbis, " Intraverunt aque," etc. " universum mundum lucretur."

Defic. " et omnes abissi; nubilosus ad abissum pertinet et"——

LV.

Membranaceus, in folio majori, ff. 223, sec. xv., scriptus ut supra.

Hugonis de S. Caro expositio super Ecclesiastem, Proverbia et Cantica Canticorum.

In calce Prov. " Explicit notabile opus famosi doctoris Hugonis de Vienna super Proverbia Salomonis xvij. die Julii anno Domini millesimo cccc. sexagesimo."

Lib. Eccl. mancus est in initio, incip. " translacione hujus libri."

LVI.

Membranaceus, in folio majori, ff. 171, sec. xv., scriptus ut supra.

Hugonis de S. Caro expositio in Sapientiæ et Ecclesiastici libros.

Præfigitur notitia de donatione libri, quam antea exscripsimus.

LVII.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 292, sec. xv., scriptus ut supra.

Hugonis de S. Caro expositio in Isaiam prophetam.

In calce, " Explicit Ysaias in vigilia S. Nicolai anno Domini millesimo cccc. sexagesimo secundo, regnique regis Edwardi quarti post conquestum secundo."

LVIII.

Membranaceus, in folio majori, ff. 190, sec. xv., scriptus ut supra.

Hugonis de S. Caro expositio super Hieremiam prophetam ejusdemque Threnos.

Præfigitur notitia de legatione codicis.

Abscissum est folium primum, quod continebat omnia ab initio ad ' Sint lumbi vestri.'

In calce, " Liber magistri Rogeri Keys scriptus anno Domini millesimo cccc. quinquagesimo, secundo Oxon. per manum Willelmi Salomonis"——

LIX.

Membranaceus, in folio majori, ff. 199, sec. xv., scriptus ut supra.

Hugonis de S. Caro expositio in Ezechielem prophetam.

LX.

Membranaceus, in folio majori, ff. 265, sec. xv., scriptus ut supra.

Hugonis de S. Caro expositio super prophetas duodecim minores.

LXI.

Membranaceus, in folio majori, ff. 217, sec. xv., scriptus ut supra.

1. Hugonis de S. Caro expositio in Danielem prophetam; initio mutil. fol. 1.

   Incip. in verbis præf. " Estimat, scit versucias."

   Præfigitur notitia de donatione codicis.

2. Ejusdem expositio super Job. fol. 68.

3. Ejusdem Hugonis expositio super Actus Apostolorum. fol. 182.
In calce, "Expliciunt Actus Apostolorum anno Domini millesimo cccc. sexagesimo quarto."

LXII.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 181, sec. xv., scriptus ut supra.

Hugonis de S. Caro expositio in SS. Matthæi et Marci evangelia; initio mutil.

Incip. in verbis, — "et triginta; ponitur autem solus Judas."

Præmittitur notitia donationis, et ad calcem subjungitur, "Explicit opus Hugonis de Vienna super Marcum;" deinde; "Iste liber constat magistro Rogero Keys, qui fuit scriptus Oxonie anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto per manum Willelmi Salomonis, Leonensis diocesis, cujus anime propicietur Omnipotens; Amen; Deo gratias."

LXIII.

Membranaceus, in folio majori, ff. 224, sec. xv., scriptus ut supra.

Hugonis de S. Caro in S. Lucam expositio.

Præfigitur notitia supra memorata; et in calce "Explicit Deo gratias."

LXIV.

Membranaceus, in folio majori, ff. 184, sec. xv., scriptus ut supra.

Hugonis de S. Caro in S. Johannem expositio.

Præfigitur notitia donationis; et ad calcem, "Explicit, Deo gratias et beato Johanni, in vigilia apostolorum Symonis et Jude anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo vi. pro et nomine venerabilis viri magistri Rogeri Keys, archidiaconi de Barnstapelle, in ecclesia cathedrali Exon. cui donet Christus regnum celeste; Amen."

LXV.

Membranaceus, in folio majori, ff. 253, sec. xv., scriptus ut supra.

Hugonis de S. Caro expositio in S. Pauli ad Romanos et ad Corinthios epistolas.

Præfigitur notitia; et ad calcem, "Explicit notabile opus famosi doctoris Hugonis de Vienna super epistolas Pauli ad Romanos et super primam et secundam ad Corinthios scriptum per me Willelmum Salomonem Oxon. finiturque in crastino Sancti Dionis, anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo et anno regni regis Henrici Sexti post conquestum Anglie tricesimo nono; Deo gratias."

LXVI.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 280, sec. xv., scriptus ut supra.

1. Hugonis de S. Caro expositio in S. Pauli epistolas undecim posteriores. fol. 1.
Præfigitur notitia donationis.
2. Ejusdem expositio in epistolas septem canonicas. fol. 223.
In calce, "Expliciunt septem epistole canonice penultimo die mensis Februarii anno Domini millesimo quadringentesimo lxiij."

LXVII.

Membranaceus, in folio majori, ff. 165, sec. xv., scriptus ut supra.

Hugonis de S. Caro expositio super S. Johannis Apocalypsin.

Præfigitur notitia sæpe dicta; et ad calcem "Explicit notabilis glosa super Apocalypsin."

LXVIII.

Membranaceus, in folio majori, ff. 233, sec. xv., scriptus ut supra.

Hugonis de S. Caro sermones in dies Dominicales festivalesque, cum prologo.

Tit. prol. "Incipit prologus in seminarium predicacionis."

Incip. "Ad suggillandum vicia commendandumque virtutes."

Tit. serm. i. "Sermo invitatorius ad audiendum verbum Dei."

Incip. "Beati qui audiunt, etc. Vultis nosse quam beati."

Incip. ult. sermo 'de Virginibus,' "Simile est regnum; Terrenis rebus similatur."

Defic. in verbis, "ad pejora accenditur; Hinc Osee propheta."

Unicuique sermoni præfigitur tabula capitulorum, et in margine perquam notatur glossa de materia ejusdem.

Ad fol. 178 inserta est tabula materiarum secundum alphabetum et ordinem quem in codice obtinent.

LXIX.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 86, sec. xiii. exeuntis, anno scilicet 1288 manu Petri Heremitæ exaratus; olim liber domini Johannis Lovell, postea Johannis ad Caputia; initio mutil.

1. [Philippi Gualterii de Castellione Poema, quod dicitur Alexandreis,] sive de gestis Alexandri Magni libri decem carmine heroico comprehensi, glossulis interlinearibus et argumentis metricis illustrati.

Incip. in versu lib. iii.

"Palluit et primo defectus passa nitoris,
Demum sanguineo penitus suffusa rubore."

In calce, "Explicit liber Alexandreidos perscriptus anno Domini m.cc. octogesimo octavo, in mense Junii.

Gaudens gaudenti, flens flenti, pauper egenti;
Prudens prudenti, stolidus placet insipienti;
Res est vendibilis que cum sit vendita multis;
Venditor illud habet emptor abit vacuus;
Lepra, febris, scabies, lippus morbusque caducus;
Nostris corporibus transitione nocent."

Deinde literis rubeis hodie pæne evanidis, "Iste liber est Petri heremite, quem ipse scripsit, decimo octavo anno heremitagii sui."

Postea, "Petrus heremita correxit istum librum secundum majores glosulas, ut dicuntur, Aurelianenses, anno Domini m.cc. nonagesimo, in vicesimo anno ipsius habitus; et scribuntur per se predicte glosule in quatuor quaternis, ideo quia margo libri non ei videbantur sufficere; et est liber iste autenticus et ordinatus ad hystoriarum testimonia."

Sequitur, "Post obitum Petri heremite, istius libri scribe, ego eundem comparavi cujus nomen in hoc potest innotescere, Caro sophia neue, anno Domini millesimo quadringentesimo tercio in tricesimo die Januarii."

2. Glossulæ super librum Alexandreidos; in calce mutil. fol. 81.

Incip. "Quia scientis est opponere vel proponere quo stupeant ignorantes."

LXX.

Chartaceus, in folio, ff. 36, sec. xvii. exeuntis.

Cinna, a trage-comedy written in French by Mon. Corneille, now englished and most humbly presented to her royal highness.

Beg.

"Yee restless thoughts that brave revenge exact."

End,

"That Cæsar knows all, and has all forgott."

LXXI.

Codex chartaceus, in folio, ff. 33, sec. xviii. ineuntis.

Book of receipts in cookery, with names of contributors occasionally introduced; e. g. Lord Capel, Lord Conway, Lord Alford, etc.

LXXII.

Chartaceus, in 4to, ff. 134, sec. xvii., binis columnis scriptus.

Apollonius Pergæus Redivivus, sive Conicorum libri tres, auctore Josepho Cotton, versione Anglicana parallela adaucti.

Incip. lib. i. "Definitiones; Conus est corpus sive solidum."

Desin. "Cujus semidiameter est qu. q. e. d. Finis; Soli Deo gloria, Jan. 4, 1676."

LXXIII.

Chartaceus, in 4to, ff. 194, sec. xvii, in volumina duo distinctus.

Logistica speciosa, sive Algebra Literalis, in partes duo distributa, auctore Edwardo Davenant, [an canonico Sarisburiensi?]

LXXIV.

Chartaceus, in 4to, ff. 168, sec. xvii.

Arithmetica, sive Regulæ Arithmeticæ, eodem auctore.

LXXV.

Chartaceus, in 4to, ff. 168, sec. xvii.

Geometria, sive Regulæ Geometricæ, auctore eodem.

LXXVI.

Chartaceus, in 4to, ff. 44, sec. xvii.

Hebrææ Linguæ Rudimentum sive Grammatica.

Incip. "Regula prima; Hebræi cum cæteris orientalibus a dextra legere incipiunt."

LXXVII.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 182, sec. xvii.; olim Will. Blencowe, e coll. Magd. Oxon.

A law dictionary, or common-place book, with notices of cases as precedents, divided according to subjects; first leaf wanting.

Beg. — "with warranty, the warranty shall extend to him and his heirs."

At the end is an index of chapters.

LXXVIII.

Chartaceus, in 4to, ff. 42 et 14, sec. xvii., olim an. 1650 Johannis Sheffeilde.

A common-place book of medical receipts for various diseases, with the names of medical men and others who contributed them on the margin.

At fol. 4 is a letter *in Latin* from John Sheffeilde to his father; and reversing the volume are several letters in English, with two in Latin, to his father and mother; without date.

LXXIX.

Chartaceus, in 4to, ff. 45, sec. xvii.

Opus medicum in capita quatuordecim distinctum, quorum priores septem de febribus, et prognosi et curatione earundem necnon morborum aliorum.

Incip. "Tabella febrium. Febris est continua vel intermittens."

Desin. ult. quod est de languore universali, "aut cerevisia crassa Brunsvicensis."

LXXX.

Chartaceus, in 4to, ff. 169, sec. xvii.

Adversaria medica, symptomata plerumque curationemque morborum variorum exhibentia; adjunctis perquam manu altera formulis remediorum.

Incip. man. pr. ad fol. 8, "De cephalæa; Meninges occupat cephalea, dolor diuturnus difficulter."

Ad fol. 144 b, "Index characterum chymicorum;" incip. "Acetum ✠."

LXXXI.

Chartaceus, in 4to, ff. 167, sec. xvii.; olim Lenthall cujusdam.

1. Liber de pulsibus et urinis in capita sedecim distinctus. fol. 2.

Incip. "1673; De pulsibus et urinis. cap. 1. Quid pulsus, quotque ejus differentiæ."

Desin. "remedio prudenter decernantur."

In cal. "Libri de pulsibus et urinis; Finis."

2. Formulæ remediorum pro variis morbis. f. 30 b.

Incip. "Martii, —74; De synocho putrida. Venæsectio peragenda."

LXXXII.

Codex chartaceus, in folio, ff. 210 sec. xvii., olim J. Purcell, doctoris medici, cujus manu, ut videtur, totus codex exscriptus est.

1. Traité de la matiere medicale selon le sentiment de Monsieur Chirac; *Gall.* fol. 1.

Incip. "Pour parvenir a la connoissance."

Ad p. 111 exponuntur characteres, qui apud medicos in usu habentur.

2. Materia Medica Chymica et Pharmacopœia. fol. 112.

Incip. "Ad faciendam suam praxim."

Versus calcem agitur de regno animali et minerali, cui succedunt indices duo.

LXXXIII.

Chartaceus, in folio, ff. 175, sec. xviii. ineuntis; anno 1712 peculium A. Play.

Diary of a French physician studying in England, comprising a statement of the various diseases with his treatment of them, during the years 1701—1705; *in French.*

Tit. "Journal, l'année 1701; Juin, 1702, 1703, 1704, 1705."

Beg. "Petite Verole; Mary Hatchet, Strowd's niece, a tallow chandler in High Holborn; elle a x ans fort maigre, foible d'un teint noir."

At p. 331 is a treatise by Dr. Mead, 'de imperio solis et lunæ.'

Prefixed is a table of the diseases.

LXXXIV.

Chartaceus, in folio, ff. 69, sec. xvii. exeuntis.

A book of medical receipts, amongst which occur a few for the Earls and Countesses of Clanricarde and Somerset.

LXXXV.

Chartaceus, in folio, ff. 54, sec. xviii. ineuntis.

A collection of medical receipts.

On the margin are the names of medical men and others, authors of the several prescriptions.

LXXXVI.

Codex, in volumina duo distinctus, quorum habet prior, ff. 297, altera 215, sec. xvii. exeuntis; hic illic mutil.

Collectanea medicinalia tam ad physiologiam quam pathologiam spectantia, in quibus agitur de morbis variis eorumque remediis; de methodo medendi, etc.

Incip. vol. i. in verbis, "Frigida cerebri intemperies, — obstruens, estque insipida."

Incip. vol. ii. — "et ut communis est opinio siccantur."

Desin. "velle videar, remitto; cui et cujus studiis ut bene sit animitus a Deo," etc.

Codices qui sequuntur olim pertinebant ad Gulielmum Glynne, Baronettum; quorum pars maxima postea facta est peculium, jure emptionis, domini Josephi Sandford e coll Ball., qui omnes collegio Exoniensi dono dedit. Numero signantur duplici, cujus alter ad catalogum codd. MSS. Angliæ et Hiberniæ, etc. spectat, in quo codices isti jam partim sunt descripti; scil. ad tom. ii. part. i. p. 49.

LXXXVII.

Membranaceus, in folio, ff. 53, sec. xv.; mutil. [Gl. 2.]

Glossarium Juridicum, præcipue ad jus civile et canonicum spectans.

Incip. "Afficitur prebenda, certis modis notatis de com. prebende, Si. sol. glossa Magna, libro sexto per Jo[hannem] An[dreæ]."

Deficit sub voce 'Visitatio' in verbis, "prescribi non potest, De prescriptis, capitulo, Cum ex officii"——

LXXXVIII.

Chartaceus, in folio, ff. 59, sec. xvii. [Gl. 3.]

1. Case of the Lady Frances Howard and the Earl of Essex, before the king's delegates, with the judgment of Geo. Abbot, archbishop of Canterbury, and answer of the king; etc. 1613. fol. 1.
2. Commission to inquire into the amount of fees, etc. taken in the courts of law in the 30th year of Elizabeth, with a view to reform those taken at the present time; dat. 28 Oct. 20 Jac. I. fol. 8.
3. Treatise on the history of the high court of parliament by Mr. Starky. fol. 11.
4. Extracts from the journals of the house of commons, touching the questioning members by counsel whilst in the house; 1 and 3 December, 1621. fol. 17.
5. Sir H. Yelverton's speech in his own defence; 1 May. fol. 21.
6. A record of some worthy proceedings in the house of commons, in the late parliament, held 1611. fol. 22.
7. Petition exhibited to the king against the Roman catholics, 19 Jac. I. December. fol. 24.
8. Remonstrance from the king to the parliament; dat. Newmarket, 3 Septemb. 1621, with the commons' answer. fol. 26.
Bibliorum Sacrorum volumen sextum et ultimum, Novi Testamenti libros omnes reliquos complectens, ordine sequenti, S. Johannis evangelium, epistolas quatuordecim Paulinas, epistolas Canonicas, Apostolorum Actus, et S. Johannis librum Apocalypseos.

Deest S. Joh. Evang. folium primum. Abscissæ sunt quoque hic illic a nebulone quodam literæ aliquæ initiales coloribus pictæ.

XIV.

Chartaceus, in folio minori, ff. 192, sec. xv.

1. Nicolai de Lyra super prophetarum libros postilla ab anonymo quodam abbreviata. fol. 1.

Præmittitur notitia ex S. Hieronymi epistola ad Pammachium, incip. "Magne difficultatis est divinam scripturam et maxime prophetas intelligere."

Incip. postil. "*Jerusalem Evangelistam dabo, Ys.* Prout dicit Ieronimus in prologo super hunc librum, Ysaias non tantum propheta dicendus est"

Desin. postil. in Baruch. qui in codice post Malachiam scribitur, "*longe est ab opprobriis;* que sunt inferenda ydolatriis, et minus dicendo significat majus, quia tali homo eciam erit honorabilis coram Deo et angelis."

In calce, "Explicit postilla super Baruc, qui in aliquibus libris scribitur immediate post Ieremiam, in aliquibus non."

2. Ejusdem postilla super Maccabæorum libros duo, itidem abbreviata. fol. 175 b.

Incip. "*Et factus est;* post historiam libri Judith quantum ad hystorias; etc." ut in editt. impress.

Desin. "ut legentibus sit animi delectatio."

In calce, "Explicit postilla super libros Machabeorum, etc."

XV.

Codex chartaceus, in folio minori, ff. 282, sec. xv.

1. Ordo legendi epistolas et evangelia in Dominicis et feriis per anni cursum. fol. 1.

2. Cotatio lectionum ad materias de temporali, extracta de Biblia. fol. 4.

3. Nicolai de Lyra postilla super evangelia quatuor abbreviata. fol. 5.

Incip. "*Quatuor facies uni;* Ezech. i. Secundum Gregorium super Ezechielis prima parte."

Desin. "Ad contemplandum eum facie ad faciem."

In calce, "Explicit postilla super Johannem."

4. Ejusdem Nicolai super libros Testamenti Novi reliquos postilla itidem abbreviata. fol. 113.

Incip. "*Ecce descripsi eam tibi tripliciter.* Prov. xxii. Quod verbum de sapientie descriptione dicitur; sapientia autem Pauli in cognicione Domini nostri Ihesu Christi."

Desin. "*Veni Domine Jesu;* Hoc dicit Johannes conformando," ut in editt. impress.

Præmittitur notitia, incip. "Nota quod iste non scribit super epistolam Pauli ad Laodicenses, que in aliquibus libris habetur et scribitur post epistolam ad Thessalonicenses, et potest esse causa, quia secundum Gregorium," etc.

5. Anonymi cujusdam in Apocalypseos librum commentarius sive glossa. fol. 256.

Incip. "*Apocalypsis;* Hec sola inter libros Novi Testamenti prophetia vocatur, que aliis excellencior est propheciis;" ut in Gloss. Ordinar.

Desin. "librum hunc post evangelia in sacra scriptura attollimus; Explicit hoc opus."

6. Bibliorum Sacrorum omnium argumenta, secundum Petrum de Aureolo, Ord. Minor., archiep. Aquensem. fol. 276.

Incip. "Considerandum est quod scriptura dividi potest in octo partes principales, secundum octo modos docendi."

Desin. "que debebant illi contingere a sui fundacione usque in finem."

7. Tabula S. Scripturæ divisionem exhibens, secundum librorum materiam. fol. 281.

XVI.

Codex membranaceus, in folio, ff. 224, sec. xiv., bene exaratus et servatus.

SS. Bibliorum libri duo priores, Genesis scilicet et Exodus, glossis ordinaria et interlineari perpetuis illustrati, præviis prothematibus.

In margine quoque glossulæ aliæ hic illic descriptæ sunt.

In initio codicis agitur quæstio, "Utrum intelligentia precise accepta pro secunda parte ymaginis Trinitatis increate representet Filium in divinis, actu secundo circumscripto."

Incip. "Ad questionem dico, quod intelligencia representet Filium."

XVII.

Membranaceus, in folio, ff. 278, sec. xiv., bene exaratus et servatus.

SS. Bibliorum libri sequentes, Leviticus, scilicet, Numeri et Deuteronomium, glossis itidem ordinaria et interlineari instructi.

In fine, "Explicit Deuteronomius."

Sequitur in calce voluminis, *manu altera et recentiori*, narrationis fragmentum de famulis duobus, qui regi alicui serviebant.

XVIII.

Membranaceus, in folio, ff. 199, sec. xiv.; haud una manu nec eodem tempore exaratus.

1. SS. Bibliorum libri, qui sequuntur, Paralipomenon duo, Esdræ I. et Nehemias, glossis ordinaria et interlineari instructi. fol. 4.

Præmittuntur,

a. Paralipomenon libb. Capitula. fol. 1.

b. "Prologus beati Ieronomi presbiteri in libris Paralipomenon, quod latine interpretatur Verba dierum." fol. 2.

c. "Item Prefacio Ieronimi." fol. 2 b.

d. Capitula libri Esdræ. fol. 3.

---

2. Esdræ libri II. III. et IV. quorum ultimus in duo distinguitur. fol. 174.

Tit. i. "Incipit liber Esdre secundus."

XIX.

Codex membranaceus, in folio, ff. 118, sec. xiv.; binis columnis bene exaratus.

Liber Job, prologo S. Hieronymi, prothematibus, glossis interlineari et ordinaria illustratus.

Glossulas quoque aliquas in margine supplevit manus recentior.

In calce, "Explicit liber Job."

XX.

Membranaceus, in folio, ff. 224, sec. xiv. ineuntis, nitide exaratus.

Libri Sacri quinque, scilicet, Salomonis Parabolæ, Ecclesiastes, Cantica Canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus, S. Hieronymi prologis glossisque interlineari atque ordinaria instructi.

Præmittuntur, *manu aliquantum recentiori*,

"Tempora labuntur vernantibus invida formis,
Dives te ledit, res tua, nam miser es;
Sperne fluentia, respice, cras ea nil tibi prosunt,
Multa recondis, cur? ut moriens ea des,
Da celer, est siquidem tutum, da preveniens te.
In decretis sunt cause triginta sex, et quot sunt littere in singulis dictionibus premissorum versuum, tot sunt questiones in singulis causis."

XXI.

Membranaceus, in folio, ff. 176, sec. xiv.

1. Liber Isaiæ prophetæ, S. Hieronymi prologo, glossisque interlineari et ordinaria instructus. fol. 1.

In calce, "Explicit Ysaias."

2. Canticum Canticorum, cum præfatione et glossis, ut supra. fol. 77.

Præfationem insequitur prologus alter, incip. "Materia hujus operis sunt sponsus et sponsa."

3. Liber Job, prologis glossisque, ut supra, instructus. fol. 86.

In calce, "Explicit liber beatissimi Job."

In ora fol. 86 inferiori leguntur versus sequentes,

"Job commendatum . Sathan impetrat ad cruciatum,
Nec movet, ablatis . opibus, natisque necatis,
Ulcere, squalore . blaspheme conjugis ore,
Job solatores . reprobat suffertque tumores,
Verbis magnificis . Dominum videt, audit, amicis
Primum purgatis . opibus pollet duplicatis."

In calce codicis, Tractatulus de mensuris et ponderibus ad medicinam spectantibus, incip. "Pondera medicinalia cognoscimus et commoniti sumus variare."

XXII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 224, sec. xiv., bene exaratus.

1. Liber Isaiæ prophetæ, S. Hieronymi prologo glossisque interlineari et ordinaria instructus. fol. 1.

   In fol. i. marg. super. "Sancti Spiritus assit nobis gratia; Amen."
   In calce, "Explicit Ysayas."

2. Liber Jeremiæ prophetæ, cum S. Hieronymi prologo glossisque, ut supra. fol. 99.

   Præmittitur, "Sancti Spiritus assit nobis gratia."

3. Jeremiæ Lamentationes, cum glossis, ut supra. fol. 188 b.

   In calce, "Sufficiant hec ad explanationem Lamentationum Jeremie, que de Patrum fontibus hausi, Ego Gislebertus Antisiodorensis ecclesie diaconus;" ut in edit. Lyran. Venet. 1588, tom. iv. fol. 202.

XXIII.

Membranaceus, in folio, ff. 168, sec. xiv., bene exaratus.

1. Liber Ezechielis prophetæ, S. Hieronymi prologo glossisque interlineari atque ordinaria instructus. fol. 1.

   In calce, "Explicit liber iste."

2. Liber Danielis prophetæ, cum S. Hieronymi prologo glossisque, ut supra. fol. 123.

   In calce, "Explicit Daniel propheta."

XXIV.

Membranaceus, in folio, ff. 138, sec. xiv.

1. Prophetarum duodecim minorum libri, S. Hieronymi prologis glossisque interlineari atque ordinaria instructi. fol. 1.

2. Aggæi prophetæ fragmentum, cum glossis ab ordinaria variantibus. fol. 104.

   Incip. gloss. "In anno secundo, etc. Quia nondum civitas pristinam gloriam receperat sed adhuc populus in domibus concavis et, ut in greco habetur, deorsum positis."

3. Danielis liber, cum S. Hieronymi prologo glossisque interlineari et ordinaria. fol. 107.

   Sequitur catalogus regum Israelitarum, Persarum, Ægypti atque Syriæ.

XXV.

Codex membranaceus, in folio, ff. 171, sec. xiv.

1. Libri Sacri, Esdræ scilicet I., Nehemiæ, Tobiæ, Judith et Hester, cum S. Hieronymi prologis glossisque ordinaria et interlineari. fol. 1.

   In calce Tobiæ notatum est, "Explicit liber Tobie habens versus in numero d.cccc."
   In calce Judith, "Explicit liber Judith habens versus, numero m.c."

2. Maccabæorum libri duo, S. Hieronymi Rabanique Mauri prologis, capitulis, et glossa ordinaria instructi. fol. 87.

   In calce, "Explicit liber secundus Machabeorum versuum mille octingentorum."
   In fronte codicis, "Liber .... qui ipsum alienaverit vel scripturam istam dempserit, anathema sit."

XXVI.

Membranaceus, in folio majori, ff. 224, sec. xiii. exeuntis, bene exaratus et servatus.

Evangelia quatuor, S. Hieronymi prologis, glossisque ordinaria atque interlineari instructa.

XXVII.

Membranaceus, in folio, ff. 189, sec. xiv.

1. Actus Apostolorum, prologis glossisque instructi. fol. 1.

   In calce, "Explicit liber actuum apostolorum."

2. Epistolæ septem catholicæ, cum glossa ordinaria. fol. 84.

3. S. Johannis Apocalypseos liber, cum glossa ordinaria. fol. 140.

XXVIII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 135, sec. xiii. ineuntis.

1. Epistolæ quatuordecim Paulinæ, glossis marginalibus atque interlinearibus penitus instructæ. fol. 1.

Incip. gloss. "Pro altercatione scribit Romanis, confutans modo Gentiles modo Judeos, docens eos humiliari."

Desin. gloss. in Hebr. "illis prodest, qui voluptates deserunt et corpus affligunt."

2. Epistolæ septem catholicæ, itidem glossis illustratæ, necnon S. Hieronymi prologo. fol. 113.

Incip. gloss. "Septem sunt epistole, propter septem dona Spiritus Sancti vel propter fidem Sancte Trinitatis quem continent."

In prima pagina notatum est, "Liber Collegii ex dono fundatoris et habetur in Registro, ut ibi patet :ʃ:."

XXIX.

Membranaceus, in folio, ff. 190, sec. xiii. ineuntis, binis columnis exaratus; olim peculium Thomæ Lustcyll postea Johannis Gynnor, anno scil. 1463.

1. Rabani Mauri in Genesim expositio, prævia ad Fretulfum epistola dedicatoria. fol. 1.

Tit. "Prefatio Rabani in librum super Genesim."

Exstat impress. inter opera, edit. 1626, tom. ii. p. 1.

2. Ejusdem Rabani in Moysis libros quatuor reliquos expositio breviter annotata a Strabo discipulo ejus, prævia ad Exodum atque Leviticum præfatione. fol. 93.

Tit. "Incipit expositio Rabani breviter annotata a Strabo ejus discipulo super Exodum. Prefatio in subsequens opus."

Incip. prol. "Hujus libri quam subjectam cernis explanitiunculam domnus Rabanus de dictis Sanctorum."

Incip. Exod. "Exodus exitus dici potest, quia Greci odum viam, odoporicum viaticum vocant."

Desin. Deuteron. "Quod Josue obedisse filios Israel dicit, significat sanctorum devotionem, quam Christo exhibent Salvatori."

In calce codicis, "Liber magistri Johannis Gynnor ex dono magistri Thome Lustcyll, quem librum disposuit idem Johannes collegio beate Marie Wynton. in Oxon. post mortem suam cathenandum in libraria ejusdem collegii; scripta sunt hec anno Domini m.cccc.lxiij.° xxviij.° die mensis Augusti."

Postea, "Liber collegii beate Marie Winton. in Oxon. ex dono magistri Johannis Gynnor artium magistri et socii, 1492."

XXX.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 78, sec. xv. ineuntis.

1. Thomæ Walleys, sive Guallensis, ord. Prædicatorum, in Isaiæ prophetæ librum commentarius; cum præfatione. fol. 1.

Incip. præf. "Beatus qui custodit verba, etc. Crisostomus, omelia 26 In perfecto, dicit sic, Quemadmodum non prodest cibus nisi cum fuerit masticatus."

Incip. liber, "Levamini et mundi estote; Non solum opera mundanda sunt sed et cogitationes."

Desin. "qui sitit veniat, et qui vult accipiat aquam vite gratis."

In calce, "Explicit opus super Ysaiam."

2. Ejusdem Thomæ super Numerorum librum commentarius. fol. 20 b.

Incip. "Recensiti sunt per nomina, etc., Si velimus inter filios Israel numerari, oportet quod ad bella sustinenda simus idonei."

Desin. "Non enim erit heres filius ancille cum filio libere."

In calce, "Explicit super librum Numerorum."

3. Ejusdem in Deuteronomium commentarius. fol. 29.

Incip. "Vade in terram quam Deus tuus dat tibi; Sagittans qui bene vult sagittare valde intente signum respicit."

Desin. "quasi scelus ydolatrie nulle adquiescere."

In calce, "Explicit Wa. super Deutro."

4. Ejusdem in Josuæ librum commentarius. fol. 39 b.

Incip. "Transi Jordanem istum. Volentibus terram promissionis ingredi prius oportet transire Jordanem."

Desin. "in diebus ejus justitia et habundantia pacis."

In calce, "Explicit liber Josue."

5. Ejusdem in librum Judicum commentarius. fol. 47.

Incip. "Post mortem Josue consuluerunt, etc. Illi utuntur in assumendo ducem consilio Domini."

Desin. "et non sit qui eripiat te."

In calce, "Explicit opus Waleys super librum Judicum feliciter, Amen."

6. Ejusdem 'Waleys super Ruth' commentum. fol. 54.

Incip. "Amaritudine replevit me; Electi filii Dei in presenti amaritudine."

Desin. "et exaltavi, ipsi autem spreverunt me."

In calce, "Explicit opus fratris Thome Waleys super librum Ruth."

7. Ejusdem super librum Exodi commentum. fol. 56.

Incip. "Ecce populus filiorum Israel, etc. Philosophus libro 8° de animalibus capitulo 50 dicit, quod apes qui pascuntur flores ortolamos."

Desin. "ut luceret eis per noctem, etc."

In calce, "Explicit opus fratris Thome Waleys de ordine Predicatorum super Exodum."

8. Ejusdem super Leviticum commentarius. fol. 72 b.

Incip. "Masculum immaculatum offerent; Solus Christus erat masculus immaculatus."

Desin. "Ite, ostendite vos sacerdotibus."

In calce, "Explicit opus fratris Thome Waleys super Leviticum."

Exstant opera supradicta in Bibl. Bodl. Cod. MS. Laud. 345, sed Joh. Waliensi, Ord. Min. tributa.

XXXI.

Codex chartaceus, in folio, ff. 440, sec. xv.; haud eodem librario scriptus.

Catena SS. Patrum super Psalterium usque ad medium Psalmi 'Αναστήτω ὁ Θεὸς scil. sexagesimi octavi.

Tit. ψαλτήριον τῷ Δαυίδ.

Incip. μακάριος ἀνὴρ, κ. λ. Εὐσεβίου Καισαρίας. Μακαριότητος μὲν κατὰ φύσιν ἅπαντες ὀρεγόμεθα ἀλλ' ἀθίπερ ἀγνοοῦντές τινες ἐν τοῖς σωματικοῖς ἀγαθοῖς ταύτην εἶναι νομίζουσιν: edit. Corderiana, p. 3.

Desin. in comment. ejusdem Eusebii super Ps. lxviii. vers. 16, οἱ τὰ ἄγαθα ποιήσαντες εἰς ἀνάστασιν ζωῆς οἱ δὲ τὰ φαῦλα πράξαντες εἰς ἀνάστασιν κρίσεως.

Auctores in Catena ista sunt, Apollinarius, Asterius, Athanasius, Basilius, Chrysostomus, Cyrillus, Didymus, Eusebius, Gregorius Nazianzenus, Gregorius Nyssenus, Hesychius, Origenes, Severus, Theodorus, Theodorus Antiochus, Theodoretus et Theodotion."

XXXII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 224, sec. xii., binis columnis bene exaratus; olim Gul. Yve, S.T.P. et Sarum eccl. cancellarii.

Petri Lombardi, sententiarum magistri, in Psalmos Davidis glossæ; prævio prologo.

In calce, *manu longe recentiori*,

"Explicit hic Petri glosarum meta magistri."

Deinde, "Psalterium Glosatum, precii xxx s."

Præmissa est codici notitia sequens, "Liber collegii ex dono magistri Willelmi Yve sacre theologie doctoris Sarum ecclesie cancellarii scolarium collegii beate Marie prope Winton. nuper informatoris."

XXXIII.

Membranaceus, in folio, ff. 162, sec. xiv. ineuntis, binis columnis exaratus, olim Willelmi Warham, archiepiscopi Cantuariensis.

S. Hieronymi, presbyteri Stridonensis, in Psalterium expositio, cum præfatione.

Tit. "Incipit prefacio exposicionis psalmorum, sancti Ieronimi presbiteri."

Præcedit notitia, "Liber Willelmi Warham, Cantuar. archiepiscopi;" et in margine pag. 1. inferiori, "Hieronymus super psalterium ex dono reverendissimi in Christo patris ac domini domini Willelmi Wareham, Cantuar. archiepiscopi ac quondam hujus collegii socii."

XXXIV.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 249, sec. xii., binis columnis nitide exaratus; olim Henrici [Beaufort?] Cardinalis et episcopi Wintoniensis.

Petri Lombardi, Parisiensis, in Psalterium Davidis glossæ, prævia præfatione.

Abscissa est a nebulone quodam psalmi primi litera initialis.

Præmittitur de donatione codicis notitiæ fragmentum sequens, "——Henrico Cardinali Anglie et episcopo Wyntoniensi ac pro——— istius collegii et benefactoribus eorumdem. Chawndeler."

XXXV.

Membranaceus, in folio majori, ff. 278, sec. xiii., binis columnis exaratus; olim Henrici Upnore.

Petri Lombardi Glossæ in Davidis Psalterium, cum præfatione et glossulis marginalibus.

Tit. "Incipit liber Ymnorum vel soliloquiorum David prophete de Christo."

In calce,

"Explicit hic Petri glosarum meta magistri."

In fronte codicis, fol. scil. 1.* verso, "Liber magistri Henrici Upnore datus eidem per magistrum Thomam Hyll ex dispensatione executorum suorum;" et in fol. 2 b, "Liber collegii emptus de magistro Henrico Upnore rectore de Horewode pro liii.s. iiij.d. anno Christi 1487."

Sequitur in folio penultimo notitia, hodie pæne deleta, "Liber collegii beate Marie de Wynton in Oxon. ex dono venerabilis viri magistri Henryci Upnore [rectoris ecclesie] de Horewood magna, causa donacionis . . . .

XXXVI.

Membranaceus, in folio, ff. 113, sec. xiv. exeuntis; olim peculium Willelmi Malton, postea Willelmi Ware, coll. Nov. sociorum.

Michaelis [de Corbeil?] Meldensis distinctiones super Psalterium, prævia præfatione.

Tit. "Incipiunt distinctiones magistri Michaelis Meldensis super Psalterium."

Incip. præf. "Quisquis ad divine pagine eruditionem accedit, in principio debet considerare que sit istius scripture materia, circa quid versatur ejus tractatus. Est autem istius principalis materia opus restaurationis."

Incip. liber, "Beatus vir qui non abiit; Homo quamdiu per contemplationem Deo adheret in patria manet, et quando cogitationem suam ad terrene flectit a patria in exilium vadit."

Desin. "tamen manum corrigentis postulo non detrahentis; finis omnia concludit, omnia locat, omnia perficit, sola enim perseverantia accipit bravium."

In calce,

"Doctor Meldensis Michael, presul Senonensis,
Hic bene Psalmorum Polixena verba locavit."

Sequuntur,

a. Nota brevis de psalmis ad deprecandum Deum a S. Hilario ordinatis.

b. "Liber collegii beate Marie Wynton. in Oxon. ex dono magistri Willelmi Ware, olim socii ejusdem collegii, cathenandus in libraria communi ejusdem collegii ad usum studentium in eodem collegio. Oretis igitur pro donatore et benefactoribus ejusdem, et specialiter pro anima magistri Willelmi Maltone olim socii ejusdem collegii, cujus industria iste liber collegio fuerat assignatus."

c. Versus de patientia, etc. incip.

"Maxima virtutum patientia pugnat inermis."

Præmittuntur codici versus tredecim heroici de SS. Apostolorum prædicatione, incip.

"Petrus Romanis reseravit dona salutis."

XXXVII.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 249, sec. xiv., binis columnis bene exaratus et servatus; olim Thomæ Cranley, archiepiscopi Dublinensis.

S. Gregorii papæ I. Magni, in librum Job Moralium libri sedecim priores, cum prologo.

Exstant impress. inter opera, ed. Benedict. tom. i. col. 1.

In margine fol. 1. superiori notatum est, "Liber Thome Cranle archiepiscopi Dublinensis, quem . emit de quodam presbitero Cestrie xvj. die mensis Julii anno Domini

millesimo. cccc mo. viij.o regis Henrici quarti ix. et sue consecracionis xi."

In margine ejusdem folii inferiori, "Liber custodis et sociorum collegii beate Marie de Wynton. in Oxon. ex dono venerabilis patris Thome Cranle archiepiscopi Dublin. quondam scolaris deinde socii ac demum custodis collegii predicti, qui humiliter petit suffragiis predictorum custodis sociorum et aliorum inibi divina celebrancium adjuvari apud misericordissimum Deum."

XXXVIII.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 247, sec. xiv., binis columnis exaratus; olim Thomæ Cranley, archiep. Dublin.

S. Gregorii papæ I. Magni moralium tomus alter, libros xvii. ad finem comprehendens.

Tit. "Explicit liber quintus decimus. Incipit liber xvi. scilicet pars secunda secundum quosdam."

In margine fol. 1. descriptæ sunt notitiæ istæ, quas antea, in codicis scilicet præcedentis descriptione, exscripsimus.

XXXIX.

Membranaceus, in folio, ff. 240, sec. xiv. exeuntis, binis columnis exaratus; olim Gul. Say, S. T. P.

Gregorii papæ I. cognomento Magni, Moralium in Job libri xvii—xxxv. inclusive.

Exstant impress. inter opera, edit. Benedict. tom. i. col. 534.

In margine fol. 2 inferiori, "De dono venerabilis viri magistri Willelmi Say, sacre theologie professoris, socii hujus collegii, decani ecclesie sancti Pauli Londinensis, magistri domus sancti Antonii, decani capelle regie Henrici Sexti."

XL.

Membranaceus, in folio minori, ff. 287, sec. xiii.; binis columnis nitide exaratus.

1. Gaurrici, seu Guaricii [an de S. Quintino,] ord. Prædicatorum, super Isaiam Prophetiam commentarius, cum prologo. fol. 2.

Incip. prol. "Spiritu magno vidit ultima et consolatus est, etc. Ecclus. xlviij. Dicuntur hec ad laudem Ysaiæ."

Desin. prol. "dicentes nos nescire veritatem et habere corrupta exemplaria."

Incip. comment. "Visio Ysaie filii Amos, etc. Liber iste dividitur in duas partes, scilicet, in titulum qui est quasi quoddam proemium ad librum."

Desin. "sanctis qui sunt finis omnis carnis, quia omnia propter electos."

In calce, "Explicit Ysaias secundum magistrum Gaurricum de ordine Prædicatorum, Deo gracias; anno m.cc.xlix. v. ex. Octub."

2. Ejusdem Guaricii in Hieremiæ prophetiam commentarius, cum prologo. fol. 154.

Incip. prol. "Direxit opera eorum in manibus prophete sancti; Verba ista scripta sunt Sapientie x. et dicta sunt ad litteram de Moyse."

Desin. prol. "detrahunt multi unde deberent eis gratias reddere."

Incip. comment. "Verba Jeremie, etc. Hic incipit liber Jeremie, qui dividitur in duas partes, in prohemium, in tractatum qui incipit proprie ij. capitulo."

Desin. "in carcere quod magis patet in historia."

3. Ejusdem in Lamentationes Hieremiæ commentarius, cum prologo. fol. 256.

Incip. prol. "Quis dabit capiti meo aquam, etc. In verbis istis scriptis Jer. ix. tangitur quadruplex causa hujus operis."

Desin. "Et factum est postquam in captivitatem, etc. anteposita invenitur tamen in antiquis libris non est de textu."

Incip. comment. "Et factum est postquam; etc. Sicut dictum fuit in principio Jeremie."

Desin. "in ultimo verbo orationis et lamentationis sue; Deo gracias."

4. Ejusdem in Baruch commentarius. fol. 276 b.

Incip. "Post lacrimacionem et fletum, etc. Verba ista scripta sunt Tobie."

Desin. "quod fuit inventum in lecto David."

In calce,

"Parce Jhesu Christe liber a quo conditus iste,
Exstitit ut viso te gaudeat in Paradiso.
Amen."

XLI.

Codex chartaceus, in folio, ff. 274, sec. xvi. exeuntis, nitide scriptus; olim Reginaldi Poli, Cardinalis, archiepiscopi Cantuariensis.

SS. Patrum Catena super Isaiæ prophetæ librum, ab anonymo quodam compilata; *Græce.*

Præmittuntur,

a. Procemium compilatoris. fol. 1.

Incip. τῆς προφητείας τοῦ θεσπεσίου Ἠσαΐου τοῦ μεγαλοφωνοτάτου τῶν προφητῶν τὴν βίβλον μετὰ χεῖρας λαβὼν καὶ ταύτης τὴν ἀνάγνωσιν ποιησάμενος.

b. S. Basilii Cæsareensis argumentum libri. fol. 1 b.

Tit. τοῦ ἁγίου Βασιλείου ἐπισκόπου Καισαρείας εἰς τὸν Ἠσαΐαν ὑπόθεσις τῆς βίβλου ἡ φανερὰ καὶ αὐτοθελήπτη.

Incip. Catena. ἐγκαταλειφθήσεται ἡ θυγάτηρ Σιὼν, κ. λ. Βασιλείου· ἀπόδειξιν τῆς τοῦ Θεοῦ δικαιοκρισίας ἔχει ἡ τῶν ὁμοίων ἀντίδωσις.

Auctores, quorum fragmenta in catena ista exhibentur, sunt, Apollo abbas, Apollinarius, Basilius, Johannes Chrysostomus, Cyrillus, Eusebius Cæsariensis, Eusebius Emesenus, Hippolytus, Origenes, Severus Antiochenus, Severianus Gabalensis, Theodoretus, Theodorus Heracleensis.

In fol. 1 b. notatum est, "Donum Reginaldi Pool Cardinalis, archiepiscopi Cantuariensis, M.D.LVII."

XLII.

Membranaceus, in folio, ff. 133, sec. xv.; olim Willelmi Warham, archiepiscopi Cantuariensis.

Venerabilis Bedæ super Cantica Canticorum expositio.

Tit. "Incipit exposicio in Cantica Canticorum librorum septem, quam composuit Beda presbiter venerabilis, juvante se gratia superna. Primus liber, quo specialiter contra Julianum divine gratie impugnatorem disputat."

Exstat inter opera, edit. Colon. 1612, tom. iv. p. 714.

In calce, "Explicit exposicio Cantici Canticorum."

Deinde, "Liber Willelmi Cantuariensis archiepiscopi, Warham."

XLIII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 235, sec. xvi. ineuntis; olim Willelmi Warham, archiepiscopi Cantuariensis.

Alexandri Neckham in Cantica Canticorum expositio, in libros sex distincta, præviis cuique libro capitulis, cum præfatione.

Incip. præf. "Humilitas non solum soror est obediencie sed et mater."

Desin. "Conferat nobis subsidium dominus noster Jesus Cristus, qui est benedictus in secula; Amen."

Incip. expos. "Ortus deliciarum, paradisi celestis scripture amena jocundaque varietate florum, puta, rosarum, liliorum, violarum, decenter picturatur."

Desin. "ut pro me misero misericordie mater intercedas ad dominum nostrum Jhesum Christum filium tuum, cui laus et honor et imperium per infinita secula seculorum, Amen."

XLIV.

Membranaceus, in folio, ff. 231, sec. xi.; bene exaratus et Prophetarum effigiebus optime pictis illustratus.

1. Theodoreti, episcopi Cyri, in Ezechielis prophetiæ capitulum primum commentarius, cum argumento. fol. 1.

   Præfigitur titulus, ἀρχὴ τοῦ ἐξ καὶ δέκα προφήτων Θεοδωρίτου ἐπισκόπου Κύρου.

   Exstat inter opera, edit. Sirmond. tom. ii. pp. 300—316.

2. Prophetæ duodecim minores, absque commentario. fol. 7.

3. Isaiæ prophetia, in capitulis distincta, prævia capitulorum tabula. fol. 34.

   Tit. κεφάλαια τῆς προφητείας.

4. Jeremiæ prophetia. fol. 66.

   Tit. ὁ προφήτης Ἱερεμίας.

5. Liber Baruch. fol. 101.

   Tit. Βαρούχ.

6. Jeremiæ Lamentationes. fol. 104.

   Tit. θρῆνοι Ἱερεμίου.

7. Jeremiæ Oratio et Epistola ad captivos, qui in Babylonem abducti essent. fol. 106.

8. Ezechielis prophetia. fol. 108 b.

   Tit. Ἰεζεκιὴλ προφήτης.

9. Liber Danielis prophetæ. fol. 144.
Tit. Δανιὴλ κατὰ Θεοδοτίωνα.

10. Susannæ historia, Bel et Draconis. fol. 156.

11. Epitome gestorum regum Judæ et Israel. fol. 158.
Tit. ἔστι δὲ τὰ ὀνόματα τῶν βασιλέων Ἰουδᾶ καὶ τοῦ Ἰσραὴλ καὶ ὁποῖον τῆς ἑκάστου πράξεως τὸ τέλος καὶ πόσα ἕκαστος ἐβασίλευσεν ἔτη ὡς ἐν ἐπιτόμῃ λαβεῖν.
Incip. μετὰ τὸ ἀπόλεσθαι τὸν Σαοὺλ βασιλεύσαντα ἔτη μ'.
Desin. ἐν τούτοις οὖν καὶ τελευτᾷ ὁ πᾶς σκόπος τῶν δ' βιβλίων τῶν βασιλείων.

12. Eusebii Pamphili ex interpretatione psalmi octogesimi sexti. fol. 159 b.
Tit. Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου ἐκ τῆς ἑρμηνείας τοῦ πϛ' ψαλμοῦ.

13. Cyrilli Alexandrini quædam in Esaiæ visiones. fol. 160.
Tit. Κυρίλλου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας, οὐαὶ γῆς πλοίων πτέρυγες, ἐπέκεινα ποταμῶν αἰθιοπίας, καὶ τὰ ἑξῆς.
In calce, τέλος σὺν Θεῷ ἓξ καὶ δέκα προφήτου.

14. Maccabæorum libri tres. fol. 161.
Tit. i. βιβλίον ἀποστασίας Μακαβαίων.

15. Flavii Josephi de ratione imperii libellus sive de Maccabæis. fol. 208.
Tit. Ἰωσήπου περὶ σώφρονος λογισμοῦ.

16. Libellus, qui dicitur Πολεμαικόν, [scil. Josephi Antiquitt. Judaic. lib. xii. capita quatuor.] fol. 218 b.
Desin. in verbis cap. v. διηγήσομαι δὲ κατὰ μέρος τὰ [edit. Hudson, tom. i. p. 532, l. 18,] κατὰ Ἀντίοχον τὸν Ἐπιφανῆ, ὃς τήν τε Ἰουδαίαν ἐχειρώσατο καὶ τὸν ναὸν ἐμίαινεν, ἐν τῇ τῶν Μακκαβαίων βιβλῳ.

XLV.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 242, sec. xiv. exeuntis; binis columnis exaratus.

Simonis de Hentona, sive Harneton, Ord. Dominic., Moralia sive Postillæ super prophetas duodecim minores, scilicet,

1. In Hoseam, præviis introitu et prologo. fol.
Incip. introit. " Fundamentum primum Jaspis, etc. Per istos 12 lapides preciosos 12 prophete figurantur."
Incip. prol. " In prologo Osee scribitur Accipe tibi uxorem fornicariam, unde Ysidorus, Fornicatrix est cujus torus publicum est et vulgare."
Incip. comment. " Dixit Dominus ad Osee; Secundum Jeronimum Osee interpretatur Salvator."
In calce, " Expliciunt Moralia super Osee prophetam secundum fratrem Symonem de Hentona."

2. In Joelem, cum introitu. fol. 23.
Incip. introit. " Secundum vero Saphirus quo propheta Joel significatur."
Incip. comment. "Residuum eruce comedit locusta; Sciendum est quod eruca equivocum est."
In calce, " Explicit Joel de moralibus secundum fratrem Symonem de Hentona."

3. In Amos, cum introitu et prologis duobus. fol. 30 b.
Incip. introit. " Tercius Calcedonius; sicut a principio dictum est per 12 lapides."
Incip. prol. i. " Ozias rex; Iste rex voluit presumptuose fungi sacerdotio."
Incip. prol. ii. " Amos pastor; quippe non poterat propheta esse, sicut dictum."
Incip. comment. " Dominus de Syon; Jeronimus, Naturale est ut omnes artifices sue artis."
In calce, " Expliciunt moralia super Amos prophetam secundum fratrem Symonem de Hentona."

4. In Abdiam, cum introitu et prologo. fol. 50 b.
Incip. introit. " Fundamentum quartum Smaragdus; Inter 12 lapides."
Incip. prol. " Sepulcrum ejus usque hodie; In prologo Abdie, Iste enim Abdias inter prophetas."
Incip. comment. " Visio Abdie; Spiritualiter hoc est certissime."
In calce, " Expliciunt moralia super Abdiam prophetam;" etc.

5. In Jonam, cum introitu et prologo. *fol.* 54.
Incip. introit. " Quintum fundamentum Sardonix, et bene per Sardonicem Jonas."
Incip. prol. " Nunc cognovi quod vir Dei; Ista fuerunt verba mulieris Sarepte."
Incip. comment. " Surge et vade; Quare mittitur propheta Judeus ad gentes."
In calce, " Expliciunt moralia super Jonam prophetam;" etc.

6. In Micah, cum introitu et prologo. fol. 62.
Incip. introit. "Sextum fundamentum dicitur Sardius, cui comparari potest Michias."
Incip. prol. "Temporibus Jaathan et Achas et Ezechie regum Juda dicitur Micheas proqhetasse."
Incip. comment. "Verbum Domini; Micheas autem interpretatur humilitas."
In calce, mutato prophetæ nomine, notitia ut supra.

7. In Naum, cum introitu. fol. 83.
Incip. introit. "Septimum Crisolitus; Dictum est a principio per 12 lapides."
Incip. comment. "Onus Ninive; Onus id est tribulacio et destruccio."

8. In Abbacuc, cum introitu et prologis duobus. fol. 93 b.
Incip. introit. "Octavum Berillus; sicut dictum est a principio in eo quod dicitur."
Incip. prol. i. "Quatuor sunt prophete; Sequitur infra circa medium."
Incip. prol. ii. "Abacuc amplexans; Ego autem in domo gaudebo."
Incip. comment. "Onus quod vidit; Auctor presentis libri seu prophetie hujus."

9. In Sophoniam, cum introitu et prologo. fol. 119.
Incip. introit. "Nonum Topacius; Dictum est a principio 12 prophetarum."
Incip. prol. "Tradunt Hebrei; Hic est prologus Jeronimi in Sophoniam."
Incip. comment. "Verbum Domini; Materia principalis hujus libri."

10. In Aggeum, cum introitu et prologo. fol. 136 b.
Incip. introit. "Decimum Crisoprassus; Sicut dictum est ab inicio 12 prophete."
Incip. prol. "Jeremias propheta;" etc. "Hic est prologus in Aggeum."
Incip. comment. "In anno secundo, etc. Materia hujus prophetie est templum."

11. In Zachariam, cum introitu et prologis duobus. fol. 150.
Incip. introit. "Undecimum Jacinctus; Sicut ab inicio dictum est ecclesia."
Incip. prol. i. "In anno secundo Darii; Materia hujus est Zacharias propheta."
Incip. prol. ii. "Cyrus rex; Materia hujus prologi est sicut et precedentis."
Incip. comment. "In mense octavo; In hac prophetia notificantur primo revelationes."

12. In Malachiam, cum introitu et prologo. fol. 211.
Incip. introit. "Duodecimum Ametistus; Sicut dictum est a principio murus civitatis."
Incip. prol. "Deus per Moysen; Materia hujus prologi est propheta sequens."
Incip. comment. "Onus verbi Domini; Materia hujus prophetie est populus Israel."
Desin. "non erit amplius ubi plenius dictum est de anathemate."
In calce, "Expliciunt postille super parvos prophetas secundum fratrem Symonem de Hentona."
Sequitur tabula rerum et verborum, ordine alphabetico.

XLVI.

Codex membranaceus, in folio, ff. 214, sec. xiv., binis columnis exaratus, olim. W. episcopi Norwicensis, postea Ric. Bernard et deinde Thomæ Chaundelere.

Nicolai de Lyra Postillæ super evangelia quatuor, cum prologis.
In calce, Tabula materiarum alphabetica "super evangelia secundum doctorem de Lyra."
In fine tabulæ,
"Explicit hic tabula . discrete tractata,
Super evangelia . de novo formata."
Sequuntur tabulæ epistolarum et evangeliorum de temporali et de proprio sanctorum secundum usum Sarum.
In fronte codicis, "W. Norwicensis;" et deinde "Liber Thome Chaundelere, quem emit a magistro Ricardo Bernard xx.° die Augusti anno Domini m.° cccc.° lxxij.°, precii xl. s."

XLVII.

Membranaceus, in folio, ff. 213, sec. xiv., binis columnis exaratus.

Postillæ super S. Matthæi evangelium ex SS. Augustino, Hieronymo, Rabano Mauro, aliisque collectæ.
Incip. "Introitus in quatuor Evangelia;

Anima mea conturbavit me propter quadrigas Aminadab; Sa. 6. In hiis quadrigis notatur doctrina quatuor evangeliorum."

Desin. "et avolant qui nunquam aliquid meruerunt, Luc. vi. Nolite timere pusilli, quia placuit patri vestro dare nobis regnum. Explicit."

XLVIII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 300, sec. xiv., binis columnis exaratus.

Anonymi cujusdam in S. Matthæi Evangelium glossæ, cum procemio.

Incip. procem. "Similitudo vultus animalium facies, etc. Ostendit propheta in hoc libro distinctionem evangeliorum .... entiam secundum materiam et modum agendi."

Incip. gloss. in S. Hieron. prol. "Matheus ex Judea, etc. Istud prohemium Jeronimi continet quatuor, primum, quis auctor."

Incip. gloss. in S. Matt. cap. i. "Liber generacionis, etc. Posuerunt super caput ejus causam ipsius scriptam, Hic est Jhesus Nazarenus rex Judeorum; Infr. xxvii. Hic est titulus regni Christi."

Desin. "cum finitis laboribus mecum regnabitis, quod nobis concedat rex regum et dominus dominantium et Salvator omnium, qui cum Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat in secula seculorum; Amen. Explicit."

In calce, Tabula epistolarum et evangeliorum de proprio sanctorum.

XLIX.

Membranaceus, in folio majori, ff. 158, sec. xiv. exeuntis.

Petri Johannis [Olivi, Minoritæ?] super S. Matthæi evangelium commentarius, præfatione præmissa.

Incip. præf. "Quatuor facies uni et quatuor penne uni, etc. Ezech. i. Quemadmodum admirabilis est clausura secundum quam tota ramorum diffusio immo generandorum formacio."

Incip. comment. "Hiis igitur prelibatis, accedendum ad Matheum, qui est in ordine primus, cujus librum dividit in septem partes Crisostomus."

Desin. "Ipse est leo resurgens qui solus meruit et potuit solvere septem signacula libri, cui est honor et gloria in secula seculorum, Amen, Amen, Amen."

In calce, "Explicit opus Petri Johannis super evangelium Mathei."

Subjecit manus recentior, "Erat quidam Petrus Joannis hereticus unus ex complicibus Joachimi abbatis heresiarche, cum ergo non constat cujus Petri Joannis hoc opus sit non alienum putavi ab offitio meo imprudentem lectorem admonere."

L.

Codex membranaceus, in folio, ff. 174, sec. xiv., binis columnis exaratus; olim peculium Ric. Bernardi, postea Tho. Chaundelere.

S. Johannis Chrysostomi, sive cujuscumque sit, in S. Matthæi evangelium opus imperfectum, Homilias quinquaginta septem complectens, cum procemio; anonymo interprete.

Tit. "Prologus sancti Johannis Crisostomi in omeliis super Matheum in opere imperfecto."

Incip. prol. "Sicut referunt, Matheum conscribere evangelium causa compulit talis."

Incip. comment. "Liber generacionis; etc. Liber est quasi apoteca gratiarum sicut in apoteca alicujus dictis."

Desin. "postmodum vocatur sanctus, secundum quod et hic dicit; Cum videritis abhominacionem desolacionis stantem in loco sancto."

Exstant impress. *Latine* in Latinis Chrysostomi et Græco-Latinis editionibus sæpius editæ.

Præmittitur tabula materiarum alphabetica.

LI.

Membranaceus, in folio, ff. 130, sec. xiv., binis columnis exaratus; olim peculium Johannis Monks.

S. Johannis Chrysostomi super Matthæum de opere imperfecto Homiliæ quinquaginta septem, cum prologo. fol. 17.

Consentiunt quoad initium et finem cum istis in codice immediate præcedenti modo memoratis.

Præcedit carmen, "Assit principio Sancta Maria meo."

In calce, "Expliciunt omelie Johannis, patriarche Constantinopolitani, super Matheum de opere imperfecto."

Sequitur, "Incipit numerus et ordo omeliarum Crisostomi operis imperfecti cum sententiis notabilibus in eis contentis."

Deinde, in fine tabulæ, ordo homiliarum.

Præmittuntur, manu altera et recentiori,

a. Homilia in decem præcepta, in istud, 'Scitis que præcepta dederim vobis;' i. ad Thessal. fol. 1.

Incip. "Ut habetur in Evangelio Matth., quinto, Christus precipit homini peccatori, ut sit consenciens adversario."

b. De decem præceptis et plagis, ex S. Augustino. fol. 6 b.

c. Homilia in istud 'Mortuus vivet;' Jo. ij. fol. 7.

Incip. "Reverendi mei secundum sententiam beati Anselmi inter omnia opere circa mortuos facienda."

d. Homilia in istud, 'Christus passus est vobis relinquens exemplum,' etc. 1 Pet. ii. fol. 9.

Incip. "Quamvis hec verba dicantur generaliter omnibus Christianis."

In fine col. ii. occurrunt versus,

Exemplum { vite, quam duxit, ye lyf yt he ladde,
pene quam habuit, ye peyne yt he hadde,
amoris quem precepit, ye love yt he bad,
doctrine quam legit, ye lore yt he radde."

e. Homilia in istud, 'Qui episcopatum desiderat;' etc. fol. 13 b.

Incip. "Notandum quod pro hoc tempore dicebatur, Si quis."

f. S. Anselmi homilia in istud, 'Intravit Jhesus in quoddam castellum.' fol. 15 b.

Incip. "Quid ad gloriosam virginem Dei genitricem."

In calce codicis, "Liber collegii beate Marie Wynton. in Oxon. ex dono magistri Johannis Monks ad usum unius theologi."

LII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 139, sec. xiv., binis columnis exaratus; olim Thomæ Cranley, archiep. Dublinensis.

S. Johannis Chrysostomi, Homiliæ in S. Matthæi evangelium quinquaginta septem, cum prologo.

Consentiunt cum istis in codicibus duobus præcedentibus contentis.

In ora fol. i. superiori, "Liber Thome Cranle, archiepiscopi Dublinensis, quem emit de M. Nicolao Schyts, anno Domini m.cccc.iij. et Henrici quarti quarto, et anno consecrationis prefati archiepiscopi sexto."

Et in inferiori margine, "Liber custodis et sociorum collegii beate Marie de Wyntonia in Oxonia ex dono venerabilis patris Thome Cranle, archiepiscopi Dublinensis, quondam scolaris deinde socii ac demum custodis collegii predicti, qui humiliter petit suffragiis predictorum custodis sociorum et aliorum inibi divina celebrancium adjuvari apud misericordissimum Deum."

LIII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 239, sec. xiv., binis columnis nitide exaratus.

Nicolai Gorrani, sive de Gorham, ord. Prædicatorum, in S. Lucæ Evangelium commentarius, cum prologo.

Exstat impress. in fol. Lugd. 1693, una cum commentariis super reliqua Evangelia.

In calce,

a. SS. Evangeliorum quatuor harmonia.

b. Tabula rerum in opere supradicto alphabetica.

LIV.

Membranaceus, in 4to, ff. 68, sec. forsan xii. exeuntis; olim peculium Roberti presbyteri, postea Will. Wickham, ep. Winton. et coll. Nov. fundatoris.

S. Johannis Evangelium, S. Hieronymi prologo, glossisque interlineari atque ordinaria illustratum.

In calce, post glossulas alias perpaucas sequitur notitia de temporibus locisque, in quibus scripta sunt evangelia quatuor.

Præmittitur, "Liber collegii, ex dono fundatoris et habetur in Registro; Glossa communis super Johannem;" et in fol. 2 marg. super., "Liber Roberti presbiteri; Evangelium Johannis; precii xiij. s. iiij. d."

LV.

Membranaceus, in 4to, ff. 138, sec. xii.; olim Thomæ Trillek, episcopi Roffensis, postea Gulielmi Reed, episc. Cicestrensis.

1. S. Johannis Evangelium, S. Hieronymi prologo glossisque interlinearibus marginalibusque instructum. fol. 5.

In calce, "Explicit iste: Laus tibi, Christe; Amen, Amen, Amen."

2. S. Johannis Apocalypsis, cum prothematibus glossisque. fol. 101.

In calce, "Explicit Apocalipsis Johannis Apostoli."

Sequitur tractatulus de lapidibus pretiosis et eorundem significatione.

Incip. "Jaspis viridis virorem fidei immarcessibilem significat."

In fol. 2 verso scripta sunt,

a. "Liber venerabilis patris M. Willelmi Reed episcopi Cicestrie, quem emit a venerabili patre domino Thoma Trillek episcopo Roffensi. Oret igitur pro utroque."

b. "Liber domus scolarium venerabilis patris domini Willelmi Wicham, episcopi Wyntoniensis, in Oxonia, ex dono venerabilis patris M. Willelmi Reed, episcopi Cicestrie; Oretis igitur pro utroque et benefactoribus eorundem ac fidelium animabus a purgatorio liberandis."

LVI.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 116, sec. xiii., quoad partem posteriorem binis columnis exaratus.

1. S. Johannis Evangelium, cum prologo, glossis marginalibus et interlinearibus perquam instructum. fol. 1.

Incip. gloss. in prol. "Omnibus divine scripture paginis evangelium excellit."

Incip. gloss. in text. "Sum, verbum, duplicem habet significationem."

Desin. "quando ego veniens recipiam eum in eterna beatitudine."

Sequuntur,

a. Notitia de Mariis tribus. fol. 40 b.

Incip. "Ex testimoniis quatuor evangeliorum et epistola Jheronomi ad Helvidium."

b. Regulæ septem observandæ in modo dicendi de Domino et ejus corpore, etc. fol. 40 b.

Incip. "Prima regula est de Domino et ejus corpore, que de uno ad unum loquitur."

2. [Ricardi de Sancto Victore] in Apocalypsin commentarius, cum prologis duobus et capitulis præmissis; in calce mutil. fol. 41.

Tit. prol. "Incipit prologus sententiarum super Apocilipsis."

Incip. "Accipe carissime frater et hoc sententiarum munus, quas tibi de verbis Apocalipsis beati Johannis apostoli et evangeliste sire postulasti."

Incip. prol. alter, "Beatus Johannes celestium misteriorum teologus, quem Christus de nuptiis revocavit."

Incip. opus, "Deus immensus et eternus, qui loco non capitur nec tempore mutatur;" etc. "*Apocalipsis Jhesu Christi;* Quatuor sunt visionum modi, ex quibus duo sunt intus."

Deest in fine folium unicum.

Exstat impress. inter opera, Venet. 1650, p. 589.

LVII.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 61, sec. xv.; olim cujusdam, qui portabat in scuto cæruleo crucem argenteam.

Venerabilis Bedæ presbyteri in Actus Apostolorum expositio, prævio prologo ad Accan episcopum.

Tit. prol. "Incipit prologus venerabilis Bede presbiteri in librum super Actus Apostolorum."

Tit. lib. "Incipit liber venerabilis Bede presbiteri in librum Actuum Apostolorum."

Præmittitur notitia, "Originale istius operis est in libraria ecclesie Christi Cantuarie."

Deinde, *manu recentiori*, "Opus sanctum et plane divinum; felix dator sed felicior lector pius, at omnium felicissimus, qui opere adimplet, que hoc in volumine continentur."

LVIII.

Membranaceus, in 4to, ff. 245, sec. forsan xii. exeuntis.

SS. Patrum Catena super Apostolorum Actus et Epistolas septem catholicas, una cum textu; *Græce;* scilicet,

1. Actus SS. Apostolorum; prævio argumento. fol. 1.

Incip. argum. Ἀντιοχεὺς ὑπάρχων τὸ γένος

ὁ Λουκᾶς ἰατρὸς τὴν ἐπιστήμην ὁ ὑπὸ . . βύλου μαθητευθείς.

Tit. comment. ἑρμηνεία τῶν πράξεων τοῦ Χρυσοστόμου καὶ ἑτέρων διαφόρων.

Incip. τίνος ἕνεκεν αὐτὸν ἀναμιμνήσκει τοῦ εὐαγγελίου ὥστε τὴν οἰκείαν ἀκρίβειαν ἐνδείξασθαι.

Desin. comment. παραδεχόμενοι τῆς οὐρανίου βασιλείας κληρονόμοι καθίστανται.

Sequitur Martyrium S. Pauli, sub titulo, μαρτυρολόγιον Παύλου τοῦ ἀποστόλου.

Incip. ἐπὶ Νέρωνος τοῦ καίσαρος Ῥωμαίων ἐμαρτύρησεν αὐτόθι Παῦλος ὁ ἀποστόλος.

In calce, τέλος σὺν Θεῷ τῶν πράξεων τῶν ἀποστόλων.

Exstant omnia impressa, curante J. A. Cramer, S.T.P. in 8vo. Oxon. 1838.

2. Epistolæ septem catholicæ, cum eorundem fere Patrum commentariis, et argumentis [Euthalianis]; *Græce.* fol. 178.

Inscribitur S. Jacobi epistola, περὶ ὑπομονῆς καὶ πίστεως ἀδιακρίτου καὶ περὶ ταπεινοφροσύνης.

Tit. comment. ἑρμηνεία τῶν καθολικῶν ἐπιστολῶν.

Exstant impress. curante eodem, Oxon. 1840.

In calce, τέλος σὺν Θεῷ τῶν καθολικῶν ἐπιστολῶν.

Sequitur, *manu longe recentiori*, notitia, ἁμαρτωλὸς Ἰωάννης τὸ σπα. κλ . . ἁμαρτάνει ἀγόρασε τὸν πραξαπόστολον ἐκ τούτων ἀπὸ τοῦ ἁγίου Λουκᾶ ὁ ποῦ τῶν σπουλούσας ἐκ μοῦ σουλμανὸν εἰς τὸ πατάρι ἤτου γοῦν ὅταν τὸν ἀγόρασα μόνον χάρτην τίνα χάρβαλα καὶ ἐγὼ τῶν ἐφετίασα.

Et manu altera et neoterica, ἀνεγνώσθη ἔτει, ͵αχκϛ'.

LIX.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 298, sec. xiii.

1. Acta SS. Apostolorum, glossis marginalibus hic illic instructa. fol. 1.

Tit. αἱ πράξεις τῶν ἀποστόλων.

Incip. schol. οὗτος ὁ μακάριος Λουκᾶς μαθητὴς ἦν Παύλου διοῦ κἂν πράξεις μᾶλλον ἐγίνωσκε τῶν ἄλλων.

2. S. Jacobi epistola catholica, [Euthalii] argumento, titulis et glossis illustrata. fol. 70 b.

Tit. ἐπιστολὴ καθολικὴ τοῦ ἁγίου Ἰακώβου.

Incip. gloss. εἰς τελειότητα τὴν κατ' ἀνδρίαν καὶ καρτερίαν.

3. S. Petri epistolæ duæ, [Euthalii] argumentis, titulis glossisque instructæ. fol. 78 b.

Tit. i. Πέτρου ἐπιστολὴ πρώτη.

Incip. gloss. καὶ οὗτος ὁ ἀπόστολος τοῖς ἐκ περιτομῆς κηρύττειν προσταχθείς.

4. S. Johannis epistolæ tres, cum argumentis [Euthalianis], titulis et glossis. fol. 92.

Tit. Ἰωάννου ἐπιστολὴ καθολικὴ πρώτη.

Incip. gloss. πῶς ὁ αὐτὸς εἰπὼν Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε.

5. S. Judæ epistola, cum [Euthalii] argumento, capitulis et glossis. fol. 104.

Tit. Ἰούδα ἐπιστολὴ καθολική.

Incip. gloss. παρεισέδυσαν γάρ τινες: τοὺς ἀπὸ Σίμωνος λέγει οὗτοι γὰρ γαστρίμαργοι.

6. S. Pauli Apostoli epistolæ quatuordecim, argumentis [Euthalianis], capitulorum tabulis, glossisque marginalibus continuis instructæ. fol. 108.

Tit. i. Πρὸς Ῥωμαίους.

Incip. gloss. τὸ ἀποῦσι γράφειν αἰτία τοῦ κεῖσθαι αὐτοῦ τὸ ὄνομα τοῦτο δὲ ἀπὸ τοῦ Σαύλου εἰς Παῦλον μετετέθη ἵνα μὴ δὲ ἐν τούτῳ ἔλαττόν τι ἔχῃ τοῦ κορυφαίου Πέτρου.

Desin. epist. ad Hebræos, ποιῶν ἐν ἧμιν τὸ εὐάρεστον: cætera subjecit manus secunda et recentior.

Desin. schol. ἡμᾶς οὖν δεῖ ἐνάρξεσθαι τὸν δὲ πληροῦντα ἱκετεύειν.

LX.

Codex membranaceus, in folio, ff. 242, binis columnis sec. xiv. ineunte bene exaratus et servatus.

Petri Lombardi, Parisiensis, in S. Pauli apostoli epistolas quatuordecim collectanea ex S. Augustino aliisque contexta.

Exstant impress. in fol. Paris. 1535.

Sequuntur membranæ tres, sec. xii. exeunte exaratæ, fragmentum continentes commentarii in Gratiani Decreti causas decem posteriores.

Desin. "De mulieribus quoque que colorum fucis et auro gemisque, ut gloriose appareant, ornantur, quia adeo dispiciuntur, ibidem ostenditur."

LXI.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 350, sec. xv. ineuntis, binis columnis bene scriptus et quoad literas initiales pictus; olim. Will. Warham, archiepiscopi Cantuariensis.

1. Nicolai Gorham [seu potius Petri Tarentasii] in S. Pauli epistolas quatuordecim commentarii, cum prolegomenis.

   Exstat impress. sub N. Gorham nomine, Colon. 1478 et alibi.

2. Ejusdem Nicolai in Epistolas catholicas commentarii, prævia lectione introductoria. fol. 286 b.

   Tit. "Lectio introductoria in epistolas canonicas."

   Prodiere sub nomine Thomæ Aquinatis et cum Gorham comment. in Acta Apostolorum et Apocalypsin, Antverp. 1620.

   Sequitur tabula materiarum totius voluminis alphabetica.

   Inscribitur codex in exteriori tegmine, "Gorham super epistolas Pauli et super epistolas canonicas ex dono reverendissimi in Christo patris ac domini domini Willelmi Wareham, Cantuariensis archiepiscopi ac quondam socii hujus collegii.

LXII.

Membranaceus, in folio, ff. 143, sec. xiii. ineuntis, binis columnis bene exaratus; olim Ricardi Andrew, decan. Ebor. et coll. Nov. socii.

1. S. Hieronymi Stridonensis in S. Pauli ad Philemonem epistolam commentarius, cum prologo. fol. 1.

   Tit. "Incipit explanatio Sancti Jeronimi presbiteri super epistolam ad Phylemonem."

   Exstat impress. inter opera, edit. Vallars. tom. vii. col. 741.

   In calce, "Explicit explanatio super epistolam ad Phylemonem."

2. Ejusdem Hieronymi in epistolam ad Galatas commentariorum libri tres, cum prologo. fol. 11.

   Tit. i. "Incipit explanationum liber primus super epistolam Pauli ad Galatas."

   Exstant impress. ibid. tom. vii. col. 367.

   In calce, "Explicit explanationum thomus tertius sancti Ieronimi presbyteri super epistolam beati Pauli apostoli ad Galathas."

3. Ejusdem commentariorum ad Ephesios libri tres, cum prologo. fol. 77.

   Exstant ibid. tom. vii. col. 537.

4. Quæstiones variæ theologicæ ex SS. Augustino, Hilario, Helvidio, etc.; scilicet,

   a. An conjugium fuisset inter Joseph et Mariam. fol. 137.

   b. Quod sine fide Trinitatis nemo salvatus sit. fol. 137.

   c. In istud, 'Opera quæ ego facio et ipse faciet.' fol. 137.

   d. An pœnitentia fuerit in Christo. fol. 137.

   e. In istud, Omnia quæ audivi a patre meo nota feci vobis. fol. 137 b.

   f. De Hebræis qui mutuo acceptis vasis ab Ægyptiis fugerunt, an peccaverint. fol. 137 b.

   g. De homine in judiciaria potestate constituto. fol. 137 b.

   h. De Psalterio. fol. 138.

   i. In S. Johannis Evangelii principium. fol. 138 b.

   k. De epithalamio et dragmate. fol. 139 b.

   l. De ordine librorum Salomonis. fol. 139 b.

   m. In istud, 'Qui in uno mandatorum offendit reus est omnium.' fol. 141.

   n. In istud, 'Quod est Deus super omne.' fol. 141 b.

   o. De Dei natura. fol. 142.

LXIII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 285, sec. xv. ineuntis; binis columnis nitide exaratus et quoad literas initiales pictus.

S. Thomæ Aquinatis in S. Pauli epistolas quatuordecim commentarii.

   Exstant impress. inter opera, Venet. 1593, tom. xvi. et alibi.

   In calce, "Expliciunt epistole Pauli apostoli."

LXIV.

Membranaceus, in folio minori, ff. 118, sec. forsan xii. exeuntis; binis columnis nitide exaratus; olim Walteri, rectoris eccl. de Maitusdone.

Anonymi cujusdam [scil. Berengaudi Turonensis] in S. Johannis Apocalypsin commentarii.

Tit. *manu aliquantulum recentiori*, "Incipit expositio super Apocalipsim."

Incip. "Beatum Johannem apostolum et evangelistam hunc librum apocalipsim," inter S. Ambrosii opera, tom. ii. app. col. 499.

Desin. "ut vite eterne paticipes esse mereamur; Qui cum Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat Deus in secula seculorum; Amen."

In calce, "Iste liber constat domino Waltero, Rectori de Maitusdone."

LXV.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 88, sec. xiv. ineuntis.

Anonymi cujusdam in S. Johannis Apocalypsin commentarius; picturis perquam illustratus; cum prologo; *Gallice*.

Incip. "Et notantur in verbis propositis duo, videlicet viatorum penitencium meritum et premium."

10. Sermones breves de tempore et de festis per annum. fol. 100.

Incip. "Dies autem appropinquabit; ad Rom. xiij. Karissimi, adventus unigeniti Dei, Salvatoris Christi, potest in predictis verbis dupliciter declarari."

In calce sunt aliquot de sex ætatibus mundi et Noæ generationibus.

11. Symbolum quod vulgo dicitur Athanasianum, expositione instructum marginali. fol. 168 b.

Incip. expos. "Hic beatus Athanasius liberum posuit arbitrium sicut dicitur in Psalmo Quis est homo qui vult vitam, et in Evangelio Qui vult venire post me."

12. Directorium Sacerdotum, quomodo injungendum sit pœnitentibus, etc. fol. 171.

Incip. "Quia certa experientia didicimus propter fornicacionem et peccatis majoribus fere nullam vel minimam."

13. Sententiæ proverbiales, versibus expressæ leoninis, hic illic addita versione Gallicana. fol. 174..

Incip.

"Officium dico . perdit qui servit iniquo."

Vers. xvi. est,

"Stultus opinatur . nihil esse ni videatur
Fols ne creyt . deqes il veyt."

XCV.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 148, sec. xv.; olim peculium Edwardi Bosson.

1. Homiliarum liber, numero centum viginti, in diebus Dominicis feriisque per anni circulum, auctore, ut feruntur, Johanne Wiclevo; *Anglice*. fol. 1.

Incip. "As men schulde trowe in Crist that he is bothe God and man, so men schulden trowe to his wordis."

Ultimæ præit titulus, 'Pro Sponsalibus' et desin. "for thanne thei avoutren falsly Goddis word, as Poul spekith."

In calce, "Heere enden the ferial gospels; Deo gracias."

2. Confessio fidei, [eodem auctore.] fol. 121 b.

Incip. "I haue ioye fulli telle to all trewe men the beleue that Y holde and algatis to the pope."

3. De hæresibus duabus ex ecclesia Anglicana expurgandis. fol. 122 b.

Incip. "Ther ben two maner of heretikis of whiche Englond schulde be purgid, and Symonieris ben the first."

4. Quæstiones quinque de diligendo Deo, cum responsis. fol. 123.

Incip. "A special frend in God axith bi charite thes fyve questiouns of a mek prest in God."

5. De Fide, Spe et Caritate. fol. 124.

Incip. "For it is seide in holdynge of oure holy day that we schulde ocupie the tyme in prechynge and preyinge and devoute herynge."

6. De septem operibus misericordiæ. fol. 127 b.

Tit. "The seuen werkys of mercy bodyly, ut infra."

Incip. "ȝif a man were sikir that he schulde to morowe come bifore a iuge."

7. Expositio in hymnum 'Te Deum laudamus.' fol. 135.

Incip. "Hit is commenly seyd that thys song was made of Austyn and Ambrose, when Austyn was."

8. Expositio in hymnum Trium liberorum, 'Benedicite omnia opera Domini.' fol. 137.

Incip. "This psalme was made after a miracul that God did in tyme of Nabugodonosor."

9. Expositio in hymnum Zachariæ, 'Benedictus Dominus Deus Israel.' fol. 141 b.

Incip. "This psalme is of more autorite then the song by fore."

10. Expositio in hymnum Simeonis, 'Nunc Dimittis.' fol. 143 b.
Incip. "This is the thryd psalme sungun of prestys aȝens thei go to hore bedde."

11. In symbolum Athanasianum. fol. 144.
Incip. "It is seyde comunly that ther ben thre credys."
Desin. "as popis, cardynals, bischopis schulden more specialy kunne this crede and teche it to men undur hem."
Deinde, "Magister Johannes Wy . ."

XCVI.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 156, secc. xiv. et xv.; quoad partem majorem rescriptus et palimpsestus; olim Thomæ Trilleck, episcopi Roffensis, postea Gulielmi Reade, episcopi Cicestrensis.

1. Tractatus de modo pœnitendi. fol. 1.
Tit. "Tractatus brevis et bonus de penitentia."
Incip. "Ne tardes converti; etc. Nota quod penitentis satisfactio debet esse festina."
Desin. "ne multitudinem excommunicatorum perdant."
Sequuntur versus tres incip.
"Lumine solari nequit virgo violari."

2. S. Bonaventuræ Breviloquium, sive Summa de fide Christiana in partes septem distincta. fol. 28.
Incip. "Flecto genua mea, etc. Magnus doctor gencium et predicator virtutis divino repletus spiritu tanquam vas electum."
Exstat inter opera, edit. Rom. tom. vi. p. 5.
In calce, "Explicit breviarum fratris bone fortune."

3. Sermo de passione et sanguine Christi, auctore anonymo. fol. 140.
Incip. "Sanguis Christi emundavit conscientiam vestram, etc. Ysaias propheta considerans statum."

4. De septem peccatis mortalibus tractatulus; *Gallice* fol. 143.
Tit. "Hic incipit septem mortalia peccata."
Incip. "Pur saunecte de alme auer doyt homme sauer queus sunt les morteles pechez."

5. De decem præceptis; *Gallice*. fol. 146.
Incip. "Les x. comaundemens deyt checun cristien garder."

6. De septem operibus misericordiæ; *Gallice*. fol. 146 b.
Incip. "Les ouueres de merci sunt set."

7. Ordo pœnitentiæ, sive Canones pœnitentiales, numero centum quatuordecim. fol. 147.
Tit. "Hic incipit ordo penitencie."
Incip. "Cum igitur penitens accesserit ad sacerdotem quisquis frater jubeat eum sacerdos flexo poplice."
Tit. ult. est "Hec est consuetudo Johannis Rotomogensis archiepiscopi de penitencia criminalium peccatorum."
In calce, "Summa articulorum canonicorum penitentialium c et xiiii."
In fronte codicis sunt notitiæ sequentes, (a.) "Liber M. Willelmi Reed, episcopi Cicestrie, quem emit de venerabili patre domino Thoma Trillekis, ep. Roffensi; oretis igitur pro eisdem et benefactoribus eorundem ac fidelium animabus a purgatorio liberandis." (b.) "Liber domus scolarium venerabilis patris domini Willelmi Wykham in Oxonia ex dono venerabilis patris domini Willelmi tercii episcopi Cicestrie; oretis igitur, ut supra."

XCVII.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 97, sec. xiv., olim Thomæ Trilleck, episcopi Roffensis.

Liber, cui præmisit manus aliquantulum recentior titulum sequentem, "Auctoritates et materiæ sermonum e diversis auctoribus excerptæ."

Præcipue scilicet e glossa ordinaria confectus est sicut in editione Lyrana impressa exhibetur.

Incip. "Anime rationi . . . . occupacio versatur aut secundum condicionem nature formate per naturalem posicionem."

Desin. "quod sit frequens, et quod sit accelerata, ut scilicet cito confiteatur."

Ad ff. 89 et 91 occurrunt notitiæ duæ de fama, incip. "Que dispensacio circa hos adhibetur magna scilicet ut non deponantur."

In calce, *manu recentiori*, "Medicina pro equo;" *Anglice*.

In ora fol. 1. inferiori est notitia iste, "Liber Gulielmi Reed, episcopi Cicestrie, quem emit a venerabili patre domino Thoma Trillek, episcopo Roffensi; oretis igitur pro utroque."

XCVIII.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 144, sec. xiii. ineuntis, binis columnis nitide exaratus.

1. Summa, quæ dicitur Numerale, [auctore Gulielmo de Montibus.] fol. 1.

   Incip. "Deus unus est, Contra apostolus ait, Sunt multi Dii, etc. Dicitur Deus essencialiter et naturaliter."

   Desin. "gratias agendo hujus summe finem facimus, cui nomen numerale imponimus. Plura quidem hic omissa in aliis opusculis nostris copiosius sunt exarata. Explicit."

2. [Ejusdem Gulielmi] Tropi, in partes sex distincti, quoad partem primam ordine alphabetico. fol. 33.

   Præfatio est, "Dei dona dispensamus pulsantibus claves ostiorum porrigimus, Ad dilaudationem fenestras domus aperimus; Domum autem sacram scripturam dicimus, ostia ejus autoritates, claves et fenestras modos loquendi, quos tropos seu scemata, id est, figuras nuncupant. Primum igitur de dictionibus hic agimus, secundo de positionibus, tercio de attribucionibus, quarto de resolucionibus, quinto de modis dicendi, postremo de regulis et quibusdam aliis."

   Incip. "In primis dicimus quia dictio semel posita equivoce accipitur."

   Desin. "In lectione vero tum veteris tum nove legis sepius occurrit figura conversionis et transpositionis."

3. Ejusdem Proverbia sive Flores Sapientiæ, ex SS. Patribus Poetisque ethnicis confecta, ordine alphabetico disposita, cum præfatione. fol. 59 b.

   Tit. "Incipiunt proverbia et alia verba edificatoria a magistro Willelmo, Lincolniensis ecclesiæ cancellario, in ordine disposita."

   Incip. "Ad edificacionem animarum et morum informacionem unumcumque [*sic*] excerpta utilia proferimus, ex omnibus escis que mandi presunt in archam inferentes."

   Desin. "oculos habet in tenebris apertos."

4. Narrationes aliæ allegoricæ, ordine alphabetico. fol. 123 b.

   Incip. "Amor. Amor terrenus inviscat animam, ne possit ad superna volare, sed amor divinus superveniens."

   Desin. "lapis super ollam cadet et illa frangetur, quia impius pena perpetua punietur."

---

5. Inhibitiones ad sacerdotes parochiales directæ, ex conciliis Oxoniensi Londoniensi aliisque collectæ. fol. 142.

   Incip. "Ad honorem Domini nostri Jhesu Christi, etc. firmiter injungentes, ut unusquisque pastor animarum et precipue quilibet sacerdos parochialis sciat decalogum et decem mandata legis."

   In calce occurrunt,

   a. Catalogus nominum hominum circiter ccx., quam autem ob causam exscriptorum haud liquet. fol. 143 b.

   b. Fragmentum anonymi cujusdam libri computationum. fol. 144.

   c. Apophthegmata moralia. fol. 144 b.

   Codici præmittitur notitia sequens, "Liber Collegii S. Marie Wyntonie in Oxonia ex dono venerabilis in Christo patris et domini domini Willelmi de Wykeham, episcopi Wyntoniensis, et fundatoris collegii predicti."

XCIX.

Hodie desideratur. Continebat secundum catalogum veterem;

1. Expositio Decalogi.
2. Sermo Lincolniensis [Roberti Grostete] de decem mandatis.
3. S. Augustinus de iisdem.
4. Homilia in illud, 'Christus passus est, vobis relinquens exemplum, ut sequamini.'
5. Homilia S. Anselmi super illud, 'Introivit Jesus in quoddam castellum.'
6. S. Johannis Chrysostomi Homiliæ super S. Matthæum in opere imperfecto, cum numero et ordine homiliarum et notabilibus in eis contentis.

C.

Codex chartaceus, in folio, ff. 158, sec. xv.

1. Hieremiæ de Montagnano, Paduani, Compendium Moralium notabilium ex pluribus collectum scriptoribus et in partes quinque digestum; cum præfatione. fol. 1.

Incip. præf. " Dividitur istud opus in quinque partes et quelibet pars in suos libros et quilibet liber in sua capitula et quodlibet capitulum in suas auctoritates."

Incip. cap. i. " De religione Dei. Tulius de natura Deorum li. i. Sanctitas est scientia colendorum Deorum."

In calce, " Explicit Compendium moralium dictorum domini Jheremie de Montagnone civis Paduani."

Idem forsan opus est ac istud, a Nicolao Comneno memoratum, quod lucem vidit Venetiis 1505.

Sequitur tabula rubricarum ita inscripta, " Incipiunt Rubrice tocius istius operis Jeremiani domini Jeremie Paduani."

2. Homiliæ undecim in varia SS. loca; [eodem auctore ?] fol. 130.

Incip. i. " Mecum sunt divicie et gloria, etc. Reverendi patres ac domini quamplurimum extollendi. Si diligenter ac attente consideraverimus."

Inscribitur homilia in istud, 'Egressus es in salutem populi tui,' ad fol. 144, " Ambassiatores communitatis Bononiensis euntes obviam reverendo in Christo patri D. nostro N. apostolico legato, etc. dominus Andreas de sancto Jeronimo pronunciavit."

In calce hom. ult. (in istud 'Oleum effusum nomen tuum') scripta est notitia sequens, " Hunc sermonem de festo Conceptionis virginis gloriose beate Marie scripsi in Pulveniria in territorio Paduano, ubi pro tunc steti propter pestilenciam vigentem Padue, eumque complevi die xvii. mensis Septembris anno Domini millesimo quadrigentesimo."

CI.

Membranaceus, in folio, ff. 138, sec. xiii., binis columnis bene exaratus; olim, anno scilicet 1358, magistri Lodovici de Cherletone.

Petri Comestoris Historia Scholastica, a Genesi scilicet usque ad historiam evangelicam inclusive, cum glossis marginalibus.

Tit. " Incipit historia scholastica theologice discipline."

In pagina prima " notantur tituli et rubrice capitulorum historie scolastice."

In ff. 1. b. et 2 scriptæ sunt notitiæ sequentes,

a. " Caucio Johannis de Hormysbi et Stiffani de Hormysbi exposita in . . . . in die Lune proxima ante festum sancti Gregorii anno Domini m.° ccc.° liiij."

b. " Caucio magistri . . . . exposita in cista de Turwille . . . . . . crastino Sancti Vincencii anno Domini m.° ccc.° lvi.°"

c. " Liber ystoriarum Lodowyci de Cherletone, quem emit Oxun. de Ricardo Lynne, stacionario Universitatis Oxun. octavo die Februarii anno Domini m.° ccc.° lviij.°"

CII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 122, sec. xiv. ineuntis; binis columnis nitide exaratus.

Petri Comestoris Historia Scholastica.

Præcedit notitia, " Hystoria est testis temporis, lux veritatis, magistra vite, vita memorie, nuncius vetustatis."

Deficit historia Actuum Apostolorum, in cap. cxvii. edit. 1503, in verbis, " unus tamen illorum ex xxiiii. summus."

CIII.

Hodie desideratur. Continebat,

Petri Comestoris Historiæ Scholasticæ partem secundam.

CIV.

Membranaceus, in folio majori, ff. 124, sec. xii., binis columnis optime exaratus; olim Thomæ Cranley, archiep. Dublinensis.

Petri Comestoris Historiæ Scholasticæ pars secunda, incipientis scilicet a Tobiæ libro inclusive; initio mutil., evulso folio primo.

Incip. cum verbis, " decem talenta argenti in Rages;" in edit. 1503, sign. v. 1. verso col. i. l. penult.

Præmittitur, manu recentiori, tabula contentorum.

In calce, "Explicit historia scolastica."
Sequuntur,

a. Versus triginta quatuor heroici de Deo Patre. fol. 118 b.
Incip.
"Esse quod est ex se Deus est per quem datur esse
Quod non est ex se Deitatis non habet esse."
Notandum sit quod quisque versus in 'esse' terminatur.

b. Versus viginti duo heroici de S. Trinitate. fol. 119.
Tit. "De Trinitate."
Incip.
"Orthodoxa fides personas tres probat esse,
In Deitate Deos sed tres negat in tribus esse."

c. Anonymi cujusdam glossulæ super arbores consanguinitatis et affinitatis, cum tabulis. fol. 120.
Tit. "Incipiunt glossule arboris Decreti."
Incip. "Antequam veniamus ad propositum, videamus quid sit consanguinitas."
Desin. "plus curiositatis quam utilitatis, plus humanitas quam severitas."

d. Explicatio variorum, quæ in missæ celebratione fieri solent. fol. 123.
Incip. "In Dominice passionis missa representatur hystoria."

e. Excerpta ex S. Isidori etymologiarum libro xiii. fol. 123 b.
Tit. "Isidorus de genere et natura ventorum in xiii. libro ethimologiarum."

f. Tabula, rotulas tres comprehendens, in quarum intima exhibetur orbis totius figura, in exteriori aeris typus, et in extima lunaris circuli imago, cum explicatione. fol. 124.
Incipit explicat. "Quadripartita varietate dividitur, sicut in hac figura signatum est."
Subnectuntur versus tredecim heroici, incip.
"Bis sex signifere numerantur sidera spere."
In initio codicis annotatum est, "Liber M. Thome Cranle, quem emit Oxon. de Johanne Brown, stacionario, cum prima parte ejusdem."

CV.

Codex membranaceus, in folio, ff. 234, sec. xiv., binis columnis bene exaratus et servatus; olim peculium Th. Hussley, postea Roberti Heete, coll. Nov. socii.

Petri Lombardi Sententiarum libri quatuor; præviis cuique libro capitulis.

In margine fol. 1 inferiori, "Liber collegii beate Marie Wynton. in Oxon. ex ordinacione et dono Roberti Heete, nuper socii ejusdem collegii, ad usum socii theologi secundum discrecionem custodis vel in ejus absentia vicecustodis limitandus, dum stetit in eodem ad orandum pro eodem et benefactoribus ejusdem."

Et infra, "Precii xx. s. Liber R. Heete, emptus de executoribus magistri Thome Hussley."

CVI.

Membranaceus, in folio, ff. 317, sec. xiv.; binis columnis bene exaratus et servatus.

Petri Lombardi Sententiarum libri quatuor, glossulis marginalibus instructi, necnon prologo atque titulis cujusque libri.

Tit. lib. i. "Incipit primus liber Sententiarum magistri Petri Lumbardi de ineffabili et inexplicabili minis terio [*sic*] summe Trinitatis."

Incip. gloss. "Signa præcipue; Hoc dicit quia de quibusdam tractat, que nec sunt res nec singna."

Præmittitur summa, sive synopsis, totius operis.

In calce, "Explicit liber quartus sententiarum."

Sequuntur,

a. Glossa super arbores consanguinitatis et affinitatis, cum tabulis. fol. 297.
Incip. "Ad arborem consanguinitatis docendam et intelligendam."

b. Tabulæ distinctionum P. Lombardi Sententiarum. fol. 302.
In calce, "Sit nomen Domini benedictum; Amen."

c. Tabula concordantiarum summæ super distinctiones sententiarum. fol. 317 b.

CVII.

Membranaceus, in folio, ff. 125, sec. xiv., binis columnis exaratus.

Petri Lombardi Sententiarum libri quatuor, prooemio, et glossulis marginalibus perquam illustrati.

In calce, "Explicit liber Sentenciarum magistri Petri Commestoris."

Sequuntur,

a. Sententia generalis excommunicationis lata in concilio Oxoniensi, "que debet innovari singulis annis in singulis ecclesiis parochialibus quater cum solempnitate, videlicet, Die Omnium Sanctorum, Dominic. i. in Quadragesima, die S. Trinitatis, Dominic. prox. ante ad Vincula beati Petri apostoli."

b. "Materia Pentateuchi," versibus tribus. fol. 123 b.

Incip.

"Intrat in Egyptum Genesis liber, Exodus exit."

c. Eadem moraliter expressa, totidem versibus. fol. 123 b.

Incip.

"Intrat in Egyptum cum peccat quis, penitendo."

Sequuntur in calce,

"Quingentos decies bis centum bis minus uno,
Annos die ab Adam donec Verbum caro factum."

Postea,

"Luxus, opes, animam, corpus, vim, lumina, vocem,
Destruit, adnychilat, necat, eripit, orbat, acerbat."

d. Arbor consanguinitatis et affinitatis. fol. 124 b.

CVIII.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 335, sec. xiv.; binis columnis bene exaratus et servatus.

Petri Lombardi Sententiarum libri quatuor, cum prologo et capitulis; glossulis quoque marginalibus instructi.

In calce, "Explicit liber Sentenciarum quartus."

CIX.

Membranaceus, in folio, ff. 128, sec. xiii. ineuntis; binis columnis exaratus.

Petri Lombardi Sententiarum libri quatuor, cum notis glossulisque ad marginem perquam adpositis.

In principio codicis, *manu recentiori*, "Articuli decem Parisiis reprobati sub cancellario magistro Odone de Castro Radulfi, anno Domini m.° cc.° xl.° in octavis Epiphanie."

In calce, Summa de septem Sacramentis.

CX.

Codex membranaceus, in folio, ff. 201, sec. xiv. ineuntis; binis columnis haud una manu exaratus.

Gregorii Ariminensis, sive de Arimino, in primum librum Sententiarum commentarii.

Exstant sæpius editi Parisiis, Venetiis alibique.

In calce, "Explicit lectura super primum Sententiarum edita a Gregorio de Arimino, ordinis fratrum heremitarum Sancti Augustini, qui legit Parisius anno Domini 1344."

Sequitur tabula operis supradicti, et in fine, "Explicit tabula super primum Sentenciarum magistri Gregorii de Arimino fratris Augustini."

Postea, *manu recentiori*, notitiæ duæ sequentes,

a. "Liber collatus M. Johanni Clerk ad terminum vite si voluerit ad orandum pro anima M. Thome Leynt Wardyni et pro animabus parentum suorum et domini Roberti episcopi et pro quibus obligatur idem M. Thomas et pro omnibus fidelibus defunctis, et post decessum relinquet ipse M. J. eundem librum alteri sacerdoti materiam scolasticam amplectenti et ipse alteri, et ita successive omnibus possessuris eundem librum usque in sempiternum."

b. "Hunc librum contulit predictus M. Johannes Clerk M. Johanni Suarystone sub condicionibus superius annotatis."

Sequuntur tabulæ duæ aliæ.

Inseruit bibliopegus in initio et fine codicis membranas quatuor introductionem in Jus Civile ex Decretis collectam continentes.

CXI.

Membranaceus, in folio majori, ff. 224, sec. xiv., binis columnis exaratus.

Ægidii de Columna, Romani, episcopi Bituricensis, commentarius super librum primum Sententiarum.

Tit. "Incipit summa fratris Egidii de ordine Augustini super primo libro Sententiarum."

Incip. "Candor est enim lucis eterne et speculum; etc. Secundum quod dicit beatus Augustinus x. de Trinitate."

Desin. "secundum quod ipse Deus aperta visione videtur, Cui est honor et gloria in secula seculorum; Amen."

In calce, "Explicit primus Sentenciarum editus a fratre Egidio de Roma, ordinis fratrum heremitarum Sancti Augustini."

In calce codicis, "Caucio fratris Ade ..... et Henrici Godebarun exposita in cista ..... in die Sancti Nicolai anno Domini m.° ccc.° nonagesimo septimo."

CXII.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 7 et 317, sec. xiii. exeuntis, binis columnis exaratus; olim Thomæ Cranley, archiep. Dublinensis.

1. Anonymi cujusdam in Sententiarum librum primum lectura, prævia præfatione. fol. 1.

Incip. præf. "Ro. xi. O altitudo diviciarum sapiencie," etc. "Constat non est parum admirabilis illa sapientia quam admirans."

Incip. lect. "Cupientes aliquid, etc. Hec pars prohemialis dividitur primo in decem partes vel decem causas; hujus autem partis divisionem."

Desin. "et ideo dico benedicta sit creatrix et gubernatrix omnium sancta et individua Trinitas et nunc et semper per infinita secula Amen."

In calce, "Explicit liber tertius."

Sequitur tabula materiarum alphabetica.

2. Ejusdem forsan auctoris in Sententiarum librum secundum lectura, cum tabula posthabita. fol. 169.

Incip. "Terribiliter magnificatus es mirabilia, etc. In primo libro Deus terribiliter magnus quoquo modo."

Desin. "quia pro amore Dei amati non debeo facere id pro quo certus sum perdere Deum."

In calce tabulæ subjungitur notitia ista, "Tabula ista precedens ordinatur secundum ordinem vocalium in alphabeto et secundum omnimodam earundem combinationem; si vis ergo prompte invenire ea que in precedenti libro, secundo scilicet, continentur, sume dictionem principalem de qua fit vel fiet sermo principaliter, et vide vocalem illius sillabe vel utriusque, si sit dictio bissalaba et recurrens ad tabulam invenies illam vocalem vel illas vocales scriptas in margine secundum ordinem predictum et in littera ex opposito invenies singnatum quoto folio et quota pagina et etiam quota linea poteris illud quod queris invenire, hoc etiam sciendum quod a. designat primam columnam b. secundam c. terciam, d. quartam."

Sequitur tractatulus de modo confitendi, *Gallice*, incip. "Au cumencement de vostre confessiun ou autre tens quant Deu vous durra grace penser deuez quele chose est pecche."

In fol. 3* scriptum est, *manu antiqua*, "Petrus Lombardus composuit sentencias, Petrus Commestor historias. Epitaphium suum, Vere Petrus eram, hoc epitaphium suum ipse composuit apud Sanctum Victorem."

In marginis fol. 1. ora superiori, "Liber Thome Cranle, archiepiscopi Dublinensis, quem emit apud Cestriam de fratre Ricardo Torbok, anno Domini m.cccc.viij. Henrici quarti nono et sue consecrationis xj., mensis Julii die secundo;" et in ora inferiori, "Liber custodis et sociorum collegii beate Marie de Wynton in Oxon. ex dono venerabilis patris Thome Cranle, archiepiscopi Dublin., quondam scolaris, deinde socii, ac demum custodis collegii predicti, qui petit humiliter suffragiis predictorum custodis sociorum et aliorum inibi divina celebrancium adjuvari apud misericordissimum Deum."

CXIII.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 331, sec. xv.; binis columnis bene exaratus et servatus.

Johannis Duns Scoti super tres libros Setentiarum priores commentarii; [deest folium primum.]

In calce lib. i. "Explicit primum scriptum super librum Sententiarum editum a fratre Johanne Dons de ordine Fratrum Minorum."

Sequuntur, "Intitulationes super primum librum;" etc.

In calce secundi libri, "Explicit secundus liber sententiarum secundum doctorem subtilem."

In calce libri tertii, "Explicit Douns super tercium librum Sentenciarum, Laus Deo."

CXIV.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 273, sec. xv., binis columnis optime exaratus et servatus.

1. Johannis Duns Scoti super quartum librum Sententiarum commentarius; initio mutil. evulso folio primo. fol. 1.

Incip. in verbis, "Oppositum ab eodem effective est esse oppositi."

In fine differt codex noster ab editis et multum est abbreviatus, desinens, ut sequitur, "Ad argumenta duo patet per jam dicta de impossibilitate et subtilitate, procedunt enim secundum vias suas. Ad argumentum motum de claritate concedendum est, quam claritatem Scoto concedat Qui est benedictus in secula seculorum, Amen."

2. [Gulielmi Alverni,] episcopi Parisiensis, de septem Sacramentis liber, cum præfatione. fol. 188.

Incip. præf. "Cum de pia ac veridica salutarique fide que Christiana et tricatholica."

Exstat opus, variante præfatione, Paris. 1516 et alibi.

In calce, "Explicit Expliciunt, etc."

CXV.

Membranaceus, in folio, ff. 200, sec. xv.; binis columnis nitide exaratus; olim peculium M. T. Hylle.

1. Scotuli quæstiones super libros quatuor Sententiarum, sive compilationes extractæ ex Joh. Duns Scoti opere in eosdem. fol. 1.

Tit. "Incipiunt quedam compilaciones extracte de opere Scoti super libros Sententiarum ex quibus traditur medulla predicte summe doctoris."

Incip. "Circa prologum libri Sententiarum qua .... homini pro statu isto sit necessarium aliquam doctrinam inspirari, ad quam non posset naturaliter attingere."

Desin. lib. iv. "quia quilibet beatus gaudebit de omnibus de quibus gaudebit alius beatus, ad quod gaudium Christi Dei filius nos perducat;" etc.

In calce, "Expliciunt quæstiones super quatuor libros sententiarum."

Sequitur, "Tabula quæstionum uniuscujusque libri."

2. Anonymi cujusdam opusculum commutationum inter mercatores, sive compendium Justitiæ commutativæ, in tres partes distinctum, cum prologo et epistola ad præpositum Etonensem dedicatoria. fol. 184.

Tit. "Incipit prefacio in libellum, qui nuncupatur compendium Justicie commutative."

Tit. epist. "Prehonorabili domino et venerabili magistro, Dei gratia collegii regalis beate Marie de Etona prenobili preposito."

Incip. epist. "Cum vestra dignitas veneranda prehonorande Domine dudum mee simplicitatis."

Incip. prol. "Egregius doctor Aurelius Augustinus perspicue siquidem lucefacit."

Incip. part. i. cap. i. "De lege simpliciter. Lex autem simpliciter, ut ad omnes leges indifferenter se habet."

Deficit in part. ii. cap. ult., 'De bonorum adquisitorum per usuras restitutione facienda,' in verbis, "cedenti tam honestate civili."

CXVI.

Codex membranaceus, in folio, ff. 103, sec. xiv., binis columnis exaratus.

Thomæ Aquinatis, sive de Aquino, super librum primum Sententiarum commentarius.

In calce, "Explicit liber primus Thome."

Sequitur tabula quæstionum.

In fine, "Explicit summa questionum 74."

CXVII.

Membranaceus, in folio, ff. 184, sec. xiv., binis columnis exaratus.

Thomæ Aquinatis super librum tertium Sententiarum scriptum, sive commentarius.

In calce, "Explicit tercius fratris Thome de Aquino, ordinis Predicatorum."

CXVIII.

Codex membranaceus, in folio, ff. **279**, sec. xiv., binis columnis exaratus; olim Will. de Faryngtone, S.T.P.

Thomæ Aquinatis super librum quartum Sententiarum scriptum.

In calce, "Explicit quartus Sententiarum secundum fratrem Thomam de Aquino, ordinis Predicatorum."

Sequitur tabula capitulorum, in cujus fine, "Expliciunt capitula quarti fratris Thome."

In margine fol. 1. inferiori, "Liber collegii Sancte Marie Wynton in Oxon. legatus eidem per magistrum Willelmum de Faryngton, sacre theologie professorem et olim socium collegii antedicti cujus anime propicietur Deus."

In calce codicis, "C. M. Thome Hewkyston exposita in cista Sebton in festo Georgi, anno Domini m.º cccc.º x.º pro sedecim solidis."

CXIX.

Membranaceus, in folio, ff. **280**, sec. xv., binis columnis exaratus.

1. Roberti Grostete, episcopi Lincolniensis, de lingua et corde liber, secundum ordinem alphabeti. fol. 1.

Incip. "Adulacio est Deo detestabilis, hoc ostenditur natura et arte sine scriptura, primo natura secundum Hugonem."

Desin. "sicut patet ex illa parabola de semine verbi, Mat. 13, de lingua, parte 5 C. ultimo."

In calce, "Explicit extracta Lincolniensis de lingua et corde secundum ordinem alphabeti."

Sequitur tabula alphabetica.

2. Francisci Mayronis, seu de Mayronibus, Ord. Minorum, expositio in quartum librum Sententiarum; cum tabula posthabita. fol. 89.

Incip. "Samaritanus unvulneratus approprians curationem ejus sacramentorum allegaturas adhibitis."

Desin. "quod erunt infinite cogitatione in infinitum sed nunquam erunt actu infinite, etc."

In calce tabulæ, "Explicit quartus liber Sentenciarum magistri Francisci Meronis, cum Tabula ejusdem."

3. Johannis de Balba, Januensis, Tabula sive Distinctiones secundum ordinem alphabeti. fol. 201.

Incip. "Abstinencia caro domatur unde prima Cor. 9. Castigo corpus meum."

Desin. "Judeos, illusores Christi sevissime laniaverunt, ut patet in Cronica celestis libro 4, capitulo 4."

In calce, "Explicit tabula sive distinctiones Januensis."

CXX.

Codex membranaceus, in folio, ff. **146**, sec. xiv.; olim Thomæ Trilleck, ep. Roffens. postea Will. Reed, ep. Cicestr.

Thomæ Aquinatis, sive de Aquino, Summæ Theologicæ pars prima.

Tit. "Incipit prima pars summe Thome de Aquino."

In calce, "Explicit liber primus summe fratris Thome de Aquino ordinis fratrum predicatorum magistri in theologia."

Sequuntur, Rubricæ summæ de Theologia fratris Thomæ de Aquino fratrum prædicatorum, numero cxix.

In fronte codicis notitiæ sunt sequentes,

a. "Liber M. Willelmi Reed, episcopi Cicestrie, quem emit a venerabili patre domino Thoma Trillek, episcopo Roffensi; oretis igitur pro utroque."

b. "Liber collegii beate Marie Wynton. in Oxon. in communi libraria et ad usum communem scolarium ejusdem et maxime de diocesi Cicestrie de benignitate episcopi Wynton. in posterum assumendorum cathenandus. Ex dono venerabilis patris domini Willelmi, tercii episcopi Cicestrie. Oretis igitur pro eodem et benefactoribus ejusdem ac fidelium animabus a purgatorio liberandis."

CXXI.

Membranaceus, in folio majori, ff. **307**, sec. xiv., binis columnis exaratus.

Thomæ Aquinatis Summæ Theologicæ pars secunda, primam scilicet et secundam partes secundæ comprehendens.

Tit. i. " Incipit prima pars secunde partis Summe Thome de Aquino."

Instructa est pars utraque tabula quæstionum.

In calce, " Explicit secunda pars summe fratris Thome de Aquino ordinis fratrum Predicatorum, longissima, prolixissima et tediosissima scribenti; Deo gratias, Deo gratias, et iterum Deo gratias."

CXXII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 225, sec. xiv., binis columnis exaratus; olim peculium Thomæ Cranley, archiep. Dublin.

Thomæ Aquinatis Summæ de Theologia secundæ partis pars prima, posthabita quæstionum tabula.

In calce, " Expliciunt capitula prime partis secundi libri editi a fratre Thoma de Aquino ordinis predicatorum."

In fol. i. marg. superiori annotatum est, " Liber Thome Cranle, archiepiscopi Dublin. quem emit apud Lyverpole xxij. die mensis Julii de quodam presbitero anno Domini m.° cccc.° viij.° H[enrici] quarti ix.° et sue consecracionis xi."

Et in margine inferiori, " Liber custodis et sociorum collegii beate Marie de Wynton. in Oxon. ex dono venerabilis Thome Cranle, archiepiscopi Dublin. quondam scolaris deinde socii ac demum custodis collegii predicti, qui petit humiliter suffragiis predictorum custodis sociorum ac aliorum inibi divina celebrantium adjuvari apud misericordissimum Deum."

CXXIII.

Membranaceus, in folio, ff. 162, secc. xiv. et xv., binis columnis exaratus; olim ecclesiæ Cath. Coventriæ.

1. Thomæ Aquinatis Summæ Theologicæ secundæ partis pars prima; posthabita tabula alphabetica. fol. 2.

   Tit. " Incipit prima secunde."

---

2. Ejusdem Thomæ contra impugnantes religionem libellus. fol. 77.

   Tit. " S. Thomas de Alquino contra impugnantes religionem."

   In calce, " Explicit scilicet opusculum."

---

3. Gulielmi Wydeford, seu Woodford, Ord. Minor., Determinationes contra Johannem Wycliff, ad Thomam [Arundel] archiep. Cantuariensem. fol. 123.

   Tit. " Determinacio magistri Willelmi Wydeford de ordine Minorum, contra hereses magistri Johannis Wyclyff."

   In calce, " Ricardus Crosby hunc tractatum scribi fecit ad perpetuam rei memoriam et Lollordorum confusionem cujus fini dicat Deus, Amen, Amen."

   In fronte codicis legitur notitia, " Nota quod singulis annis in vigilia S. Nicolai debet fieri missa pro anima domini Johannis de Pontisara quondam Wynton. episcopi, et eciam specialis memoracio pro animabus domini Johannis Maunsel et Johannis dicti domini Johannis nepotis defunctorum, et quod sacerdos et sacerdos circuiens scolas singulas cum serviente publico ut fieri solet annuatim nomina prefatorum defunctorum recitabit inter alios benefactores."

CXXIV.

Codex membranaceus, in folio, ff. 294, sec. xiv. ineuntis; bene exaratus et servatus.

Thomæ Aquinatis Summæ Theologicæ pars tertia.

Præmittitur tabula quæstionum sub rubrica, " Incipiunt tituli tercie partis Summe fratris Thome de Aquino."

In fine, " Explicit."

In calce codicis, " Caucio . . . . exposita in cista Waghan die Martis prox. post. festum Sancte Lucie anno Domini m.° ccc.° quadragesimo octavo."

Sequitur, *manu recentiori*, Quæstio, ' Utrum in primis Dei operibus sit ponere motus ecentricos et epiciclos.'

Citatur Johannis de Sacro-Bosco tractatus de circulis et motibus planetarum.

CXXV.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 188, sec. xiii.

1. S. Augustini, episcopi Hipponensis, de civitate Dei libri viginti duo in compendium redacti, præviis capitulis libb. xi.—xxii., cum abbreviatoris prologo. fol. 9.

Incip. prol. "Sicut vir circumspectus et providus ex aliquo magno vivario et amplo multis et diversis piscium generibus."

Inter prologum supradictum et capitulorum tabulam insertus est catalogus omnium S. Augustini operum, sub titulo, "Hoc est indicium librorum omnium S. Augustini."

Incip. abbrev. ut in libb. editis usque ad "humilibus autem dat gratiam;" postea vero sic procedit "Patientia Dei ad penitenciam invitat malos."

In margine fol. 50 occurrit distichon,

"Nil aliud nisi se valet ardens luna cremare
Sic se non alium invidus igne quoquit."

2. Sententiæ de tribus, quæ in mundo sunt, de origine animæ ex SS. Gregorio, Augustino, etc. fol. 171 b.

3. Odonis de Ceritona sive Shirton, ord. Cisterc. Summa de pœnitentia. fol. 173.

Exstat impress. Paris. 1520.

In calce, "Explicit summa magistri Odonis de Sehithona."

CXXVI.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 205, sec. xii.; binis columnis optime exaratus et servatus.

S. Augustini, episcopi Hipponensis, epistolæ centum quadraginta duæ ad diversos, prævia tabula.

Tit. tab. "Incipiunt capitula in epistolis beati Augustini doctoris."

Tit. epp. "Aurelii Augustini Ypponiensis episcopi epistolarum prima ad Volusianum incipit."

Exstat prima impress. inter opera, edit. Benedict. tom. ii. col. 395.

Ult. est inscripta ad Paulinum et Therasiam, et exstat in edit. cit. tom. ii. col. 187.

In calce, "Aurelii Augustini Yponiensis episcopi epistole expliciunt."

Sequitur expositio in orationem Dominicam, schemate vitia, virtutes, etc. exhibente, illustrata.

Incip. "Sacerdos profert hanc orationem in persona tocius ecclesie. Quod chorus respondet 'sed libera nos a malo,' significat, quod sacerdos et clerici sunt unum corpus ecclesie."

CXXVII.

Codex chartaceus, in 4to minimo, ff. 254, sec. xv., manu Willelmi Singleton scriptus; olim Willelmi Person.

1. Petri Blesensis, archidiaconi Bathoniensis, conquestio super nimia dilatione Hierosolymitani Itineris. fol. 4.

Incip. "Quis dabit capiti meo aquam et oculis meis fontem lacrimarum et plorabo interfectos populi mei. Utinam infletus totus effluam."

Desin. "moneat te gemitus compeditorum ac juxta verbum Moysy ulciscere sanguinem servorum tuorum et propicius esto terre proprii tui."

Sequuntur, ad eandem spectantia, capita ista,

a. Passio Reginaldi, principis olim Antiocheni. fol. 12 b.

Incip. "Antequam comedam suspiro et quasi inundantis aque."

Exstat in MS. in Mus. Brit. in cod. Arundel. 227, fol. 131.

b. Transitus [ejusdem Reginaldi] ad ulteriora. fol. 16.

Incip. "Congregans ille Babilonius canis, ille filius perdicionis."

c. De vita et virtutibus principis Reginaldi. fol. 16 b.

Incip. "Erat siquidem jure successorio."

d. Longitudo et latitudo Palæstinæ secundum S. Hieronymum. fol. 18 b.

e. De eodem [Reginaldo]. fol. 22 b.

Incip. "Ab ore tiranni pendebant."

f. Exhortatio ad eos, qui nec accipiunt nec prædicant crucem. fol. 24 b.

Incip. "Discite pusillanimes, discite pavidi et imbecilles, Quid timetis mortem momentaneam."

Exstat in MS. Mus. Brit. cod. Arundel. 227, fol. 134.

2. Ejusdem Petri epistolæ ad diversos, numero centum quadraginta novem. fol. 29.

Tit. "Hic incipiunt epistole Petri Blesensis, Bathoniensis archidiaconi."

Inscripta est prima, Henrico Regi Angliæ, et exstat impress. in edit. Paris. 1667, p. 1.

Epistolæ quinque posteriores ineditæ sunt, et quoad ordinem et initia consentiunt cum istis in cod. Arundel. 227, sub numeris 178—182 memoratis.

In calce, "Deo gracias, quod Willelmus Sengleton;" deinde charactere rubeo, "scriptus in novo collegio Wynton. in Oxon. ab W. Persson."

In fol. 2 verso, "Liber collegii beate Marie Wyntoniensis in Oxon. ex dono Willelmi Person, ad usum unius bacularii qui determinavit, etc."

CXXVIII.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 207, sec. xv., nitide exaratus; olim Ricardi Andrew, decani Eboracensis et antea coll. Nov. socii.

Nicolai de Clamengiis, sive Clemangiis, canonici Baiocensis, epistolæ quadraginta sex ad diversos. fol. 2.

Tit. i. "Incipiunt epistole Nicholai de Clamengiis, cantoris Baiocensis. Prima ad Karolum sextum, regem Francorum, exhortatoria ad laborem pro pace et unitate sancte ecclesie, more suorum predecessorum, suscipienda; que scripta fuit vivente adhuc domino Clemente septimo."

Exstant, quatuor exceptis, impress. inter opera, Lugd. Bat. 1613, part. ii. p. 1.

Epistolæ, quæ inter editas haud inveniuntur, sunt,

a. Ad eundem; scil. Johannem de Monsterolio. fol. 44 b.

Incip. "Sicut brevem epistolam misisti, ita brevem refero."

b. Ad Gontherum Colli, regium Secretarium, de quodam libello sibi per eum misso. fol. 45 b.

Incip. "Retulit michi tuis ut aiebat ex verbis."

c. Ad eundem excusatio tardioris scripturæ propter litis occupationem et commissarios, et de versutia et iniquitate advocatorum adversus se. fol. 46.

Incip. "Diuturna tuis a penatibus legacionis imposicione."

d. Ad eundem de frequentibus sibi missis literis, et excusatio inculti stili. fol. 46.

Incip. "Jam, ut arbitror, Gonthere mi dulcissime, de me queri."

Inserta sunt quoque inter epistolas,

a. Ad Gallicanos principes dissuasio belli. fol. 84 b.

In edit. cit. part. i. p. 169.

b. Ad Johannem de Gersonio contra prælatos simoniacos. fol. 112 b.

Ibid. part. i. p. 160.

c. Ad Gerardum Machetum de egressu ex Babylonia. fol. 138.

Ibid. part. i. p. 174.

d. Super materia concilii generalis collationes duæ. fol. 157.

Ibid. part. i. pp. 61, 65.

Sequuntur,

a. Ejusdem Epistola ad Henricum, regem Anglorum illustrem, exhortatoria ad justitiam et alias virtutes. fol. 183.

Exstat ibid. partim ex codice nostro scripta, part. ii. p. 137.

b. Deploratio calamitatis ecclesiasticæ cum exhortacione papæ et pontificum ad scismatis extirpationem; *metrice.* fol. 186.

Exstat ibid. part. i. p. 32.

c. Titulorum tabula epistolarum supra memoratarum. fol. 186 b.

d. Epistola ad ducem Burgundiæ de lapsu et reparatione justitiæ. fol. 189.

Exstat ibid. part. i. p. 41.

e. Index materiarum alphabeticus in omnibus supradictis contentarum. fol. 197 b.

In fol. i. verso notitiam scripsit recentior aliquis de auctoris vita et scriptis, et in ora fol. 2 superiori, "Istum librum ego Ricardus Andrew, decanus Eboracensis et quondam socius collegii beate Marie Winton. in Oxon., dedi eidem collegio beate Marie, quem qui abstulerit, anathema maranatha sit."

CXXIX.

Codex membranaceus, in folio, ff. 257, sec. xii., binis columnis optime exaratus; olim Willelmi Warham, archiepiscopi Cantuariensis.

S. Hieronymi, presbyteri Stridonensis, epistolæ centum viginti tres, ad diversos; prævia earundem tabula.

Prima est, "Damasi pape ad Jheronimum presbiterum."

Exstat impress. in edit. Vallarsianæ tom. i. col. 156.

Ultima est, "Ad Pammachium de morte Paulinæ;" et desin. abrupte in verbis, "Sequeris patriarcham Loth;" in edit. cit. tom. i. col. 399, B. 7.

Sequitur codex noster eundem fere ordinem cum illo, qui a Bandinio recensetur in catalogo Codd. Bibl. Laurent. tom. i. col. 531.

Præmittitur notitia ista, "Liber collegii beate Marie Wynton. in Oxon. ex dono reverendissimi in Christo patris ac domini domini Willelmi Wareham, providencia divina Cantuariensis archiepiscopi, in anno Domini m° ccccc.° viij.°"

CXXX.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 245, sec. xii. exeuntis; binis columnis bene exaratus.

1. S. Cæcilii Cypriani, Carthaginensis, opera varia; scilicet,

a. Ad Donatum liber de gratia Dei. fol. 1.
Exstat impress. inter opera, ed. Fell, p. 1.

b. De habitu virginum libellus. fol. 2 b.
Exstat ibid. p. 92.

c. De lapsis. fol. 5.
Ibid. p. 121.

d. De unitate ecclesiæ. fol. 8 b.
Ibid. p. 104.

e. De oratione Dominica. fol. 11 b.
Ibid. p. 139.

f. De mortalitate. fol. 15 b.
Ibid. p. 156.

g. De opere et eleemosynis. fol. 18.
Ibid. p. 197.

h. Epistola ad Demetrianum.
Ibid. p. 185.

i. De bono patientiæ. fol. 23 b.
Ibid. p. 210.

k. De zelo et livore. fol. 27.
Ibid. p. 221.

l. Ad Fortunatum de exhortatione martyrii liber. fol. 30.
Ibid. p. 167.

m. Testimoniorum ad Quirinum adversus Judæos libri tres. fol. 34.
Ibid. p. 17.

n. Epistolæ ad Antonianum aliosque xxi. fol. 53 b.
Ibid. sub numeris lv. xl. lxvii. lxiv. ii. lx. lvii. xlviii. lix. lii. xlv. xliv. li. xiii. xliii. lxv. i. lxi. xlvi. lxvi. iv.

o. De idolorum vanitate liber. fol. 72 b.
Ibid. p. 11.

p. Epistolæ aliæ novem. fol. 73 b.
Ibid. sub numm. lvi. iii. lxxii. lviii. lxiii. vii. lxxvi. lxxiii. lxxi.

q. De baptizandis hæreticis sententiæ episcoporum lxxxvii. fol. 85 b.
Ibid. p. 229.

r. Epistolæ aliæ quinque. fol. 88.
Ibid. xxviii. xxxix. xlviii. xxxix. lxx.

s. De Aleatoribus tractatus. fol. 90 b.
Tit. "Epistola Cypriani de Aleatoribus."
Ibid. in Append. p. 31.

t. De laude martyrii epistola. fol. 92 b.
Ibid. in Append. p. 8.

u. Epistolæ aliæ xvii. fol. 96 b.
Ibid. epp. lxxix. xx. xxxii. xlvii. liv. lxxviii. lxxv. liii. xvi. xv. xvii—xxiii.

w. Tractatus de montibus Sina et Sion adversus Judæos. fol. 104 b.
Tit. "Incipit de duobus montibus, id est de monte Syna et monte Syon adversus Judeos."
Ibid. in Append. p. 34.

x. Epistolæ aliæ quatuor. fol. 106 b.
Ibid. epp. xlvii. xxxi. lxxiv. lxix. quæ ultima in codice in duas est distincta.

2. S. Johannis Chrysostomi in S. Pauli ad Hebræos epistolam sermones triginta quinque; *Latine.* fol. 113.

Tit. "Incipit commentarium Johannis episcopi Constantinopolitani in epistola beati Pauli apostoli ad Hebræos."

Incip. i. "Multifarie et multis modis, etc. Hoc etiam hic in ipso exordio scribens ad Hebreos beatus Paulus insinuat."

Desin. ult. "hoc itaque igne circumsepiamur exhortor, gloriam offerentes Domino

nostro Jhesu Christo, cum quo Patri gloria una cum Spiritu Sancto, imperium, honor." etc.

In calce, "Expliciunt sermones Johannis Crisostomi Constantinopolitani episcopi, super epistola beati Pauli apostoli ad Hebreos."

3. Ejusdem Johannis in S. Matthæi evangel. capp. xix. v. 1 ad cap. xxiii. v. 38 inclusive commentarius; *Latine*. fol. 167.

Tit. "Incipiunt omelie Johannis Crisostomi in evangelium Mathei."

Incip. præf. "Quantum quamque gratum et utile sit bonum et ecclesiastice paci quam flagranti et sollicito amore."

Incip. com. "Capitulum clxxxix. *Et factum est cum consummasset Jhesus sermones istos.* Quos? Istos, quos superius est prelocutus."

Distinctus est comment. iste in sectiones plures, quæ numerantur clxxxix—ccxxxix. inclusive.

Desin. expos. in vers. 38, cap. xxiii. "et partem quidem eorum comedit fame et gladio alii autem per singulas provincias dispersi sunt ubi perirent."

4. S. Leonis Papæ I. Magni, Sermones quinquaginta sex de diversis. fol. 201.

Tit. "Incipit liber sermonum beati Leonis pape."

Tres priores agunt "de ordinatione sua," et exstant impress. inter opera, edit. Quesnel. tom. i. p. 101.

Sex ultimi sunt de jejunio septimi mensis, et exstant in edit. cit. tom. i. p. 347.

5. Tractatus ejusdem Leonis "contra heresim Euticis dictus in basilica sancte Anastasie virginis." fol. 240 b.

Exstat ibid. tom. i. p. 367.

6. Ejusdem epistola ad Julianum episcopum contra Eutycenæ impietatis errorem. fol. 241.

Incip. "Quoniam Sancti Spiritus."

7. Ejusdem epistola ad Pulcheriam Augustam de hiis unde supra et ad Theodosium Augustum. fol. 241 b.

Ibid. tom. i. p. 489.

8. Ejusdem epistola ad Ephesinam synodum in qua congregatos provocat episcopos Eutychetis blasphemias condemnare. fol. 242.

Ibid. tom. i. p. 493.

9. Ejusdem epistola ad clerum ac plebem urbis Constantinopolitanæ. fol. 242 b.

Incip. "Deitas Verbi.

10. Ejusdem epistola ad Leonem Augustum. fol. 243.

Ibid. tom. i. p. 698.

11. S. Augustini ep. Hipponensis sermones sex de nativitate Domini. fol. 245.

Extant impress. quatuor scil. i. ii. iv. v. in Biblioth. Homil. Lugd. 1588, pp. 139 seq., 143, 161.

Incip. sermo tertius, "Clementissimus Pater, omnipotens Deus, cum doleret."

Incip. sextus, "Audivimus prophetam."

CXXXI.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 155, sec. xv. ineuntis; nitide exaratus.

1. S. Cypriani Epistolæ ad diversos, et alia opuscula; scilicet,

a. Epistolæ quinque. fol. 1.

Tit. lib. "Incipit liber epistolarum Sancti Cypriani."

Extant impress. in edit. Fell, sub numeris, lxiii. lv. vi. xxviii. xxxix.

b. [De laude martyrii libellus.] fol. 18.

Exstant ibid. in App. p. 8.

c. Epistolæ aliæ novem ad diversos. fol. 26.

Ibid. epp. x. xi. xlviii. xxxix. lviii. lxxvi. lxxiii. lxxi. lxx.

d. Concilium Carthaginense, de baptizandis hæreticis. fol. 47 b.

Tit. "Quod baptizati ab hereticis rebaptizari a catholicis debeant."

Ibid. p. 229.

e. Epistolæ aliæ viginti sex. fol. 54.

Ibid. epp. lxxiv. lxix. xl. lxiv. ii. lx. lvii. lix. lii. xlvii. xlv. xliv. li. xiii. lxxviii. lxxix. i. lxi. xlvi. lxvi. liv. xxviii. xx. xii. xxx. iv.

f. De idolorum vanitate. fol. 99.

Tit. "Cyprianus de origine et generibus ydolorum et de vero Deo."

Ibid. p. 11.

g. [Tractatus adversus Judæos, qui Christum insecuti sunt, auctore incerto.] fol. 102.

Ibid. in App. part. iii. p. 32.

h. Epistolæ sex aliæ. fol. 106.

Ibid. epp. lvi. iii. lxxii. lxxvii. lxvii. lxv.

i. Tractatulus, sic inscriptus, "Antiqua diaria patrum ferimus tibi per Cyprianum." fol. 115.

Ibid. sub tit. Cæna, in App. part. iii. p. 50.

k. Oratio quam dixit Cyprianus sub die Passionis suæ. fol. 118.

Ibid. in App. part. i. p. 39.

In calce, "Explicit liber Epistolarum sancti Cypriani."

2. Quædam scripturarum notæ apud celeberrimos auctores ad distinctionem scripturarum carminibus et historiis appositæ. fol. 119 b.

Incip. "ꝟ est figura proprie in littere modum posita ad demonstrandam unamquamque verbi sententiarumque versuum rationem. Note autem versibus apponuntur numero xvj. que sunt nominibus infrascriptis ※. Asteriscus apponitur in hiis, que omissa sunt, ut elucescant per eam notam."

3. S. Hieronymi Stridonensis in symbolum apostolorum expositio ad papam Laurentium. fol. 121.

Incip. "Michi quidem fidelissime papa Laurenti ad scribendum animus tam non est cupidus."

4. Ejusdem Hieronymi 'tractatus de fide et credulitate et conversatione vitæ Christianorum.' fol. 142 b.

Incip. "David gloriosus in psalmo sic dicit, In universam terram exivit sonus."

In calce, "Explicit tractatus sancti Jeronimi de fide et credulitate et conversatione vite Christianorum; Laus Deo."

CXXXII.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 137, sec. xv.

S. Cæcilii Cypriani opera varia; scilicet,

1. De disciplina et habitu virginum. fol. 1.

Tit. "Cecilii Cypriani episcopi et martiris incliti liber de habitu virginum feliciter incipit."

Exstat impress. inter opera edit. Fell, p. 92.

In calce, "Cecilii Cypriani episcopi et martiris incliti liber de habitu virginum finit."

2. De lapsis. fol. 8 b.

Exstat ibid. p. 121.

In calce, "Cecilii Cypriani martiris de lapsis liber finit."

3. De unitate ecclesiæ Catholicæ. fol. 19.

Ibid. p. 104.

In calce, "Finit de catholice ecclesie unitate."

4. De oratione Dominica. fol. 28 b.

Ibid. p. 139.

In calce, "Finit Cecilii Cypriani de dominica oracione."

5. De mortalitate. fol. 38 b.

Ibid. p. 156.

In calce, "Finit beati Cypriani martiris de mortalitate."

6. De opere et eleemosynis. fol. 45 b.

Ibid. p. 197.

In calce, "Finit beati Cypriani martiris de opere et elemosinis."

7. De bono patientiæ. fol. 54.

Ibid. p. 210.

In calce, "Finit Cypriani Cecilii martiris de bono paciencie."

8. De zelo et livore. fol. 61 b.

Ibid. p. 221.

In calce, "Cecilii Cypriani martiris de zelo et livore finit."

9. Ad Demetrianum liber. fol. 66 b.

Ibid. p. 185.

In calce, "Finit Cecilii Cypriani martiris ad Demetrianum."

10. De origine et generibus idolorum. fol. 74 b.

Ibid. p 11.

In calce, "Quod idola non sunt et de vero Deo."

11. Ad Donatum exhortatio. fol. 77 b.

Ibid. p. 1.

In calce, "Cypriani martiris incliti ad Donatum finit."

12. Testimoniorum adversus Judæos ad Quirinum libri tres, præviis cuique ad Quirinum epistola et capitulis. fol. 82 b.

Ibid. p. 17.

In calce omissa sunt paucula quædam, librarii incuria; deinde "Explicit ad Quirinum beati martiris Cypriani liber de vita Christiana."

13. Ad Fortunatum liber de exhortatione martyrii. fol. 126.

Tit. "Ejusdem ad Fortunatum liber incipit de bono martirii, lege in pace frater karissime, hisque temporibus nostra tempora conferens tacitus ingemisce."

Ibid. p. 167.

In calce, "Explicit de bono martirii ad Fortunatum liber sancti martiris Cypriani; Deo gracias."

CXXXIII.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 251, sec. xv., nitidissime exaratus.

L. Cæcilii Lactantii Firmiani institutionum divinarum libri septem.

Tit. "Lactantii Firmiani divinarum institutionum liber primus de falsa religione."

In calce, "Lactantii Firmiani de premio virtutis et beata vita liber septimus et ultimus explicit feliciter; laus Deo."

Sequuntur extracta duo, a. 'Ex verbis Lactantii in libro de opificio Dei vel formatione hominis in fine.' b. 'Aurelius Augustinus in libro xx. de civitate Dei.'

Præmissa sunt testimonia de Lactantio ex SS. Hieronymo et Augustino.

CXXXIV.

Membranaceus, in folio, ff. 437, sec. xiv., binis columnis exaratus; olim Gul. Reed, episcopi Cicestrensis.

1. Thomæ Bradwardini, Londoniensis cancellarii, postea archiepiscopi Cantuariensis, de causa Dei contra Pelagium et de virtute causarum libri tres. fol. 2.

   Incip. "Circa urinas quinque sunt pensanda generalia."

   Præmittitur distichon,

   "Qui cupit urinas mea per compendia scire,
   Me legat assidue nec oportet longius ire."

   In calce, "Expliciunt urine magistri Ricardi."

3. Constantini Africani, monachi Cassinensis, Viaticum, sive libri septem de morborum cognitione et curatione, glossulis notisque perpetuis instructum, cum prologo et tabula capitulorum præmissis. fol. 10.

   Incip. prol. "Quoniam quidem ut in rethoricis Tullius omne inquit expetendum."

   Exstat impress. omisso prologo, inter Constantini opera, edit. Basil. 1536, p. 1, et inter Isaaci Judæi opera Lugd. 1515, part. ii. fol. cxliv. quo Isaaco vindicatur ut auctori vero.

4. Isaaci Judæi de febribus libri quinque, per Constantinum Africanum ex Arabico in Latinum versi, prævia ejusdem Constantini præfatione; glossis hic illic illustrati. fol. 98.

   Incip. gloss. "Incipit liber febrium Ysac proditus ab Ysac filio adoptivo Salomonis."

CLXVIII.

Membranaceus, in folio, ff. 160, sec. xiv., binis columnis exaratus; olim peculium T. Bokett, "soc. coll. Nov. in medicinis magistri."

1. Johannis Damasceni filii Mesue Canones universales et de medicinis simplicibus solutivis libri duo, anonymo interprete, prologo capitumque tabulis instructi. fol. 3.

   Tit. "Incipit liber Hebenmesuhe de simplicibus medicinis."

   Incip. prol. "In nomine Dei misericordis cujus nutu sermo recipit gratiam et doctrina perfectionem principium verborum Johannis filii Hamet filii Hely filii Abdebla regis Damasceni, verbum cecidit."

   Incip. lib. i. "Dicimus quod medicina laxativa non est a re complexionali."

   Desin. lib. ii. "et confert uterque fistulis et vulneribus fraudulentis; dosis ejus est a kiratis sex;" etc.

   Exstant inter opera, Venet. 1589, part. i. ff. 1, 24.

   Sequitur ejusdem Ebn Mesue de gradibus libellus, ordine alphabetico.

   Tit. "Incipit liber Hebenmesuhe de gradibus."

   Incip. "Absinthium calidum est in primo gradu."

   In calce, "Explicit liber Hebenmesuhe de simplicibus medicinis."

2. Ejusdem Johannis Damasceni, filii Mesue, medici Arabis, Aggregatio, vel Antidotarium confectionum electarum, in distinctiones duodecim distributa, prævia præfatione. fol. 14.

   Tit. "Incipit liber Johannis Damasceni Nafrani (*sic*) filii Mesuhe Calbdei, quod est aggregatio vel antidotarium electarum confectionum. Incipit liber tertius."

   Incip. præf. "Sicut in libris urinarum ex hiis que experti sumus."

   Incip. lib. "Prima distinctio que est electuariorum subdivisionem habet."

   Desin. "et quanto est antiquius tanto melius."

   Exstat ibid. part. i. fol. .

   In calce, "Finem huic Grabadin accipit locus iste, quare gratias omnium largitori referimus, qui statuit in lumine tenebras et in quiete laborem Johannis Nazareni filii Hebenmesuhe Grabadin medicinarum universalium explicit; particularium autem medicinarum librum cum Dei auxilio incipiemus; benedictus Dominus Deus; Amen.

Sanat enim solus langores Deus et de fragilitatis solo produxit in largitate sua medicinam, benedictus excelsus et gloriosus; Amen. Hec est secunda summa in qua ponit medicinas singulorum membrorum egritudinibus appropriatas."

Sequitur, *manu recentiori*, vocum Arabicarum aliarumque interpretatio, ordine alphabetico.

3. Nicolai Præpositi Antidotarium, ordine alphabetico; annexis dosibus et synonymis. fol. 39.

Exstat ibid. in App. p. 159.

In calce, " Explicit Antidotarius Nicholai et doses et sinonima ejusdem."

Sequuntur " addiciones primæ et novæ."

Incip. " Pillule gloriose regis Cicilie."

In calce, " Expliciunt nove addiciones."

In fol. 51 marg. inferiori scripti sunt versus isti,

" Cum sit homo natus . iter accipit ut properatus,
Ad finem properat . qui modo natus erat;
Nunc oritur nunc moritur . statim sub humo sepelitur,
Sub pede calcatur . vermibus esca datur."

4. Dictionarium medicum, quod dicitur 'Alphita,' plantarum scilicet quæ apud medicos usitantur, ordine alphabetico. fol. 53.

Incip. " Alphita farine ordei, idem arsenicum, id est, auripigmentum citrinum."

Desin. " Zuccorarium vel Zuccoraria, est flos vel semen agni casti."

In calce, " Explicit Alphita."

5. Libri fragmentum, in quo de herbarum virtutibus fusius tractatur, ordine alphabetico. fol. 60.

Incipit in litera A. voc. Amurca, cum verbis, " premitur que coqui solet ad mellis spissitudinem."

6. Index alphabeticus ad librum Serapionis sequentem. fol. 61.

7. Serapionis, medici Arabis, de simplici medicina opus, interpretibus Abrahamo Judæo et Simone Januensi, in partes duas distinctum, prævia præfatione. fol. 63.

Tit. " Liber Serapionis aggregatus in medicinis simplicibus ex dictis D. G. et aliorum, translatio Simonis Januensis, interprete Abraham Judeo Tortuosiensi de Arabico in Latinum."

In calce,

" Laus tibi sit Christe, quoniam liber explicit iste,
Explicit totus liber Serapionis de simplici medicina."

Sequitur, *manu recentiori, sec. scil. xv.*, " Precium xx. s. ad minus."

8. Libri, superius memorati, de virtutibus herbarum fragmentum, auctoris prologum et initium tantum continens, in quo tamen fatetur auctor se quondam vitam exercuisse militarem et opus suum in sex libros distinxisse. fol. 159.

In fol. 3 marg. inferiori legitur, " Heben Mesuhe: ex dono magistri T. Bokett, soc. coll. in medicinis magistri."

CLXIX.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 133, sec. xiv. exeuntis; olim Johannis Bevryngs, coll. Exon. socii.

1. Carmina de ponderibus et mensuris apud medicos usitatis, prævia præfatione. fol. 1.

Incip. præf. " Pondera et mensure que in arte medicinali."

Incip. carm.

" Collige triticeis medicamine pondera granis."

2. De anathomia tractatulus. fol. 1 b.

Incip. " Athonomia est recta divisio que sic fit, porcum debes immensum ponere."

3. De eadem tractatulus alter. fol. 3 b.

Incip. " Galienus in Tegni testatur, quod quicunque interiorum membrorum cognitor esse desiderat."

4. Compendium de medicinis compositis, cui titulus, " Compendium Triofili [*secundum Bernardi Catal.* 'Gariophyli'] de medicinis compositis;" ordine alphabetico. fol. 7.

Incip. " Transacto sub compendio de medicinis simplicibus communiter in usum medicine venientibus."

Desin. " et ejus operacio est sicut zuccuri rosarum."

In calce, " Explicit Antidotarum de medicinis compositis."

Confectum esse opus istud partim e Nicolai Præpositi Antidotario liquebit, ut opinamur, ex collatione eorum quæ de medicinis 'Filonium majus,' 'Gariofilatum' aliisque occupantur.

5. Tabula experimentorum contra diversa genera ægritudinum, quæ in tractatu de simplicibus medicinis ponuntur. fol. 52.

Præmittitur notitia, incip. "Quia superius in tractatu de simplicibus medicinis."

Incip. "Contra Allopiciam vide in istis, Absinthio, Anacardo."

6. Tractatus de signis complexionis, repletionis, et digestionis, de trocistis, pillulis, etc. fol. 62.

Incip. "De signis que sunt circa complexionem et replecionem."

7. De regimine sanitatis libellus. fol. 88 b.

Incip. "Scribitur ab Ysaac in quarto Viatici quod quicunque cotidianam vult custodire sanitatem."

8. Tractatus de areolis medicinarum secundum Johannem de S. Amando. fol. 95 b.

Tit. "Pro regenda sanitate."

Incip. "Sicud dicit S(erapion), primo simplicis medicine capitulo 8 in finem non est possibile."

Cap. ult. est, "De medicinis laxativis, primo de Aloe;" et deficit "sed in hoc oportet ut illum"—— cui adnectitur notitia sequens, "Residuum de medicinis laxativis simplicibus haberi potest in volumine hic prope jacente, continente Lilium medicine; est enim ibi tractatus prime in Tegni."

Præmittitur codici notitia, "Magister Johannes Bevryngs quondam socius collegii Exoniensis compos mentis sue legavit istum librum catenandum in librario collegii Wyntoniensis, in quo continentur diversi tractatus medicinarum compositarum, cujus anime propicietur Deus."

CLXX.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 279, sec. xiv.; binis columnis exaratus.

1. Johannitii Isagoge in Galeni Tegni sive Artem parvam. fol. 3.

Tit. "Liber Johannicii."

2. Philareti libellus de pulsibus, [interprete Pontico Virunio, Tarvisino?] cum glossulis. fol. 9.

Tit. "Incipit liber Filareti de pulsibus."

In calce, "Explicit liber Filareti de pulsuum negocio."

3. Liber de urinarum judiciis a voce Theophili Protospatharii. fol. 11.

Tit. "Incipit liber urinarum a voce Theophili."

In calce, "Explicit liber urinarum a voce Theofili."

4. Galeni Ars Parva, cum Haly Rodoani commentario, [interprete Gerardo Cremonensi?]. fol. 17.

In calce, "Explicit Tegni G. cum commento H."

Sequitur tabula Definitionum medicinæ.

5. Hippocratis Aphorismorum, cum Galeni commentariis, interprete Constantino Africano, cum ejusdem Constantini ad Glauconem epistola præmissa. fol. 96.

In calce, "Explicit commentum G. super Amphorismos Ypo."

6. Ejusdem Prognostica, cum Galeni commentariis, interprete eodem. fol. 162.

In calce, "Explicit liber prognosticorum Ypo. Cum commento G."

7. Ejusdem liber de regimine acutorum, cum ejusdem Galeni commentariis, eodem interprete. fol. 206 b.

In calce, "Explicit regimentum acutarum egritudinum."

8. Ægidii Corbeiensis de urinis carmen, cum Gilberti (Anglici?) commentario. fol. 257.

Incip. comment. "Sicut dicit Constantinus in Pantegni."

In calce, "Expliciunt versus Egidii cum comento Gilberti."

Subjecit manus recentior modum scribendi pondera varia per abbreviationem; *Anglice*.

CLXXI.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 124, sec. xiii. exeuntis, nitide exaratus.

1. Henrici de Wintonia super Johannitii Isagogen, etc. quæstiones medicinales. fol. 1.

Incip. "Presentis negocii est medicinales questiones breviter transcurrere, ut disputantibus."

Desin. "quibus vero jam dictum est acrium corpus urine attestatur et sic non mirum si urina circa acrium corpus livescit. Explicit."

Auctoris nomen ex Bernardi catalogo, et post eum Tannero, mutuavimus, nullibi enim in tractatu de eo ulla fit mentio.

2. Ursonis medici de effectibus quatuor qualitatum libellus. fol. 18 b.

Incip. "Cum questionum fere omnium solutiones."

Exstat impress. una cum lib. Rogeri Bacon de retardandis senectutis accidentibus, 8° Oxon. 1590.

In calce, "Et hec de effectibus qualitatum sufficiant, secundum magistrum Ursonem."

3. Ejusdem Ursonis Aphorismorum liber, anonymi cujusdam [an Henrici supradicti?] præfatione et commentario instructus. fol. 21.

Incip. præf. "Quoniam phisicalis scientie inventores, aut negligentia tediosi aut ignorancia obfuscati aut mole profunde materiei oppressi, de rerum naturis indagandis nullam plenam successoribus reliquerunt doctrinam."

Tit. lib. "Incipit libellus Afforismorum Vrsonis."

Incip. aph. "Consuetum et ordinatum rerum naturalium processum non miramur."

Incip. comment. "Notandum quidem est, Consuetum et ordinatum processum rerum non miramur, scilicet que cotidie."

Ult. aphorism. est, "Defeccione cause efficientis necessarie vel materialis vel utriusque rerum generacio prohibetur et utriusque incremento et reparacione perficitur."

Desin. "per inspissacionem sui vel rarefaccionem predictam substantiam perimit constitutam; Explicit."

Sequitur notitia ista, "Quia igitur in hoc nostro afforismorum libello nature opere varia sensibilia et archana rationabili investigacione inventa sunt et monstrata, idcirco ne indecenti prolixitate operis legenti fastidium generemus, hujus libelli expositionibus sufficientibus terminum figimus oportunum, sed quoniam vestris peticionibus et desideriis juxta inspiracionis divine mensuram jam satisfecimus; idcirco Datori munerum gracias reddite, Cui est honor et gloria et potestas in secula seculorum; Amen."

4. Rogeri [Salernitani?] Chirurgia, sive de morborum curatione libri quatuor, prævia unicuique libro præfatione. fol. 38.

Incip. præf. i. "Post mundi fabricam ejusque decorem de terrestri substantia Deus hominem formavit."

Incip. lib. i. "Quibus modis capud vulneratur et de signis panniculorum lesionis. Caput vulnerari diversis modis contingit."

Desin. lib. ult. "et illa pinguedo que super natales accipiatur, et inde tibie ungantur."

In calce, "Explicit cirurgia Rogeri.
"Fine cirurgie merear solamen Helye."

5. Anonymi cujusdam glossulæ super tabulas Salernitanas. fol. 68.

Tit. "Incipiunt glose tabule Salerni."

Incip. "Omnis practicus est theoricus sed non convertitur, magister Salerni est practicus, ergo magister Salerni est theoricus."

Desin. "sermonis hujus lascivientis prevagatione rivulum hic stagnare faciamus feliciter; Amen."

6. Libellus medicus cui titulus, "Flores libri virtutum." fol. 71.

Incip. "Virtus medicine est potentia naturalis, qua ipsa medicina suscepta intrinsecus vel apposita extrinsecus."

7. Mauri Salernitani de Phlebotomia libellus. fol. 70 b.

Tit. "Incipit Flebotomia magistri Mauri."

Incip. "Flebotomia cerebrum temperat et ideo memoriam prebet et mentem sincerat."

8. Henrici [de Wintonia?] de phlebotomia libellus. fol. 74.

Tit. "Incipit flebotomia Henrici."

Incip. "Propositum est nobis tractare breviter, in quibus egritudinibus competit flebotomia et de quibus venis."

9. Trottulæ, seu potius Erotis, de mulierum morbis liber. fol. 74 b.

Tit. "Incipiunt cure magistre Trottule."

Incip. "Cum auctor Universitatis Deus in prima mundi origine."

Exstat impress. in Gynæcior. edit. Wolph. Basil. 1586, tom. i. p. 89.

In calce nonnulla, "de ornatu dentium," incip. "Dentibus non minor esse decus quam juvamentum."

10. Anonymi cujusdam de urinis libellus. fol. 82.
Incip. "In tractatu, primo videndum quid sit urina."

11. De scientia medicinali liber. fol. 89.
Incip. "De medicinali scientia tractaturi ab ejus divisione incipiamus."

12. De situ tertiæ partis orbis, scil. Asiæ, versus triginta unum heroici. fol. 100.
Incip.
"Tercia pars orbis cujus ditione teneri."

13. De quinta essentia, etc. fol. 100 b.
Incip. "Ex quinta parte . . . . . facta est quinta essentia et ejus contenta."

14. Nicolai Præpositi Antidotarium, cum glossulis hic illic in margine adscriptis. fol. 103.
Tit. *manu recentiori*, "Antidotarium Nicholai."
In calce, "Explicit iste liber."

CLXXII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 313, sec. xiv., binis columnis exaratus; olim Will. Spekynton, coll. Novi socii.

1. Justiniani Imperatoris Institutionum libri quatuor, Accursii aliorumque glossis haud insolitis perperam illustrati. fol. 2.
Tit. "In nomine Domini nostri Jhesu Christi imperator Cesar Flavius, Justinianus Almanicus, Wandalicus, Affricanus, semper Augustus, pius, felix, inclitus victor ac triumphator magnificus, semper Augustus cupide legum juventuti salutem."
In calce, "Explicit liber Justiniani.
"Explicit expliceat . ludere scriptor eat."

2. Ejusdem Authenticorum, sive Constitutionum Novellarum libri novem, glossis Accursii alisque instructi. fol. 77.
In calce, "Expliciunt Autentica; Deo [gratias."]

3. Constitutionum Feodorum libri duo, cum glossis. fol. 237.
Tit. "Incipiunt constitutiones feudorum."

4. Frederici II. Imperatoris Constitutiones. fol. 257.

5. Justiniani Imperatoris Codicis libri tres posteriores, glossis instructi. fol. 258.
In calce gloss. "Explicit apparatus trium librorum Codicis."
In fol. 1. verso, "Parvum volumen, secundo folio, *aut cum magno*, de perquisito magistri Willelmi Spekynton, quondam socii Novi Collegii beate Marie Winton. in Oxon. ponendum in nova libraria pro sociis ibidem studere volentibus. Willelmus Spekynton manu sua propria."
Deinde, "Orate pro animabus venerabilis viri magistri Hugonis Ingar, legum doctoris, nuper thesaurarii eccl. Cathedr. Wellensis, et Domini Willelmi Spekynton, executoris dicti Hugonis, quondam Sociorum hujus collegii."

CLXXIII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 306, sec. xiv., binis columnis exaratus; "precii xxxs."

Justiniani Imperatoris libri novem priores, Accursii aliorumque glossis penitus illustrati.
Tit. "In nomine Domini nostri Jhesu Christi codicis Domini Justiniani, sacratissimi principis, repetite prelectionis liber primus incipit."
Præmittitur tabula titulorum alphabetica.
In calce tabulæ, "Explicit kalendarium codicis ordinarium scriptum apud Oxonium anno Domini millesimo ccc.° lxiiij.° intrante, anno regis Edwardi tercii post conquestum xxxvij."
In calce codicis tabula titulorum, *manu recentiori*.

CLXXIV.

Membranaceus, in folio majori, ff. 299, sec. xiv. ineuntis, binis columnis bene exaratus et quoad literas initiales pictus; olim peculium T. Bourton.

1. Justiniani Imperatoris Institutionum libri quatuor, Accursii aliorumque glossis penitus instructi. fol. 2.
In calce, "Explicit liber Institutionum."
Glossulas in tit. 'De actionibus' aliasque subjecit manus longe recentior.

2. Authenticorum libri novem, cum Accursii aliorumque glossis. fol. 78.

Literam initialem pictam et titulum nebulo quidam abscidit.

In calce, "Explicit liber autenticorum."

3. Constitutionum Feodorum libri duo, posthabitis Frederici II. constitutionibus, cum eorundem glossis. fol. 208.

In calce, "Explicit apparatus feudorum."

4. Justiniani Codicis libri tres posteriores, cum glossis eorundem. fol. 235.

In calce, "Explicit liber xii. codicis domini Justiniani."

In fol. i. verso, "Liber M. T. Bourton accomodatus Thome Clyff; socio collegii beate Marie Wynton. in Oxon., ad usum suum quousque aliter disposuerit de eodem."

CLXXV.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 234, sec. xiv.; binis columnis exaratus.

Digestum vetus, sive Pandectarum volumen primum, libros viginti quatuor comprehendens, Accursii aliorumque glossis haud insolitis illustratum; prævia titulorum tabula.

In calce, "Explicit liber ultimus Digestorum."

In fine glossarum, "Explicit apparatus ff. Veteris."

Sequitur tabula titulorum, *manu aliquantum recentiori*.

CLXXVI.

Membranaceus, in folio majori, ff. 233, sec. xiv. ineuntis, binis columnis exaratus; olim W. Warham, postea archiep. Cantuar., deinde Willelmi North, coll. Nov. socii.

Digestum Vetus, cum Accursii aliorumque glossis perpetuis.

Tit. "Digestorum seu Pandectarum juris enucleati ex omni vetere jure collecti auctoritate domini nostri Justiniani sacratissimi Augusti feliciter."

In calce gloss. "Explicit apparatus ff. veteris, Deo gratias."

In margine fol. i. b. superiori notatum est, "Liber magistri Willelmi North nuper socii collegii beate Marie Winton. in Oxon. quem emit pro sedecim solidis."

CLXXVII.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 276, sec. xiv.; binis columnis exaratus.

Digestum Novum, sive Digestorum Libri XXXIX—L. inclusive, cum Accursii aliorumque glossis.

In calce, Titulorum tabulæ fragmentum.

Sequitur in fine fol. 234, "Caucio Johannis . . . . . exposita cistis sancti Johannis die Mercurii prox. post fest. sancti Barnabe apostoli anno Domini m. ccc. nonagesimo viij. pro duodecim"——

CLXXVIII.

Chartaceus, in folio majori, ff. 227, sec. xv., manu — Houyngham binis columnis scriptus; olim Will. Spekynton, coll. Nov. socii.

Bartoli a Saxo-Ferrato Lectura super Digesti Novi partem secundam Digestorum scilicet libros XLV—L. inclusive.

Exstat impress. inter Bartoli opera, edit. Basil. 1588, tom. iii. part. ii.

In calce, "Explicit Lectura Bartoli de Saxoferrato super Digesto novo. Houyngham."

In margine fol. 2 inferiori scripta est notitia, "De perquisito magistri Willelmi Spekynton, in utroque jure bacallarii, quondam socii Novi collegii beate Marie Winton. in Oxon. Bartholus super Digestum novum ponendum in nova libraria pro sociis ibidem studere volentibus. Willelmus Spekynton, manu mea."

Deinde, "Orate pro animabus venerabilis viri magistri Hugonis Sugar, legum doctoris;" etc. ut antea in cod. 172 descriptione memoravimus.

CLXXIX.

Chartaceus, in folio, ff. 122, sec. xv.

1. Magistri Jo. Kelle Repetitiones in Digestorum Rubricas varias, scil. in titulos 'De rei vindicatione,' 'De jurejurando,' 'Si certum petat.' fol. 1.

Incip. i. "Sequitur continuacio Rubrice ff. de rei vendicione. Sc . . . . e quid sit rei vendicatio: Accio in rem."

2. Edmundi Stafford, doctoris Juris Civilis, Repetitiones in Digestorum titulos alios: scilicet,

a. In tit. 'De judiciis.' fol. 31.
Incip. "Sequitur continuacio rubrice ff. de judiciis. Super rubrica Concordat."

b. In tit. 'De edendo.' fol. 58.

c. In tit. 'De in jus vocando.' fol. 66 b.
In calce, "Explicit materia C. de in jus vocando per M. Edemundum Stafford, doctorem in jure civili."

d. In tit. 'De pactis.' fol. 71 b.

e. In tit. 'De jurisdictione omnium judicum.' fol. 85.

3. J. Trevenant, doctoris, Repetitio in tit. Digest. 'De præscriptis verbis.' fol. 102.
Incip. "Hanc rubricam ad precedentem continuare."

4. Willelmi de Todeworth, doctoris, Repetitio in tit. "De usufructos accersendo.' fol. 104.
Incip. "Nota ex l. prima quod veteres legationes."

5. Ejusdem Willelmi Repetitio in tit. 'De prescriptione triginta vel quadraginta annorum;' etc. fol. 106.
Incip. "Quero primo quod est prescripcio, secundum Jo. et debet."

CLXXX.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 190, sec. xiv., binis columnis exaratus.

1. Johannis papæ XXII. Constitutiones Clementinæ, glossa Johannis Andreæ Bononiensis perpetua instructæ. fol. 3.
Tit. "Incipiunt constitutiones Clementine Johannis pape vicesimi secundi."
In calce gloss. "Explicit apparatus Joh. Andree super Clementinis."

2. Apparatus in Clementinas, auctoribus Gulielmo de Monte Lauduno et Jocelino de Cassanis. fol. 37.
Tit. i. "Incipit apparatus Willelmi de Monte Lauduno."
Præcedit præfatio Johanni, Infanti, regis Aragonum filio atque cancellario inscripta.
Cf. ejusdem Prælectiones impress. inter Jur. Canon. Repetitt. Venet. 1587, tom. vi. fol. 138.
Tit. ii. "Incipit apparatus Gescelini de Cassanhis super Clementinis."
Præmittitur præfatio ad Arnaldum, S. Eustachii diaconum cardinalem.
Incip. præf. "Imperfectione in humana creatum continuo subsistente."
Incip. gloss. "Johannes; Cum literalis divisio multa bona inducat."
In calce, "Explicit apparatus domini Gesselini de Cassanihiis, juris utriusque professoris, domini pape capellani, super Constitutionibus Clementinis factis per dominum Clementem papam V. et per sanctissimum patrem dominum Johannem papam XXII. pupblicatis."

3. Pauli [de Liazariis?] in Clementinas commentarius, cum prologo. fol. 130.
Tit. "Incipit apparatus Pauli."
Incipit prologus, "Bonus vir sine Deo nemo est."
Incip. comment. "Johannes; Omissis que in principio Decretalium et sexti libri super salutacione."
Desin. "intercedente beatissima virgine gloriosa cum omnibus sanctis ejus in exitu mereamur; Amen."

CLXXXI.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 123, sec. xiv., binis columnis haud una manu exaratus; olim Johannis Pole, postea R. Rumford, de Oxford.

1. Johannis Andreæ, Bononiensis, super Constitutiones Clementinas Apparatus. fol. 3.
In calce, "Explicit apparatus Jo. Andree super Clementinis."

2. Raymundi de Pennaforti, Ord. Prædicat., Summæ de pœnitentia libri tres priores, cum prologo. fol. 46 b.
Tit. "Incipit Summa Raymundi de penitentia."
Exstant impress. Textu Sacrorum Canonum aucti, Paris. 1720.

---

3. Constitutiones Clementinæ. fol. 99.
In calce, "Expliciunt constitutiones domini Clementis pape."
In fol. i. verso, "Novo Collegio, Rumford, Oxford."
In fol. ii. "Liber Clementinarum, et valet xxiij.s. iiij.d."

CLXXXII.

Codex chartaceus, in folio, ff. 283, sec. xv.; 'liber coll. beate Marie Winton. in Oxon. ex dono magistri Joh. Wykham, doctoris utriusque juris.'

1. Petri de Ancharano in Clementinas Constitutiones commentarii. fol. 1.

   Exstant impress. in fol. Lugd. 1549.

   Incip. cum titulo ii. De Rescriptis.

2. Tituli juris canonici, sive Epistolæ pontificales numero sexaginta quinque ex Johannis papæ XXII. Extravagantibus aliisque collecti. fol. 253.

   Primus est, Extravagant. tit. iii. De præbendis et dignitatibus.

   In calce, "Ego Hugho Martini propria manu scripsi LXV. Extravagantes et intellexi, et consensio de omnibus supra scriptis, sic volo quod fiat, etc.

   'Sic volo sic jubeo, sic pro ratione voluntas;' dicit papa; Amen, Deo gracias; Amen, Amen, Amen."

CLXXXIII.

Membranaceus, in folio majori, ff. 202, sec. xiv.; binis columnis exaratus.

1. Constitutiones Clementinæ, apparatu Johannis Andreæ et Gulielmi de Monte Lauduno instructæ. fol. 2.

   Tit. "Incipit glossa Guillermi de Monte Hauduino."

   In calce, "Explicit apparatus domini Jo. Andree et Guillermi de Monte Auduino super constitutionibus Clementinis."

   Præmisit manus recentior, "Formam procedendi secundum nonas constitutiones."

2. Johannis papæ XXII. Extravagantium tit. i. cap. 2 scil. Suscepti et tit. iii. scil. Execrabilis, cum [Gul. de Monte Lauduno?] glossa perpetua. fol. 185.

   Cf. Repetitt. Jur. Canon. Colon. 1618, tom. vi. part. ii. p. 51.

   In calce, "Expliciunt Extravagantes pape Johannis XXII."

   Sequuntur Clementis V. papæ Constitutiones fratrum Ord. Minorum.

   In calce, "Expliciunt constitutiones fratrum Minorum."

   Subjecit manus recentior W. ep. Norwicensis litteras de Clementis papæ VI. bulla ad conventum de P. ord. Cisterc. Lincoln. dioc. scriptam, de ecclesia parochiali de W. dioc. Norwic.

CLXXXIV.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 314, sec. xiv., binis columnis exaratus; olim Will. de Dighton, canon. eccl. S. Paul. London.

Gregorii papæ IX. Decretalium libri quinque, glossis perpetuis instructi.

Exstant impress. in Corp. Jur. Canon. Paris. 1612, tom. ii. col. 1.

Litera uniuscujusque libri initialis a nebulone quodam evulsa est.

In calce, "Memorandum quod Willelmus de Dighton, canonicus eccl. S. Pauli London. et prebendarius prebende de Totenhale in eadem, legavit collegio domini Willelmi de Wykeham, episcopi Wyntoniensis per ipsum in universitate Oxon. fundato istum librum decretalium cum uno libro decretorum et uno Sexto ac uno libro Clementinarum, ut ipsi permaneant in eodem collegio pro excercicio doctrine scolarium ejusdem collegii, ita quod inter cetera ipsum Willelmum habeant in memoriam oracionibus suis perpetuis temporibus duraturis."

CLXXXV.

Membranaceus, in folio majori, ff. 205, sec. xv. ineuntis, binis columnis nitide exaratus; olim, anno scil. 1503, Willelmi Warham, ep. Londinensis, ex dono Will. Spekynton, coll. Nov. socii.

Henrici de Bohic, juris utriusque doctoris, super Gregorii papæ IX. Decretalium libros duo priores commentarii, cum prologo.

Exstant impress. Lugd. 1498.

In calce, "Explicit liber secundus magistri Henrici Bohic."

Evulsum est libri secundi folium primum.

Præmittitur "Tabula distinctionum magistri Henrici Bouhic super decretalibus;" in cujus calce, "Anno Domini M. CCC. XLVIIJ. die Jovis post octabas epiphanie ejusdem Domini, Cui

pro infinitis beneficiis, qui mihi tribuit et specialiter eo quod non obstante mortalitate, que in istis partibus invalescit, me produxit ad finem hujus operis peroptatum infinitas benedictionis gratias refero, sicut possum, Cui cum Patre," etc.

In fol. 32 b, inter tabulam scilicet et opus, inserta est notitia, " Liber reverendi in Christo patris et domini domini Willelmi, permissione divina Londoniensis episcopi, ex dono magistri Willelmi Spekynton, in utroque jure bacallarii, quondam socii Novi collegii beate Marie Winton. in Oxonia anno Domini millesimo quingentesimo tercio quinto die mensis Maii."

CLXXXVI.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 343, sec. xv. ineuntis, binis columnis nitide exaratus; olim Will. Warham, episc. London. ex dono Will. Spekynton, coll. Nov. socii.

Henrici de Bohic super Gregorii papæ IX. Decretalium libros tres posteriores commentarii.

Desunt folium primum librorumque iv. et v. literæ initiales.

In calce, " Explicit liber quintus; Deo gratias. 1417."

Præmittitur notitia, " Liber reverendi in Christo patris et domini domini Willelmi, permissione divina, London. episcopi," etc. ut superius memoratum est.

CLXXXVII.

Membranaceus, in folio majori, ff. 328, sec. xiv., binis columnis exaratus; olim Thomæ Jaqueson.

Innocentii papæ IV. super Gregorii Decretales Apparatus, cum procemio.

Præmisit manus aliquantulum recentior tabulam titulorum.

In fine, " Expliciunt tituli super quinque libris Decretalium insertis."

In calce Apparat. " Explicit liber quintus."

Sequuntur, Flores apparatus supradicti cum procemio, auctore Nicolao de Camillis, Januensi. fol. 221.

Incip. præf. " Quia labilis est hominum memoria et infirma."

In calce, " Explicit hoc opus factum per me Nicholinum de Cavillis, Januensem, et scriptum apud Viennam tempore generalis concilii ad instanciam reverendi viri et discreti magistri Ade de Orlerton, canonici Herfordiensis, per manus W. de Birthou clerici, pontificatus domini Clementis pape quinti anno sexto."

CLXXXVIII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 244, sec. xiv., binis columnis exaratus; olim Ricardi Andrew, postea Thomæ Thornebury, juris civilis doctoris.

Innocentii papæ IV. super Gregorii Decretales Apparatus, cum procemio et glossulis marginalibus.

In calce, " Deo gratias. Explicit liber quintus Innocentii quarti."

Sequitur tabula titulorum.

Præmittuntur membranæ quatuor, sec. xiv. ineuntis exaratæ, initium operis supradicti continentes.

In fol. 3 margine superiori, " Istum librum emit Ricardus Andrew de Selby xij. Marcii anno Domini millesimo cccc.^{mo} xxxij.^{o} et solvit precium pre manibus."

In calce codicis, " Liber collegii beate Marie Winton. in Oxon. ex dono Thome Thornebury, juris civilis doctoris, accomodatus Wyllelmo Skynner, per manus custodis.

Qui scripsit carmen sit benedictus, Amen."

CLXXXIX.

Membranaceus, in folio majori, ff. 266, sec. xv., binis columnis bene exaratus et quoad literas initiales pictus; " ex dono, ut in fronte legitur, reverendi in Christo patris et domini domini Thome de Bekyntona, Bathon. et Wellen. episcopi, quondam socii hujus collegii. Orate pro eo."

Henrici de Bohic, juris utriusque doctoris, super Gregorii Decretalium libros duo priores commentarii, sive distinctiones, cum prologo.

Tit. " Incipit primus liber distinccionum magistri Henrici Bouhic super libro Decretalium, etc."

In calce, lib. i. *manu aliquantum recentiori*, "Hic finiunt distinciones domini Henrici Bohic super primo libro Decretalium. H. Bolaix."

In calce, lib. ii. "Hic finit secundus liber de judiciis."

In fine tabulæ, quæ præcedit, "Anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo octavo," ut antea exscripsimus in codicis 185 descriptione.

CXC.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 329, sec. xv., binis columnis nitide exaratus; quoad literas initiales mutilus; ex dono Thomæ de Bekyntone, ep. Bathon. et Wellensis.

Henrici de Bohic Commentariorum super Decretales tomus alter, distinctiones in libros tres posteriores comprehendens.

In calce, "Explicit quintus liber distinccionum M. A. B."

CXCI.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 170, sec. xiv. ineuntis, binis columnis exaratus; olim Willelmi North.

1. Anonymi cujusdam in fabulas Ovidii Metamorphoseon expositio allegorica et theologica; imperf. fol. 1.

 Incip. i. "Hic ponit Ovidius primo et ante omnia quod postquam diluvio mundus consumptus esset."

2. Johannis de Deo, sive de Deo gratia, Casus sive notabilia Decretalium librorum quinque, cum prologo. fol. 17.

 Tit. "Casus et notabilia super Decretalibus."

 Incip. præf. "Sicut omnium liberalium arcium disciplina suorum elementorum tradicionem desiderat."

 Incip. liber, "Firmiter; Decretalis ista dividitur in tres partes, primo dicitur quod debemus credere et confiteri."

 Desin. "quis facere homagium compellatur supra de Symonia ex diligenti xij. q. v. c. ultima."

 In calce, "Expliciunt casus et notabilia Decretalium."

In initio codicis, "Hunc librum emit magister Willelmus North pro quinque solidis."

CXCII.

Codex chartaceus, in folio, ff. 227, sec. xv., binis columnis exaratus; olim R. Heete, Nov. coll. socii.

1. Orationes duæ in universitate [Oxon.?] habitæ in honorem quorundam, gradu doctorali insigniendorum. fol. 2.

 Incip. i. "Hunc prerogativa condecet venerari. Vitis quam dextra plantavit celestis agricole venerabilis universitas almifica mater nostra."

2. Oratio in istud, 'Lex sapientis fons vite.' fol. 3.

 Incip. "Reverendissimi patres et domini præstantissimi invenis ad literam in sacra scriptura multiplicem legem."

3. Adversaria ad jus canonicum atque civile spectantia. fol. 6.

4. Lectura super primum librum Decretalium secundum Robertum Heete extracta ex diversis doctoribus. fol. 9.

 Incip. "Ipsam legem Christus degerit. Hec verba ponuntur xxv. q. c. His mi Venerabiles magistri et domini, O si vires meas, imo impotenciam meam, familiarius consuluissem."

 In calce, "Explicit Reportatum super primo libro Decretalium et fuit lectum et labor R. de Wodestoke alias Heete pro forma ejusdem in universitate Oxon. anno Domini m.º cccc.º xv. et anno sequenti, existente tunc cancellario universitatis Oxon. M. Will. Barw. [Barrow] doctore in decretis et magistri speciali predicti Roberti, quorum scilicet magistri et discipuli actus dirigat et disponat omnipotens Deus."

5. Lectura super Decretalium librum quintum, eodem auctore. fol. 83.

 Tit. "Incipit titulus de accusationibus libri quinti Decretalium."

 Incip. "Sequitur rubrica de accusationibus; etc. Hec rubrica continuatur ad precedentia sub hac forma."

 Sequuntur notitiæ ad jus civile spectantes.

6. Lectura in Rubricam Clementinarum, De celebratione missæ, etc. fol. 100.
Incip. "Regum et prophetarum eximius David inducere volens."

7. Tractatus qui dicitur, Consolatio Peccatorum, sive Belial, auctore Jacobo de Tarenis, sive Theramo, canonico Aprutini. fol. 108.
Tit. "Incipit tractatus vocatus Consolatio Peccatorum."
Incipit, "Universis servis fidelibus atque orthodoxe sancte matris ecclesie cultoribus hoc breve compendium inscripturus presbiter Jacobus de Tarenis, archidiaconus Adversanus et canonicus Apulinus et in jure canonico Padue discipulorum minimus."
Exstat impress. Aug. per Joh. Schussler, 1472.
In calce, "Explicit tractatus vocatus Consolacio peccatorum, alias Belial vel contra Belial."

8. Quæstio in materia confessionis in foro pœnitentiali. fol. 152.
Incip. "Numquid confessus fratri tenetur."

9. Tractatus de modis arguendi in jure. fol. 153 b.
Incip. "Quia quidam sunt modi arguendi in jure, ideo de his quosdam."

10. Manuale Juridiciale, seu formæ variæ juridiciales auctore Joh. de Deo Gratia; initio mutil. fol. 159.
Incip. in cap. 'De operis dispensacione,' in verbis, "licet tractatus instrumentorum in Ytalye partibus necessario sit diffusus."
Desin. "et hec sufficiant ad presens ad honorem Trinitatis."
In calce, "Explicit liber judicii a magistro J. de Deo compilatus."

11. Johannis Andreæ Bononiensis, seu potius Johannis Angiusciola, Cæsenatis, Summa super quartum librum Decretalium. fol. 182.
Exstat impress. in Tract. Univ. Jur. tom. ix. fol. 2.
In calce, "Explicit summa Jo. An. super quarto libro Decretalium."

12. Quæstiones paucæ juridiciales. fol. 185.
Incip. i. "Civis Oxoniensis partem predii juxta muros civitatis existentis non fossatam sub fidejussoribus T. vendidit."

13. De jurisdictione omnium judicum, præcipue ex Barth. [Bartolo de Saxoferrato ?] collecta. fol. 188.

14. Lectura de satisdatione. fol. 201.
Incip. "Volvatis ad rubricam de satisdando situatam in libro."

15. De alendis liberis et parentibus. fol. 206.
Incip. "Necesse quod filius necessitatibus patris succurrere debet."

16. De discordia juris civilis et canonici. fol. 208.
Incip. "Discordia est quandoque, sive diversitas, inter jus canonicum et civile, et licet casus singuli."

17. Brocarda juris canonici et civilis secundum R. [Heete ?]. fol. 212.
Incip. "Quoniam secundum juris varietatem in multis imminet correccio facienda iccirco ego" . . . .
In fronte codicis, "Liber R. Heete precii xiij.s. iiij.d.," et postea, "Liber collegii beate Marie Wynton. in Oxon. ex dono Rob. Heete, nuper socii ibidem, ad usum alicujus socii legiste dicti collegii dum steterit in eodem, secundum voluntatem et discretionem custodis vel in ejus absencia vice-custodis predicti collegii."

CXCIII.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 51, sec. xiv., binis columnis exaratus; olim Johannis Frire.

Casus Decretalium libb. i. et ii. summatim compilati secundum magistrum Willelmum de Caneto [?] Papiensem, prævio prologo.
Incip. prol. "Cum ab inicio mundi Deus pater formando hominem primum legem sibi dederit."
Incip. opus, "Gregorius; Casus hanc epistolam qua decretalibus mandat dominus papa."
Desin. "factam a superiori inferiori jurisdictio . . . . prefertur."
In calce, *manu recentiori*, "Explicit Casuarium super primo et secundo libris Decretalium secundum compilacionem magistri Willelmi de Caneto [?] Papiensis ac canonici pape."

CXCIV.

Chartaceus, in folio, ff. 300, sec. xv., binis columnis scriptus.

[Francisci Zabarellæ, cardinalis Florentini,] Lectura in secundum librum Decretalium, cum prologo; in calce mutil.

Tit. "Rubrica de judiciis."

Incip. præf. "Expeditis preparatoriis judicatoriis."

Incip. comment. "De Quod vult Deo. Qui promisit non declinare judicem penitere non potest."

Cf. cod. Arundel. in Mus. Brit. 427, fol. 1.

CXCV.

Codex chartaceus, in folio, ff. 376, sec. xv.; olim Willelmi Botte, de Leicestria, postea Thomæ Saundrees, et denique Jo. Russell, ep. Lincolniensis.

Prothodoxmi, sive Prosdocimi de Comitibus, Patavini, Lectura super Decretalium libri secundi partem primam, scilicet ad titulum xix. De probationibus, inclusive; in calce mutil.

Tit. "Lectura Prothodoxmi de Comitibus super secundo Decretalium."

Incip. præf. "Continuatur hec rubrica secundum Gof., dictum est supra de judiciorum preparatoriis."

Incip. opus, "De quo vult Deo. Dividitur in tres partes. In prima ponitur facti narracio."

Præmittitur codici, "Iste liber pertinet collegio beate Marie Wynton. in Oxon. ex dono reverendi in Christo patris Domini archiepiscopi Cantuariensis Thome Waram. Cujus anime propitietur Deus." "Verus celluy Je suis Jo. Lincoln. 1482."

In calce, "Willyam Judde Amesby William Botte of Leicester."

CXCVI.

Chartaceus, in folio, ff. 457, sec. xv.; olim liber Johannis Rustell, decretorum doctoris ac canonici Sarum.

Prothodoxmi, sive Prosdocimi de Comitibus, in Decretalium libri secundi partem alteram Lectura; initio mutila.

Incipit in verbis comment. cap. vii. tit. xx. "si non habuit pacificam possessionem."

Desin. "et reverenciam patriarche et hoc tex. in Expresse vult."

In calce, "Et sic finis hujus prime partis secundum Prothodoxmum, quo Deus in secula sit benedictus Amen. quod La."

CXCVII.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 226, sec. xiv., binis columnis bene exaratus; olim Ricardi Andrew, decani Eboracensis.

Anonymi cujusdam, qui Quæstionarius appellatur, super libros tertium et quartum Decretalium quæstiones.

Tit. "De vita et honestate clericorum."

Incip. "Honesti ambuletis ad eos, qui foris sunt i. Thessal. iiij. In primo libro Decretalium docuit papa clericos."

Incip. lib. iv. "Qui habet sponsam, etc. In primo libro hujus voluminis egit actor de ministris ecclesie."

Desin. "qui jure communi confirmatur quare non procedit."

In calce, "Explicit questionarius supra quartum librum Decretalium."

Sequuntur,

a. Divisio tertii libri, annexa capitulorum tabula.

Incip. "Tercius liber sic divisionem recipit, Primo enim dividitur in tres partes principales."

b. Divisio quarti libri, cum capitulis.

Incip. "Quartus liber dividitur primo in tres partes generales."

In calce, "Expliciunt tituli quarti libri Decretalium."

In fol. i. margine superiori notatum est, "Istum librum ego Ricardus Andrew decanus Ebor. et quondam socius coll. beate Marie in Oxon. dedi eidem collegio beate Marie, quem qui abstulerit, anathema maranatha sit."

Præfixit bibliopegus membranam unicam, in qua commentarii in Psalterium fragmentum, cum præfatione de gradibus prophetiæ, etc.

Incip. comment. "Beatus vir. Quamvis beatus Augustinus dicat ipsum David fuisse actorem."

CXCVIII.

Membranaceus, in folio majori, ff. 385, sec. xiv., binis columnis exaratus; olim Ricardi Andrew, decan. Ebor. et coll. Nov. socii.

Ejusdem Quæstionarii super librum quintum Decretalium quæstiones.

Tit. "Incipiunt questiones quinti libri Decretalium."

Incip. "Accusavitque fratres suos, etc. In primo libro hujus voluminis actum est de clericorum officiis."

Desin. "quod nobis ex gracia conferat ipse Alpha .... qui est Deus per secula benedictus; Amen."

In calce, "Explicit questionarius super librum Decretalium."

Sequitur notitia, "Rogo te, lector, ut si inveneris in hoc volumine aliquem passum, qui tibi non videatur sapere veritatem, noli eum cito gladio condempnacionis ferire, festinata quippe judicia pariunt penitenciam, ut dicit quidam sapiens, nam quid in uno loco libri hujus inveneris minus expositum in alio reperies propencius declaratum; etc."

Deinde, "Divisio quinti libri Decretalium."

Incip. "Quintus liber decretalium agit de viciorum correpcione."

Sequitur Tabula capitulorum, et in fine, "Explicit tabula quinti libri decretalium."

Postea, *manu recentiori*, "Nota quod post confectionem hujus tabule addidit compositor multas questiones, et ideo in processu, reperies plures questiones quam in hac tabula."

In fronte pag. i. "Istum librum ego Ricardus Andrew, decanus Ebor. et quondam socius coll. beate Marie Wynton. in Oxon." etc. ut supra.

CXCIX.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 193, circ. an. 1300, quoad partem primam binis columnis, exaratus.

1. Bonifacii papæ VIII. liber Sextus Decretalium. fol. 1.

   In calce, "Explicit liber sextus Decretalium. Datum Romæ apud Sanctum Petrum v. non. Martii pontificatus Bonefacii viii. anno quarto, et cetera."

---

2. Johannis, monachi dioc. Ambianensis, inde episcopi Meldensis, et postea cardinalis, in librum sextum Decretalium commentarii. fol. 44.

   Incip. "Bonifacius, etc. Secundum philosophum scire est rem per causam cognoscere."

   In calce, "Explicit apparatus sexti libri Decretalium compositus ac promulgatus per venerabilem virum dominum Johannem monachum tituli Sanctorum Marcellini et Petri presbiterum cardinalem, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo."

CC.

Hodie deest.

Continebat olim Dominici de Sancto Geminiano super primum et secundum libros sexti Decretalium commentarios.

CCI.

Codex chartaceus, in folio majori, ff. 251, sec. xv., binis columnis bene exaratus.

Dominici de Sancto Geminiano in Sexti Decretalium libros tres posteriores commentarii; cum præfatione.

Incip. præf. "Supponitur quod rubrica non fuerit bene formata, quia sufficiebat alterum ex istis dicendo."

Incip. comment. "Clerici; Glossator primo summat et duo membra distinguit secundum membrum ibi; Autem."

Desin. "quo loquuntur quando vinculum est dissolutum secundum Paulum de Lizariis; et hec dicta sufficiant; Laus Deo."

In calce, "Explicit secunda pars lecture domini Dominici de Sancto Geminiano super Sexto."

CCII.

Membranaceus, in folio, ff. 119, sec. xiv., binis columnis haud eadem manu exaratus.

1. Johannis Andreæ, Bononiensis, super sextum librum Decretalium Bonifacii papæ VIII. glossæ sive apparatus, cum præfatione. fol. 1.

   Exstant impress. una cum textu, Paris. 1585, et alibi.

   In calce, "Explicit apparatus domini Jo. Andreæ super vi. libro Decretalium."

   Sequitur tabula titulorum, *manu recentiori*.

---

2. Clementis papæ V. Constitutiones. fol. 64.

   Subjiciuntur Johannis papæ XXII. Extravagantium tit. iii. tit. iv. cap. 1. tit. i. cap. 2;

necnon epistola ejusdem Johannis alia contra conjurationes in Franciæ regno existentes, incip. 'Ad pacis tranquillitatem propagandam."

In calce, "Expliciunt extravagantes domini Clementis pape V."

---

3. Johannis Andreæ Apparatus super Clementinis. fol. 79.

Exstat impress. Paris. 1585, et alibi.

In calce, "Explicit apparatus domini Johannis Andree super Clementinis."

CCIII.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 251, sec. xv. ineuntis; binis columnis exaratus.

1. Johannis Andreæ, Bononiensis, Novella super Sexto libro Decretalium, cum præfatione. fol. 1.

Incip. præf. "Cum eram parvulus, etc. Licet divine majestatis consilium."

Exstat impress. edit. Venet. 1581, tom. v. col. 1.

In calce, "Explicit novella Johannis Andree super Sextum."

2. Ejusdem Johannis Novella super titulo de Regulis Juris. fol. 180 b.

Incip. "*Non est novum.* Sic incipit glossa super R. Ju. cujus glosse principio et fini resistens faciam plura nova."

Exstat ibid. tom. vi. col. 1.

In calce, "Explicit novella Johannis Andree super titulum De regulis juris; Deo gracias."

CCIV.

Membranaceus, in folio, ff. 410, sec. xv., binis columnis exaratus; olim Hugonis Sugar, LL.D., thesaurarii eccl. Bathon. et Wellen., et postea Willelmi Spekynton, coll. Nov. socii.

1. Apparatus Johannis, monachi Ambianensis, Sexti libri Decretalium Reportorium per Thomam Chillenden, eccl. Christi Cantuariensis monachum compilatum. fol. 2.

Incip. "Prohemium sexti libri in principio, conclusio card."

Desin. "temerarius violator hoc libro."

In calce, "Explicit apparatus vi. libri decretalium compositus et glossatus per venerabilem virum dominum Joannem monachum tituli Sanctorum Marcellini et Petri presbiteri cardinalis anno Domini m.° cc.° xcviij.° Istum reportorium fuit datum per dominum T. Chillindene, venerabilem doctorem in decretis, monachum ecclesie Christi Cantuariensis, anno Domini m.° ccc.° lxxxiiij."

2. Tabula materiarum operis supradicti alphabetica, cum prologo. fol. 210.

Incip. prol. "Quoniam omnes materias in hoc reportorio contentas."

3. [Ejusdem Thomæ?] super Clementinis commentarii, cum prologo. fol. 279.

Incip. "Episcopus papa multis modis et nominibus appellatur."

Desin. "et in alio simplici non erit opus dispensacione."

Sequitur tabula alphabetica.

In calce, "Expliciunt significaciones verborum Clementinarum."

---

4. Bartholi [a Saxoferrato] de insigniis et armis in vexillis et clypeis portandis. fol. 408.

Incip. "Morum gratia de insigniis."

Exstat impress. in calce Joh. Fabri Codicis Breviarii, Lugd. 1550, p. 254.

In calce, "Explicit tractatus de armis domini Bartholi, quem publicavit post mortem dicti domini Bartholi Alexander suus gener solempnissimus legum doctor, quando disputavit primam questionem, sub anno Domini m°. cccc.° lviij.° indiccione undecima die vicesima Januarii."

In fol. 1 b, "Orate pro animabus venerabilis viri magistri Hugonis Sugar, legum doctoris, quondam thesaurarii ecclesie cathedralis Wellensis, et magistri Will. Spekynton, executoris dicti Hugonis, quondam sociorum hujus collegii."

Et in fol. 2 marg. inferiori, "Chesilden super Sextum et Clementinas cum eorum tabulis ponendus in nova libraria de perquisito magistri Willelmi Spekynton, quondam socii Novi collegii beate Marie Winton. in Oxon. pro sociis ibidem studere volentibus; Willelmus Spekynton, manu mea propria."

In calce imposuit bibliopegus fragmentum ex cartulario, ut videtur, ecclesiæ cathedralis Wellensis, dat. circa an. 1420, excerptum.

CCV.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 242, sec. xiv., binis columnis exaratus; "traditus W. Warham a magistro Frende, vicecustode et utriusque juris baculario;" postea W. Bodycote.

Gregorii papæ IX. Decretalium libri quinque, glossis [Henrici de Bartholomæis de Segusio, episcopi Ostiensis?] perpetuis illustrati.

In calce text. "Explicit compillatio nova decretalium.
Qui scripsit scribat . semper cum Domino vivat."

Incip. gloss. "Firmiter; Bene dicit nam dubius in fide infidelis est, ut de Con. di. ii. Revera."

Desin. "ita quod postquam, scilicet, de re judi. Cum inter vos, scilicet, De jurejurando, Nimis."

In calce, "Explicit apparatus Decretalium; Benedictus sit perfector omnium, Qui incepit et perfecit, Pater et Filius et Spiritus Sanctus; Amen."

Deinde, *manu longe recentiori,* "Explicit glossa Ostiensis super Decretales traditus nunc T. Makeytt."

CCVI.

Chartaceus, in folio majori, ff. 276, sec. xv., anno scilicet 1409, binis columnis scriptus.

Petri de Ubaldis, Perusini, in Decretalium librum primum commentarii.

Desunt nonnulla in initio, incip. in tit. ii. cap. 1, Canonum; "Constituciones canonum ab omnibus sunt servande."

Desin. "ad successorem, quando compromittitur sub nomine dignitatis."

In calce, "Complevi scribere m. cccc. viiij. die xxvij. mensis Sempt. Pro quo Deus gloriosus sit benedictus in secula seculorum; Amen."

In margine fol. 1 inferiori, "Lectura Petri de Perusio super . . . . quondam socii hujus collegii."

CCVII.

Membranaceus, in folio majori, ff. 156, sec. xiv., binis columnis exaratus.

1. Bonifacii papæ VIII. Decretalium liber Sextus, Johannis monachi Ambianensis apparatu perpetuo instructus. fol. 1.

   In calce apparat. "Explicit apparatus sexti libri Decretalium compositus ac promulgatus per venerabilem virum dominum Johannem monachum tituli Sanctorum Marcellini et Petri presbiterum cardinalem; anno Domini m.° cc.° nonagesimo octavo."

   Sequitur, *manu recentiori*, Benedicti papæ XII. bulla de censibus, etc. inter Extravagant. Communes, Paris. 1585, col. 304.

2. [Dini de Rossonibus, seu Rossanii, Mugellani,] in Bonifacii VIII. titulum de Regulis Juris Apparatus. fol. 91.

   Incip. "Premissis casibus singularibus et eorum determinacione."

   In calce, "Explicit apparatus domini digni super titulo de regulis juris sexti libri decretalium."

3. Casus per Sexti constitutiones et Clementinas introducti, in quibus infligitur excommunicatio ipso facto. fol. 126.

   Incip. "Primus casus mittens nuncium vel scripturam cardinali incluso."

4. Constitutiones Othonis et Ottoboni, necnon concil. Oxoniensis, Lambethani, aliorumque de eodem argumento. fol. 127 b.

5. Bernardi Compostellani quæstiones in Johannis monachi apparatum super Sexto libro Decretalium, cum prologo. fol. 131.

   Incip. prol. "Hactenus ut loquar cum Seneca meam ignoranciam."

   Incip. opus, "Firmiter credimus; Queritur an omnes credere teneantur."

   In calce, ". . . . et Ricardi Warham . . . . . et est sextus liber Decretalium cum supplemento, quod supplementum est liber Digesti Inforciati, et primum verbum secundi folii libri sexti est *Abbreviatis* et primum verbum secundi folii Digesti Inforciati est *Fiat*, et jacet pro xvj. s. et impositus erat xxvij. die mensis Junii."

Sequuntur, ex codice alio fragmentum, Proverbia, ordine alphabetico, incip. "Alienum est omne quidquid optando venit."

CCLXIII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 110, sec. xv., binis columnis exaratus; olim Gulielmi Brygon, postea anno 1482 Jo. Russell, episcopi Lincolniensis.

Johannis Boccaccii de Certaldo de casibus virorum illustrium libri novem, prævia tabula rubricarum.

Tit. "Incipiunt rubrice totius libri Johannis Boccacii de casibus virorum illustrium."

In calce tab. "Expliciunt rubrice libri Johannis Boccacii; Deo gratias."

In calce codicis, "Liber Willelmi Brygon, titulo empcionis."

In fronte, "Verus celluy je suis Jo. Lincoln. 1482."

CCLXIV.

Membranaceus, in folio, ff. 261, sec. xiv., binis columnis exaratus; olim Willelmi Reed, episc. Cicestrensis, ex dono Nicolai de Sandwycis.

1. A. M. S. Boethii de consolatione philosophiæ libri quinque cum Willelmi de Frumenti lege, sive Wethelay, ecclesiæ de Yatesbury rectoris, commentario locupletissimo; prævia ejusdem Willelmi ad Henricum de Mansfeld, decanum eccl. Lincolniensis, epistola. fol. 9.

Incip. ep. "Doctor reverende cum sit dignum ac rationi consonum, illos quorum vita morum honestate."

Incip. opus, "Philosophie servias; etc. Ista propositio scripta est a Seneca in quadam epistola ad Lucillum."

Desin. "Utrum Deus sit prior mundo, posito quod mundus semper fuit."

In calce, "Expliciunt conclusiones et questiones supra quintum librum de consolatione philosophie."

Præcedunt,

a. Fragmenta quæstionum philosophicarum, eodem forsan auctore, de divinatione somniorum, etc. in quibus narratur de Oxoniensi quodam, qui in somnis venatum ivit cervosque interfecit. fol. 1.

b. Ejusdem Willelmi ad Rogerum, episcopum Sarum., epistola. fol. 4 et 5 b.

Incip. "Pater reverende, Cum sit dignum," etc. "militum dico selectorum ratione generositatis."

Deficit in verbis, "ac bonitatis innate clementia Gratanter."

2. Ejusdem Willelmi tractatus de signis prognosticis futuræ sterilitatis, prævia epistola ad Eliam de Wethelay, consanguineum suum. fol. 250.

Incip. epist. "O Christo care, cum ante oculos judicis."

Incip. lib. "Humana natura est grandis," etc. "Ista propositio scripta est a Platone."

Deficit, "ad florum et fructuum generationem argumentationem et"——

3. Ejusdem expositio in hymnos duo Hugonis, episcopi Lincolniensis, sanctitatem commendantes, et a clericulo quodam, anno 1316 scholæ grammaticalis Lincoln. didascalo, compositos. fol. 257.

Incip. "Materia istius ympni et similiter ympni subsequentis."

Incip. hymnus,

"Producens celite . Pater ingenite.
Plantam justicie . In regno Francie."

Desin. expos. "Sibi ipsi Deo vivo et vero; Qui nos sibi in celo;" etc.

In calce sunt notitiæ aliquæ de computis quibusdam privatis, in quibus occurrunt nomina, Will. Springoth, Walterus Corner, Rob. Broderib, Thomas Herkereve, Will. Coquus, Will. Karservel, aliorumque.

Præmittuntur volumini,

a. "Liber M. Willelmi Reed, ex dono magistri Nicholai de Sandwycis."

b. "Liber collegii beate Marie Wynton. in Oxon. in communi librarii et ad communem usum scolarium ejusdem et maxime de diocesi Cicestrie ex benignitate episcopi Wyntoniensis in posterum assumendorum cathenandus, ex dono venerabilis patris domini Willelmi tercii episcopi Cicestrie. Oretis igitur pro eodem et benefactoribus ejusdem ac fidelium animabus a purgatorio liberandis."

CCLXV.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 58, sec. xiv., nitide exaratus.

A. M. S. Boethii de consolatione philosophiæ libri quinque.

Desiderantur nonnulla in initio libri primi.

CCLXVI.

Membranaceus, in folio, ff. 179, sec. xv., binis columnis nitide scriptus et picturis ornatus; olim Johannis Cutt, fil. Joh. Cutt, de Shenley, in com. Hertford., postea Thomæ Martin.

Johannis Gower de confessione Amantis libri octo, carmine Anglicano scriptum, cum auctoris epigrammate prologo et argumentis.

Exstat impress. London. 1554.

In calce,

"Explicit iste liber . qui tum fecit obsecro liber,
Ut sine livore . vigeat lectoris in ore,
Qui sedet in scamnis . celi det ut ista Johannis
Perpetuis annis . stet pagina grata Britannis,
Derbeis comiti . recolunt quem laude periti,
Vade liber purus . sub eo requiesce futurus."

Sequitur, "Epistola super hujus opusculi sui complementum Johanni Gower a quodam philosopho transmissa.

"Quam cinxere freta . Gower tua carmina leta,
Per loca discreta . canit Anglie laude replete,
Carminis Atleta . satirus tibi sive poeta
Sit laus completa . quo gloria stat sine meta."

Postea, "Johannes Cutt, filius Johannis Cutt, millitis, nuper de Schenley in com. Hertford. Quod Thomas Smyth."

Deinque, "The parke at Shenley is abowte after xvj. fote and an halff to the rode xxvj. score rode to the myle two myle and a quarter and xij. rode."

CCLXVII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 153, sec. xv., binis columnis nitide exaratus; olim Jo. Russell, episc. Lincolniensis.

1. [Francisci Petrarchæ Psalmi septem Pœnitentiales.] fol. 1.
   Exstant impress. inter opera, 1581, p. 369.
2. Ejusdem Petrarchæ Senilium libri tredecim priores. fol. 2 b.
   Desin. lib. xiii. epist. 13 in verbis, "facies tu quod voles," in edit. cit. p. 927, l. 32.
   Sequuntur,
   a. Epistola, incip. "Doceri per me desideras."
   b. [Epistola ad Jobardum a Serico, scil. Rer. Senil. lib. xiv. ep. 4.]
   Exstat in edit. cit. p. 933.
   In fronte codicis,
   "Stirpe parum clarus magis aptus quam bene doctus,
   Fraudis inexpertus facto sermone que Ve
   Rus, celluy je suis.
   Jo. Lincoln. 1482."

CCLXVIII.

Membranaceus, in folio, ff. 222, sec. xv., nitide exaratus sed imperfectus.

Francisci Petrarchæ Epistolæ in libros viginti quatuor distinctæ; præviis Rubricis, una cum uniuscujusque epistolæ initio.

Tit. "Tabula libri epistolarum rerum familiarium Francisci Petrarce, Florentini poete Rome Laureati divisi in libros viginti quatuor."

Epist. i. inscripta est, "Ad Socratem suum prohemium operis incipiens; et incip. "Quid vero nunc agimus, frater."

Desin. codex, in lib. xi. ep. 17, 'Ad quatuor cardinales reformando Romane reipublice statui deputatos,' in verbis, "sed pessime semper administratum"——

CCLXIX.

Membranaceus, in 4to, ff. 44, sec. xv.

1. Francisci Petrarchæ Carmen Bucolicum, eclogas xij. comprehendens. fol. 1.
   Tit. "Francisci Petrarche poete Laureati Bucolicum carmen incipit."
   Exstat impress. inter opera, 1581, part. iii. p. 8.
   In calce, "Francisci Petrarche poete Laureati Bucolicum carmen explicit feliciter."
2. Fabularum Æsopicarum liber, metrice expressus, cum prologo. fol. 32.
   Incip.
   "Ut juvet et prosit, conatur pagina presens."
   Exstant inter Auctores octo Morales, ed. Rœnerio, 1538, p. 130.
   In calce, "Explicit liber Isopi."

CCLXX.

Codex membranaceus, in folio, ff. 298, anno 1523, manu Zarii Calliergi Cretensis, impensis vero Ricardi Patii, presbyteri, Romæ nitidissime exaratus.

Johannis Stobæi Anthologium, sive Florilegium eclogarum, Apophthegmatum præceptorumque ex omni scriptorum genere confectum.

Tit. Ἰωάννου Στοβαίου ἐκλογῶν, ἀποφθεγμάτων ὑποθηκῶν βιβλίον.

In calce, ἡ τοῦ πολυμαθοῦς τε καὶ σοφοῦ Ἰωάννου τοῦ Στοβαίου αὐτηὶ βίβλος ἐκλογῶν ἀποφθεγμάτων ὑποθηκῶν ἐπιμελῶς ἐν Ῥώμῃ γραφεῖσα ἤδη σὺν Θεῷ πέρας εἴληφεν, ἀναλώμασι μὲν τοῦ εὐγενεστάτου καὶ μεγαλοπρεπεστάτου κυρίου Ῥικάρδου τοῦ Πατίου σοφωτάτου τὲ ἅμα καὶ λογιωτάτου εὐδοκίμου πρεσβευτοῦ τοῦ εὐκλεοῦς τε καὶ ἀηττήτου βασιλέως τῆς εὐτυχεστάτης ἀγκλίας, χειρὶ δὲ Ζαρίου Καλλιέργου τοῦ Κρητὸς, ἔτει τῷ ἀπὸ τῆς Χριστοῦ γεννήσεως χιλιοστῷ πεντακοσιοστῷ εἰκοστῷ τρίτῳ ποσειδεῶνος ὀγδόῃ ἱσταμένου.

CCLXXI.

Membranaceus, in folio, ff. 171, sec. xv.; olim Will. Brygon, postea Jo. Russell, episcopi Lincolniensis.

P. Virgilii Maronis Æneidos libri duodecim, argumentis haud insolitis perquam illustrati.

Sequuntur,

1. Liber xiii. Æneidos, quem compilavit Mafeus Veggius, [sc. Maphæus Vegius.] fol. 156.
   In calce, "Explicit xiij. liber Eneydos, quem compilavit Mafeus Veggius."
   Deinde, 'Epitaphium Vergilii;' inc. "Pastor oves," etc.

2. Ejusdem Maphæi de morte Astyanactis poema. fol. 166.
Tit. "Mafei Vegii Laudensis Astianas incipit feliciter."
Præmittuntur,
In fol. 1. verso, "Liber W. Brygon titulo empcionis;" deinde, "Ego Jo. Ruscell postea emi.
"Stirpe parum clarus magis aptus;" etc.
In fol. 2, verso, "Eneydos cum Mafeo Vegio continuante hystoriam. Ve Rus celluy je suis, Jo. Lincoln. 1482."

CCLXXII.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 58, sec. xv.

Deflorationes ex Quinti Aurelii Symmachi epistolis ab anonymo quodam collectæ, et in distinctiones trecentas quadraginta septem divisæ.
Incip. i. "Facis pro mutua diligentia et antiquitate amicicie nostre;" in edit. Neap. Nem. 1617, p. 32, ep. xxviij.
Desin. "si peculiariter in rem missos suffragii tui nisus adjuverit."
In calce, "Expliciunt epistole Symmachi ex omni opere ejus deflorate."

CCLXXIII.

Chartaceus, in folio, ff. 179, sec. xv.

Plutarchi Chæronensis opuscula varia; scilicet,
1. De virtute et vitio libellus. p. 1.
Tit. Πλουτάρχου περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας λόγος πρῶτος.
2. De liberorum educatione. p. 2.
Tit. περὶ παίδων ἀγωγῆς λόγος δεύτερος.
3. Quomodo quis suos in virtute paranda sentire possit profectus. p. 18.
Tit. πῶς ἄν τις αἴσθοιτο ἑαυτοῦ προκόπτοντος ἐπ' ἀρετῇ λόγος τρίτος.
4. De his, qui sero a numine vindicantur. p. 32.
Tit. περὶ τῶν ὑπὸ τοῦ θείου βραδέως τιμωρουμένων.
5. De utilitate ex inimicis capienda. p. 59.
Tit. πῶς ἄν τις ὑπ' ἐχθρῶν ὠφελοῖτο.
6. Quomodo juveni audienda sint poemata. p. 67.
Tit. πῶς δεῖ τὸν νεὸν τῶν ποιημάτων ἀκούειν.
7. [De audiendis poetis; initio mutil.] p. 79.
Incip. in verbis, εὖ πράττειν πέπρωται καὶ κρατεῖν τῶν πολεμίων.
8. Virtutem posse doceri. p. 95.
Tit. ὅτι διδακτὸν ἡ ἀρετή.
9. Quomodo quis distinguat amicum adulantem. p. 97.
Tit. πῶς ἄν τις διακρίνειε τὸν κόλακα τοῦ φίλου.
10. Qua quis ratione seipsum citra invidiam laudare possit. p. 131.
Tit. περὶ τοῦ ἑαυτὸν ἐπαινεῖν ἀνεπιφθόνως.
11. De non irascendo. p. 142.
Tit. περὶ ἀοργησίας.
12. De curiositate. p. 159.
Tit. περὶ πολυπραγμοσύνης.
13. De animi tranquillitate. p. 171.
Tit. περὶ εὐθυμίας.
14. De vitioso pudore. p. 190.
Tit. περὶ δυσωπίας.
15. Bruta animalia ratione uti. p. 202.
Tit. περὶ τοῦ τὰ ἄλογα λόγῳ χρῆσθαι.
16. Maxime cum principibus philosopho esse disputandum. p. 209.
Tit. ὅτι μάλιστα τοῖς ἡγεμόσι τὸν φιλόσοφον διαλέγεσθαι.
17. Ad principem ineruditum. p. 214.
Tit. πρὸς ἡγεμόνα ἀπαίδευτον.
18. De virtute morali; *desunt fere omnia*. p. 218.
Tit. περὶ τῆς ἠθικῆς ἀρετῆς.
19. [De vitioso pudore; fragmenta.] p. 219.
Incip. in verbis, [παρα]βῆναι τὸν ὅρκον καὶ πλέον. κ. λ.
20. De fraterno amore. p. 221.
Tit. περὶ φιλαδελφίας.
21. De garrulitate. p. 242.
Tit. περὶ ἀδολεσχίας.
22. De modo audiendi. p. 261.
Tit. περὶ τοῦ ἀκούειν.
23. De cupiditate divitiarum. p. 277.
Tit. περὶ φιλοπλουτίας.
24. De fortuna. p. 285.
Tit. περὶ τύχης.
25. Utrum graviores sint animi morbi quam corporis. p. 289.
Tit. πότερον τὰ τῆς ψυχῆς ἢ τὰ τοῦ σώματος πάθη χείρονα.
26. De amicorum multitudine. p. 292.
Tit. περὶ πολυφιλίας.
27. Aquane an ignis sit utilior. p. 297.
Tit. περὶ τοῦ πότερον ὕδωρ ἢ πῦρ χρησιμώτερον.

28. De superstitione. p. 302.
Tit. περὶ δεισιδαιμονίας.
29. De oraculorum defectu. p. 313.
Tit. περὶ τῶν ἐκλελοιπότων χρηστηρίων.

CCLXXIV.

Codex membranaceus, in folio, ff. 196, sec. xii. exeuntis, binis columnis optime exaratus et servatus; olim H. Neuport, postea Jo. Russell, episcopi Lincolniensis.

Caii Plinii Secundi Historiæ Naturalis libri novendecim priores, præviis Plinii vita ex Suetonio, epistola ad Vespasianum et librorum capitulis.

Tit. "Vita Plinii ex catalogo virorum illustrium Tranquilli."

In calce, "G. Plinii secundi naturalis historie liber xix. explicit."

Præcedit mappa mundi, sic inscripta, "Hec est vera proporcio geometrica tocius terre habitabilis ad quantitatem Octiani maris quod totam terram cooperit preter quartam ejus partem, que sola inhabitatur et per ingressum ejusdem maris in arridam a parte occidentis et a septentrione dividitur in aliam, Europam et Affricam, sicud infra patet libro tercio."

Præmittitur codici notitia, "Stirpe parum clarus;" etc. "Emi Londoniis iij. die Marcii anno 1471; datus collegio anno 1482; Ve Rus celluy je suis Jo. Lincoln. 1482."

CCLXXV.

Membranaceus, in 4to, ff. 219, sec. xv., binis columnis nitide exaratus.

1. Trogi Pompeii epitome historiarum Philippicarum, libris quadraginta quatuor comprehensa, cum præfatione. fol. 1.
Titulus est, "Trogus Pompeus de gestis Romanorum."
In calce, "Pompei Trogi epitoma historiarum liber quadragesimus quartus explicit."
2. [Thomæ Cantimpratensis] Bonum universale de apibus sive de proprietatibus apum; prævia ad Hubertum, magistrum ordinis Prædicatorum, præfatione. fol. 100.
Tit. "Incipit epistola auctoris hujus libri qui Bonum universale de proprietatibus apum nominatur ad fratrem Hubertum, magistrum ordinis predicatorum, ut eundem librum per se corrigat et universaliter per totum ordinem faciat publicari."
Exstat impress. Daventr. ante annum 1478 et sæpius alibi.

CCLXXVI.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 136, sec. xv., partim binis exaratus columnis; olim "Liber monasterii Belle-Pertice," postea Thomæ Martini.

Galfredi Monemutensis de origine et gestis regum Britanniæ liber, cum præfatione.

In calce, "Explicit liber . . . . ."

CCLXXVII.

Membranaceus, in folio, ff. 168, sec. xv., nitide scriptus et quoad literas initiales coloratus.

Titi Livii Patavini Historiarum Decas prima, prævia vita Livii, necnon epithomatibus perquam instructa et in capitula distincta.

Tit. vitæ, "Pauca de Tito livio."

Tit. lib. i. "Titi livii Patavini illustris hystoriographi gestorum Romanorum ab urbe condita liber primus incipit.".

In calce, "Titi Livii patavini de gestis Romanorum ab urbe condita liber decimus explicit."

Sequuntur epithomata librorum xi—xxi. deperditorum, sic inscripta, "Decem libri qui post hos immediate sequuntur credo omnino perierunt cum evo nostro nemo reperiatur qui videret et idcirco eorum loco uniuscujusque epythoma ponemus, quorum qui fuerit autor incertum."

Et in margine inferiori notitia de eisdem libris, incip. "Inter decem precedentes et decem sequentes libros debent esse decem alii et forte xx. libri."

Codice isto, cum duobus sequentibus, usus est vir cl. Travers Twiss in editione sua Liviana adornanda.

CCLXXVIII.

Membranaceus, in folio, ff. 115, sec. xv., nitide scriptus et ornatus.

Titi Livii Patavini Decas tertia, sive Historiarum libri xxi—xxx. inclusive.

CCLXXIX.

Codex membranaceus, in folio, ff. 111, sec. xv., nitide scriptus et ornatus.

Titi Livii Patavini Decas quarta, libri scilicet Historiarum xxxi—xl. inclusive.

Desinit lib. xl. abrupte in cap. xxxvii. verbis, "per omnia fora conciliabulaque edixerunt."

Sequitur notitia incip. "Hunc decimum librum de bello Macedonico sequi debent multi alii libri, quorum ignoro numerum."

CCLXXX.

Membranaceus, in 4to, ff. 198, sec. xv. exeuntis, nitide exaratus.

1. Historiarum libri, quorum priores decem sunt Eutropii et reliqui sex Pauli Diaconi. fol. 1.

Tit. "Incipit liber . . . . . Eutropii super Romana historia."

Incip. præf. "Primus in Italia, ut quibusdam placet;" etc.

Incip. lib. "Romanum igitur imperium."

Desin. lib. xvi. "quæ Justiniani Augusti felicitate dicantur, in sequenti, Deo presule, libello promenda sunt."

Sequitur tabula imperatorum "Romæ vel Constantinopolim regnantium."

In fine lib. x. "Explicit liber x. Hucusque historiam Eutropius composuit, cui tamen aliqua Paulus diaconus addidit."

Habentur omnia inter Rerum Italicarum scriptores, ed. Muratori, 1723, tom. i. pp. 1—108, l. 6.

2. Victoris, episcopi Uticensis, vel potius Vitensis, de Vandalica persecutione in Africa libri tres, cum prologo. fol. 93 b.

Tit. "Incipit historia persecutionis Affricanæ provinciæ temporum Griffrici et Hunerici regis Wandalorum, scribente sancto Victore, episcopo patrie Nicensi."

Exstant in Patrum Orthodoxograph. scriptis, alibique sæpius impressi.

3. Pomponii Melæ Cosmographiæ liber. fol. 146.

Tit. "Pomponii Melle de cosmographia mundi liber incipit."

In calce, "Explicit."

CCLXXXI.

Membranaceus, in folio minori, ff. 241, sec. xiv. exeuntis; olim Joh. Farley, coll. Nov. socii.

Claudii Ptolemæi Pelusiensis liber Almagesti, in distinctiones tredecim distributus, ex Arabico in Latinum versus a magistro Gerardo Cremonensi, tabulis glossulisque marginalibus penitus instructus.

Cf. cod. Burn. 275, in Catalogi codicum MSS. Brit. Mus. Serie nova, part. ii. p. 176.

Præmittitur notitia, "Liber collegii beate Marie Winton. in Oxon. ex dono magistri Joannis Farley, quondam socii hujus collegii ac scolaris sacre theologie, cujus anime propicietur Deus; Amen."

CCLXXXII.

Codex chartaceus, in folio minori, ff. 198, sec. xv., anno scilicet 1423 scriptus; olim Thomæ Dryffeld, coll. Nov. socii.

Claudii Ptolemæi Pelusiensis Opus Quadripartitum, Haly Ebn Rodoan glossa instructum, ex Hispanico [a Gerardo Cremonensi?], jussu Alphonsi Regis Castellæ, Latine redditum, cum traductoris præfatione.

Tit. "Incipit liber quadripartiti Ptholomei."

Incip. præf. "Scire et intelligere gloriosum est, quia omnis sapientia est a Deo."

In calce operis, "Explicit quatripartitum Ptholomæi cum glosa Haly Abenrudiam, de quo sit benedictus Deus gloriosus et sublimis qui illum dirigat qui scripsit. Amen."

Et in margine, *manu prima*, "Finitus fuit liber iste Brugis anno Domini 1423 mensis Novembris die secundo."

Sequitur judicium trium nativitatum ejusdem Haly Ebn Rodoan a seipso factum.

Tit. "Sequitur judicium nativitatis haly abenrudiam."

Incip. "Volo tibi in hoc dare exemplum trium nativitatum."

In calce, "Explicit hic judicium 3 nativitatum ab haly Abenrudiam factum."

Postea, Notitia utrum auctor iste in figura nativitatis suæ judicaret secundum octavam sphæram vel secundum nonam.

Deinde versus,

"Clara Thetis, quid ad arva, fluis Cererem pecus abdens,
In dicto versu patet annus, quo scriptus fuit liber iste."

In calce pag. 1, "Liber collegii ex dono magistri Thome Dryffeld, socii collegii, scolaris sacre theologie."

CCLXXXIII.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 168, sec. xiv., binis columnis exaratus.

Tabula materiarum, quæ in Aristotelis operibus variis continentur, scilicet in Organo, Physicorum libris necnon tota philosophia naturali, Metaphysicis quoque atque Ethicis; ordine alphabetico disposita.

Incip. "Abstractum est in genere et est hoc aliquid, concretum vero non, ut justicia est in genere, justus vero non. Aristotel. Topic. 3."

Desin. "Verecondia non est simpliciter studiosa sed est studiosa ex suppositione, quia si operatus est quis turpia, tunc verecondatur studiose et laudabiliter; virtutes autem sunt secundum se studiose non aliquo supposito ibidem."

In calce, "Explicit tabula bona et fructuosa et compendiosa supra veterem logicam et novam et etiam supra physicam Aristotelis et librum de generacione et corrupcione et de celo et mundo et metheororum et de anima et de omnibus aliis parvis libris naturalibus et de causis vegetabilibus et plantis et etiam supra methaphisicam Aristotelis et etiam supra libros ethicorum. Ita quod omnia bona, que determinantur in illis libris hic comprehenduntur bene compendiose, et hoc secundum ordinem alphabeti."

Præmisit manus recentior indicem verborum alphabeticum.

CCLXXXIV.

Membranaceus, in folio, ff. 107, sec. xiii. exeuntis, binis columnis bene exaratus.

Aristotelis Metaphysicorum libri ii—xi. inclusive, ex interpretatione veteri, commento Averrois perpetuo illustrati.

Tit. "Primus tractatus methaphisice qui . . . . . a uiuior."

Incip. text. "Dixit Aristoteles; Consideratio quidem in veritate difficilis est."

Incip. comment. "Averroiz. Quia ista scientia perscrutatur simpliciter."

Desin. comment. "secundum aliquid est agens motum et finis. Explicit methaphisica."

Deinde,

"Finis adest mete liber explicit ergo valete;
Benedicamus Domino et Deo gratias."

CCLXXXV.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 243, sec. xiv.; binis plerumque columnis, sed manibus variis, exaratus.

1. Anonymi cujusdam quæstiones in Physica; mutil. fol. 1.

Incip. "Summa hujus operis est breviter hic tangere que alibi diffusius tractantur, et que occulte ab auctoribus sunt accepta quadam explicatione hic inserere. Cum igitur vera cognitio non sit nisi entis, de ipso in primo agendum."

Deficit in verbis, "non est ipsa frigiditas dispositio recipiendi ——"

---

2. In Aristotelis Physicorum libros octo commentum breve. fol. 13.

Incip. "Cum quidem intelligere et scire; etc. Capitulum i. in declaratione quod a communibus principiis incoandum."

Desin. "non est virtus corporis vel virtus in corpore. Explicit liber physicorum."

3. In libros duo de generatione et corruptione commentum. fol. 19.

Incip. "In declarandis conditionibus generacionis et corrupcionis."

Desin. "ut cum generatur aqua ex glacie."

4. In libros tres de anima commentum. fol. 21.

Incip. "Ratio talis omnis scientia est non notabilior altera."

Desin. "maxime autem habentur hec," etc.

In calce, "Finito libro de anima, incipit liber de sompno et vigilia."

5. In librum de somno et vigilia commenti fragmentum. fol. 26.

Incip. "Capitulo i. et est . . . . . . in qua premittit de quibus."

6. Anonymi libellus de individuatione, et divisione et unione animalium et plantarum. fol. 27.

Incip. "Si consequencia sit necessaria et antecedens sit necessarium consequens eadem necessitate erit necessarium."

Desin. "non est essencialiter a luce."

7. Libri de Sphæra pars prima et secundæ partis fragmentum. fol. 33.

Incip. "Tractatum de spera in quatuor capitula distinguimus dicentes primo, quid sit spera et quid axis spere."

8. G. de Chaspat [?] super Aristotelis libros de generatione et corruptione quæstiones; in calce mutil. fol. 36.

Incip. "Queritur an de generatione et corruptione possit esse scientia, et videtur quod non."

---

9. Anonymi cujusdam in Aristotelis libros Physicorum octo commentarius; initio mutil. fol. 56.

Incip. in comment. super librum tertium, "Impossibile est differentia loci in infinito esse."

Desin. "non esse corpus nec virtutem in corpore."

In calce, "Explicit commentum tocius libri phisicorum."

10. Axiomata ad res naturales spectantia; cum expositione. fol. 80.

Incip. "Summa cognicionis rerum naturalium consistit in cognitione corporum et magnitudinum et principiorum et passionum eorundem."

11. In Aristotelis de cœlo et mundo libros quatuor commentum; initio mutil. fol. 84.

Desin. "proveniencium ab eis tam in compositis quam in simplicibus."

In calce, "Explicit liber celi et mundi."

12. In libros Meteorologicorum commentum. fol. 102.

Incip. "Stelle mundum ordinant. Corporibus rotundis mobilibus."

Desin. "vincet ergo calor et siccitas et erit fructus amarus."

---

13. Anonymi cujusdam in Physicorum libros quatuor priores commentarius. fol. 111.

Incip. "Queritur de unitate scientie naturalis et quod non sit una probatio, ab unitate subjecti."

Desin. "substantia que per se exstat sit subjecta puncto."

14. Commentarius in librum de sensu et sensato. fol. 158.

Incip. "In hoc libro qui intitulatur de sensu et sensato intendit Aristoteles determinare de natura ipsorum instrumentorum."

15. Commentarius in librum de memoria et reminiscentia. fol. 182.

Incip. "Queritur de necessitate hujus scientie; primo quod sit."

---

16. Anonymi cujusdam in Metaphysicorum libros commentarii; in calce mutil. fol. 187.

Incip. ". lutat parumper disserere de quadam propositione quam dicit Aristoteles."

CCLXXXVI.

Codex chartaceus, in folio, ff. 297, sec. xv.

1. Plutarchi Chæronensis Vita Periclis, interprete Lapo Castelliunculo, sive de Castiglionchis, prævia ejusdem Lapi ad Johannem Vitellium, patriarcham Alexandrinum et archiepiscopum Florentinum, præfatione. fol. 1.

Incip. præf. "Pericles Atheniensis, sapientissime pater, ut a veteribus auctoribus."

Exstat vita impress. in edit. Venet. 1516, fol. lix. b.

2. Ejusdem Vita Solonis, eodem interprete, cum præfatione ad Eugenium papam IV. fol. 15 b.

Tit. vit. "Solonis vita ex Plutarcho per Lapum in Latinum conversa."

Incip. præf. "Sepenumero veteres sapientissimos philosophos."

Exstat ibid. fol. xxiii. b.

3. Ejusdem Vita Valerii Publicolæ, eodem interprete, cum præfatione ad Jordanum Ursinum, cardinalem. fol. 28 b.

Tit. vit. "Valerii Publicole vita ex Plutarco per Lapum in Latinum conversa."

Incip. præf. "Properanti mihi, humanissime pater, promissum tibi munus."

Ibid. fol. xxix.

4. Pelopidæ Vita, eodem interprete, cum præfatione anepigrapha. fol. 38 b.

Incip. præf. "Biantem philosophum a filio suo in Egyptum."

5. Timoleonis Vita, Antonio Pacino interprete, cum prologo ad Cosmum Medicem. fol. 52 b.

Tit. "Antonii Pacini prohemium in Timoleonis vita ex Plutarcho per eum traducta ad clarissimum sapientissimumque virum Cosmam Medicem."

Incip. præf. "Multos ex ducibus nostris, qui nuper in re militari."

Ibid. fol. cxvii. b.

In calce, "Explicit vita Timoleonis per Antonium Pacinum de Tuderto traducta."

6. Pompeii Magni Vita, interprete Jacobo Angelo [de Scarparia]. fol. 67.
Tit. "Ex Plutarcho de comparacionibus Jacobus Angelus transtulit."
Ibid. fol. ccix. b.

7. Cimonis et Luculli Vitæ, interprete Leonardo Justiniano, cum procemio ad Henricum Lusignanum, Galliæ principem. fol. 81.
Tit. "Clari ac patricii viri Leonardi Justiniani Veneti ad Henricum Lusignanum illustrem Gallie principem in Cimonis ac Luculli vitas prohemium."
Incip. prol. "Cum permulta sint litterarum studia, Henrice princeps."
Ibid. fol. clxxv. b.

8. Themistoclis Vita, interprete Lapo Castelliunculo, cum præfatione ad Cosmum Medicem. fol. 111.
Tit. vit. "Temistoclis Atheniensis vita per Lapum in Latinum versa."
Incip. præf. "Themistoclis Atheniensis, clarissimi et sapientissimi ducis."
Ibid. fol. xlviii.

9. Luciani Vita Demonactis, interprete eodem, cum præfatione ad Alvicium, episcopum Isauriensem. fol. 121.
Tit. vit. "Demonactis vita ex Luciano per Lapum Castelliunculum in Latinum conversa."
Incip. præf. "Cum ob eximias virtutes et singularem eruditionem."

10. [Plutarchi Vita Furii Camilli, eodem interprete, cum præfatione.] fol. 125.
Incip. præf. "Cum eo tempore, quo tu clarissima illa et diuturna legatione."
Ibid. fol. liii.

11. [Platonis dialogus dict.] Apologia Socratis, interprete Leonardo Bruno Aretino, cum procemio. fol. 136.
Incip. procem. "Socrates phylosaphus vir omnium innocentissimus."

12. [Ejusdem dialogus, Crito, interprete eodem?] fol. 150.
Incip. "Quid tu hoc temporis O Crito."

13. Plutarchi Vita M. Catonis, eodem interprete. fol. 157.
Tit. "M. Catonis vita ex Plutarcho in Latinum traducta per Leonardum Arretinum."

14. T. Q. Flaminii Vita, interprete Guarino Veronensi, cum præfatione ad Robertum Rossum, seu de Rubeis. fol. 168.
Tit. "T. Q. Flaminis ex Plutarcho ad Rudertum Rossum a Guarino versus."
Incip præf. "Nuper Ruberte suavissime cum ex labore in ocium;" ut in Bandin. Catal. Codd. Lat. Laurent. tom. ii. col. 738.

15. Coriolani Vita, eodem interprete. fol. 178.
Tit. "Caii Marcii Corilani vita ex Plutarcho."
In edit. Venet. fol. xlii.

16. Alcibiadis Vita, 'pars altera contentionis;' eodem interprete? fol. 193.
Incip. "Alcibiades antiquum stirpis auctorem filium."

---

17. Lapi Castelliunculi Dialogus de curiæ commodis. fol. 197.
Tit. "Ad clementissimum patrem Franciscum Condolmarium, sacrosancte Romane ecclesie presbiterum cardinalem Lapi Castelliunculi dialogus incipit de curie commodis."
Incip. "Complures esse scio, clementissime pater, partim veteres, partim recentes et ii quidem gravissimi."
Desin. "ego egressus ad cardinalem ipsum me in pontificale palacium contuli."
In calce, "Absolvi Lapus in Ferariensi concilio in palacio majori vii. kal. Septembris die lune post iij. horam noctis anno Domini m. cccc. xxxviij."

18. Caii Marii Vita, interprete Antonio Pacino, Tudertino, cum prologo ad Aloysium, archiepisc. Florentinum. fol. 216.
Tit. "Prohemium in vita Marii e Greco sermone in Latinum traducta per Antonium Tudertinum, ad reverendissimum in Christo patrem et dominum Alovisium Florentiæ archiepiscopum dignissimum."
Incip. prol. "Cum Artaxersi Persarum regi aliquando obequitanti."

19. Antonii Pacini Tudertini Oratio gratias agentis pro munere quodam sibi tradito. fol. 234 b.
Tit. "Oratio edita per Antonium Tudertinum."
Incip. "Maximum et amplissimum munus, M. D. vosque optimates."

20. Ejusdem Antonii Oratio consolatoria ad cardinalem Capranum in obitu fratris ejus. fol. 236 b.

Incip. "Magna profecto prestantissime domine opinio est omnibus Latinis."

21. "Plutarchus ad Sossium Senecionem de Dione ac Bruto," cum comparatione, et prooemio ad Franciscum Barbarum posthabito; interprete Guarino Veronensi. fol. 244.

Incip. procem. "Cum Plutarchum cum non hospicio solum."

In edit. Venet. fol. cclix. b

22. Marci Marcelli Vita; eodem interprete. fol. 262 b.

Incip. "Marcum Claudium quinquies."

Ibid. fol. lxxvi. b.

23. Janottii Manetti, Florentini, Orationes quatuor, quarum tituli et initia sequuntur; scil.

a. "Prefatio Janozii Manetti in laudacione Januensium ad clarissimos Janue legatos Florencie commorantes." fol. 274.

Incip. præf. "Mihi sepius cogitanti se mecum ipsi frequencius."

Incip. "Complures Germani reges inclitum Apulie."

b. "Januozii Manetti laudacio Januensium ad illustrissimum principem dominum Thomam de Campo Fregoso, Dei gracia Janue ducem." fol. 278 b.

Incip. "Nonnullas egregias populi tui laudes."

c. "Januozii Manetti laudacio Januensium ad illustrissimum principem dominum Thomam de Campo Fregoso Janue ducem." fol. 279.

Incip. "Inclitam hanc urbem tuam."

d. "Prefacio Januocii Manetti de secularibus et pontificalibus pompis ad dominum Angelum de Azarolis." fol. 290 b.

Incip. "Cogitanti tibi sepe numero Angele suavissime."

24. De duodecim gradibus abusionis, sive abusionibus seculi tractatus, SS. Cypriano et Augustino perperam tributi, fragmentum. fol. 295.

CCLXXXVII.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 12, sec. xvi.

Bernardi Andreæ Novi anni munusculum, sive Oratio gratulatoria ad Henricum VIII. regem Angliæ.

Inscribitur, "Pro anno millesimo quingentesimo decimo quinto, invictissimi Angliæ regis Henrici Octavi felicissime regnacionis anno septimo.

Bernardi Andree auspicatissimi novi anni munusculum."

Incip. "Cum preclarissimas ingenii tui corporis et fortune dotes mecum animo considero."

Desin. "tua sacrosancta majestas pervenire valeat nunc et tu cum triumphatura; Amen."

CCLXXXVIII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 3 et 70, sec. xv.; "ex dono reverendi in Christo patris domini Thome de Bekyntona, Bathon. et Wellensis episcopi, et labore magistri Thome Chaundelere, hujus ecclesie cancellarii. Oretis pro animabus utriusque."

1. Collocutiones septem de laudabili vita et moribus nobilis antistitis Willelmi Wykeham ducentorum fundatoris clericorum, cum prologo ad Thomam de Bekyntona, episcopum Wellensem; auctore Thoma Chaundelero, ecclesiæ Wellensis cancellario. p. 1.

Tit. prol. "Ad insignem dominum et litteratissimum presulem dominum Thomam de Bekyntona, Wellensem et Bathoniensem pontificem, in futuras collocuciones de laudibus nobilis antistitis Willelmi de Wykeham ducentorum fundatoris clericorum."

Cf. Wharton. Angl. Sacr. tom. ii. p. 357.

In calce, "De moribus et vita laudabili domini Willelmi de Wykeham, Winton. episcopi, duorum fundatoris collegiorum Oxon. ac prope Winton. ducentorumque clericorum in eisdem, inter philosophos finiunt collocuciones."

2. Allocutiones duæ de laudabili vita ejusdem Willelmi et ejusdem Christiana perfectione, cum prologo 'ad insignem dominum et beatissimum presulem dominum Thomam de Bekyntona, Wellensem pontificem.' p. 55.

In calce, "Ad insignem dominum, etc. Thomam de Bekyntona, Wellensem et Bathoniensem pontificem de laudibus et vita nobilis antistitis Willelmi duorum collegiorum Oxoniæ ac prope Wintoniam

fundatoris ducentorum quoque in eisdem clericorum. Finit opus feliciter."

3. Chronica brevis de ortu, vita ac gestis nobilibus reverendi domini Willelmi de Wykeham, olim episcopi Wintoniensis. p. 83.

Exstat impressa in Wharton Anglia Sacra, tom. ii. p. 355.

4. Sagacissimi ac prudentissimi domini Willelmi de Wykeham, quondam episcopi Wintoniensis, Testamentum, quod dicitur Ultima voluntas. p. 87.

5. De ortu, vita et obitu domini Willelmi de Wykeham, quondam Wintoniensis episcopi, versibus centum octoginta duo elegiacis. p. 97.

Incip.

"Omnia cum nequeam Willelmi scribere gesta,
Pauca brevi calamo, scribere nitar ego."

In calce, "De ortu, vita et obitu domini Willelmi de Wykeham, quondam Winton. episcopi fundatoris ducentorum clericorum finiunt metra feliciter."

Subjunxit manus longe recentior, "Epitaphium fundatoris exaratum laminis æneis monumento ipsius in ecclesia cathedrali Winton. affixis."

6. Pii papæ II. Oratio habita in conventu Mantuano sexto kalendas Octobris, anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo. p. 103.

Exstat impress. inter opera, edit. Basil. 1571, p. 905.

In calce, "Finit oracio summi pontificis Pii pape secundi Mantuæ per eum recitata in conventu multorum principum sexto kalendas Octobris, etc. de suscipiendo bello contra Turcos, an justum et quod inde premium."

Sequitur, "Et vale in magnam etatem ac dies letos optime et dilectissime presul Thoma, mei memor."

7. Epistola ejusdem Pii universo orbi Christiano ad corripiendum arma contra magnum Turcum pro defensione religionis et fidei Christianæ, cum indulgentiis maximis omnibus qui ad hoc conferunt concessis; dat. Romæ, xi. kal. Novembr. 1463. p. 139.

Exstat ibid. p. 914.

8. Epistola sive breve ejusdem sanctissimi patris directa venerabili patri Thomæ de Bekyntona, Bathon. et Wellen. episcopo; ejusdem argumenti. p. 140.

Datum est Romæ apud S. Petrum sub annulo piscatoris 2 Nov. 1463.

Incip. "Ex literis apostolicis, quas nuper edidimus pro defensione fidei catholice."

Præmittuntur tabulæ quatuor, bene delineatæ, quæ inscriptæ sunt,

a. Descriptio exemplaris collegii beate Marie prope Winton. et centum et quinque clericorum in eodem.

b. Descriptio exemplaris collegii beate Marie Winton. in Oxonia, centumque clericorum in eodem.

c. Exemplaris descriptio Willelmi de Wykeham nobilis fundatoris, pontificum, archilevitarum et aliorum in dicti nobilis fundatoris collegiis nutritorum.

Nomina sunt, Willelmus Wykeham, Henricus Chycheley Cantuariensis, Thomas Cranley Dubliniensis, Willelmus [Waynflete] Winton., Thomas [de Bekyntona] pontifex Wellensis, collegiorum sustentator precipuus, Thomas [Chaundeler] cancellarius Wellensis, Andreas [Halls] archidiac. Wellens., Johannes [Norton?] archidiac. Bark., Hugo [Sugar] Thesaur. Wellens., Willelmus [Say] decanus London., Ricardus [Andrew] decanus Ebor., Johannes [Selot] archidiac. Cornubiensis.

d. Exemplaris descriptio civitatis et ecclesiæ Wellensis, splendidi quoque ac ornatissimi palatii, dignissimi Thomæ pontificis ope et impensis miro splendore nitentium.

CCLXXXIX.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 213, sec. xv.

1. Anonymi cujusdam Capitula octo de quantitatum compositione. fol. 2.

Incip. "Opinio est quantum."

In calce, "Expliciunt octo capitula composicionem quantitativam non quantorum declarancia."

Sequitur notitia de partibus corporis, et dein, "Liber communis uni sophiste non habenti quatuor annos in universitate."

2. De objectionibus contra varias propositiones. fol. 19.
Incip. "Contra communem diffinitionem de propositione categorica."
In calce, "Expliciunt objectiones obligationum secundum usum Oxonie."

3. De objectionibus consequentiarum, secundum usum Oxoniensem. fol. 25.
Incip. "Utilem quandam . . . ionem de consequentiarum objectionibus."
In calce, "Expliciunt objecciones consequenciarum secundum usum Oxon."
Sequitur materia de Incipit et Differt, etc.

4. Johannis Garisdale Termini naturales. fol. 38.
Incip. "Natura est principium motus et quietis."
In calce, "Expliciunt termini naturales secundum M. Johannem Garisdale."

5. Roberti Alyngton, magistri Sophistici, de suppositionibus libellus; mutil. fol. 52.
Incip. "Termini aliqui sunt simplices."
In calce, "Expliciunt suppositiones magistri Roberti Alyngton, eximii doctoris theologie; quod P. G."
Deinde, "Ricardus Clere est possessor hujus libri."

6. Willelmi Mylverley compendium de quinque universalibus. fol. 58.
Incip. "Pro superficiali notitia."
In calce, "Explicit compendium de quinque universalibus, secundum M. W. Mylverlye." "Thomas Chawndelere."

7. De proportionibus tractatulus. fol. 63 b.
Incip. "Omnis proportio aut est communiter dicta."

8. Argumenta "ad probandum quam continuum Quidquid agar operis primo finem meditaris." fol. 68.
Incip. "Quia sepe invenitur."
In calce, "Liber novi collegii Winton. in Oxon. deliberatus Johanni Dobbes vero et perpetuo socio ejusdem per manus Vicc. et aliorum officiariorum xxix. die mensis Aprilis anno Domini m. cccc. lxxxviij."

9. Materia bona et utilis de Inceptione secundum magistrum W. Mylverlye. fol. 71.
Incip. "Quidlibet meum esse."

10. Ejusdem Willelmi de Differt tractatus. fol. 81.
Incip. "Nulla differunt."
In calce, "Explicit bona materia et utilis de differt per venerabilem magistrum W. Mylverle."

11. Ejusdem materia de scientia. fol. 90.
Incip. "Scitum est non conscitum."
In calce, "Explicit utilis materia de scientia secundum venerabilem magistrum W. Mylverley."

12. Johannis Tarteys materia de modis. fol. 99.
Incip. ". . . . tur enim fere accidentales."

13. De materia significationis propositionum et terminorum et rerum. fol. 107.
Incip. "Jam ad materiam significationis."

14. De materia quantitatis. fol. 119.
Incip. "Omne quantum nullum."

15. De motu locali notabilis materia. fol. 132.
Incip. "Ad materiam motus intellectivi imprimendam."

16. Materia alia de motu. fol. 137.
Incip. "Omne mobile potest."

17. [Johannis Chilmarci] de augmentatione tractatulus. fol. 157.
Incip. "In materia augmentationis est notandum."

18. [Ejusdem Johannis Chilmarci] Materiæ de prioritate, de generatione, de reduplicativis, etc. fol. 162.
Incip. "Dubitatur an actus sit prioritas."

19. [Ejusdem] Materiæ duæ de aggregatis, de successivis; etc. fol. 168.
Incip. "Dubium est utrum aliquod est aggregatum."

20. Ejusdem de alteratione libellus; [initio mutil.] fol. 174.
Desin. "Conditor nos conservet in prosperis sine fine; Amen."
In calce, "Explicit literalis sentencia Chylmark, doctoris philosophie de alteracione, quod P. G."

21. Johannis Tarteys de equivocis sophisma utile. fol. 183.
Incip. "Nulla sunt equivoca. Quod sophisma sit factum."
In calce, "Explicit utile sophisma de equivocis a venerabili magistro Johanne Tarteys determinatum."

22. De obligationibus. fol. 195 b.
Incip. "Cum omnis error rationis."

23. De motibus. fol. 204.
Incip. "Jam pro . . quod nullus est motus."
In calce, "Liber uni sophiste non habenti quatuor annos in universitate nato in comitatu Amschire."

CCXC.

Codex chartaceus, in folio, ff. 70, sec. xv.

1. Notabilia extracta ex Roberti Cowton, seu Couton, ord. S. Francisci, libris super Sententiarum libros quatuor. fol. 1.
Incip. "Notabilia super prologum Cowton. Rerum inquit principia sunt primitus inquirenda."
2. Quæstiones ejusdem fere naturæ, an ex eodem collectæ. fol. 30.
Incip. "Quæsitum quam distincti argumenti sanctus est nexus Patris et Filii."
3. Quæstio de S. Trinitate, quam sanctorum animæ in cælesti vident patria, etc. fol. 57.
Incip. "Reverendi magistri, patres, atque domini, secundum doctorum veridica testimonia."
4. Errores extracti a libris domini [Ricardi filii Radulphi] archiepiscopi Armachani per fratrem Willelmum Wydeford, doctorem theologiæ minorem. fol. 58.
Incip. "Quoad errores domini Armachani in libris suis contentos."
Sequitur, *manu altera*, quæstio de baptismatis sacramento.
5. Quæstio ex Henrici a Gandavo Quodlibetis de dispensatione circa sacramenta. fol. 63.
Incip. "Primo, re dispensantis, utrum per ecclesiam potest fieri."
6. Quæstio, 'Utrum in divinis essentialia sunt immediaciora ipsi essentiæ divinæ vel notionalia.' fol. 66.
Incip. "Arguitur quod nocionalia, quia que constituuntur."

CCXCI.

Membranaceus, in 4to minimo, ff. 172, sec. xv., anno scilicet 1452 exaratus.

S. Bonaventuræ, cardinalis, Summa, quæ dicitur, Breviloquium, in partes septem distincta, prævia præfatione.
Tit. "Incipit summa, que dicitur Breviarium pauperis."
Exstat impress. inter opera, edit. Rom. tom. vi. p. 6.
In calce, "Explicit breviloquium pauperis in sacra scriptura compilatum a fratre Bonaventure, de ordine Minorum; scriptum autem . . . . 1452, inceptum 6 die Septembris et finitum ultimo die ejusdem. Deo gracias."

CCXCII.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 115, sec. xiv., binis columnis exaratus; olim Ricardi Andrew, decani Eboracensis.

1. Johannis de Burgo, sive Gulielmi de Pagula, sive cujuscumque sit liber qui dicitur Pupilla oculi, in tres partes distinctus. fol. 2.
Incip. "Cum ecclesie quibus perficiuntur."
In calce, part. i. "Explicit summa que vocatur pars oculi sacerdotum."
Incip. pars ii. "Multi sunt sacerdotes."
In calce, "Explicit summa que vocatur dextra pars oculi sacerdotum."
Incip. part. iii. scil. pars sinistra oculi, "Ignorantia sacerdotum."
Exstat impress. Paris. 1510 et alibi.
In calce, *manu altera*, Forma directa justiciariis in comitatu Nolfolciensi, de negotiis episcopum Norwicensem ejusque clericos tangentibus.
Sequitur quæstio, Quot modis contingit ebrietas et quibus modis est mortale.

---

2. Johannis Andreæ, Bononiensis, Summa quarti libri Decretalium. fol. 112.
In calce, "Explicit summa aurea Johannis Andree, vocata Rosaobrisa, speculum matrimoniale diffiniens contrarium non paciens racionabile Hostiensis et Innocencii medulla in matrimonialibus compendiose pertractans et diffundens, et Bonefacium in Sexto quatenus matrimonium contingit allegans et inducens, qua si bene quisque perspexerit ubicunque per orbem terrarum eficaciter matrimonizare poterit cum effectu; Amen."
Sequitur, *manu sec. xv.*, legis fragmentum ecclesiasticæ, *Anglice*, incip. "and all þos that brennes kyrk or personage or abbes or any oþer manshows."
In initio codicis, "Istum librum ego Ricardus Andrew, decanus Ebor. et quondam

socius collegii B. Marie Wynton. in Oxon. dedi eidem collegio beate Marie; quem qui abstulerit anathema sit, maranatha."

CCXCIII.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 24, sec. xiv.

Johannis Campani Novariensis Theorica Planerum, ad Urbanum papam IV.

Inscribitur, "Clementissimo patri et piissimo domino unico mundane pressure solacio domino Urbano quarto, eleccione divina sancte Romane ecclesie summo pontifici, Campanus Noveriensis subdiaconus servus inutilis beatorum pedum osculum cum qua potest reverencia."

Incip. "Primus philosophiæ magister."

Desin. "quemadmodum de Mercurio supra docuimus."

CCXCIV.

Chartaceus, in 4to minori, ff. 62, sec. xvi.

1. Rogeri Baconi Speculum alchemiæ, *Gallice* traductum. p. 1.

   Tit. "Le livre du tressavant philosophe Rogier Bacon, intitule le miroir d'Aquimie traduit de Latin en François per ong gentilhomme du Dauphiné."

   In calce, "La fin du miroir d'Alquimie composé par le tressavant philosophe Rogier Bacon et mis en Francoys par un gentilhomme du Daulphiné. Imprimé a Pion per Macé Bonhomme 1557."

   Sequitur, "Epigramme au Lecteur."

2. "Fragment privé de la fin du livre de l'admirable puissant de l'art et de nature par Rogier Bachon." fol. 9.

   Sequuntur,

   a. "Le traducteur au Lecteur;" *metrice.* fol. 15 b.

   b. "Jean Brunet de Tournous a M. Jacques Girard du dit lieu, son singulier et parfaict amy;" *metrice.* fol. 15 b.

   c. "De dit Jean Brunet au Lecteur humble salut et amitie;" dat. 1552. fol. 15 b.

3. Quidam liber appellatus, Thesaurus Thesaurorum, Rosarium philosophorum, etc. auctore Arnaldo de Villa-Nova. fol. 17.

   Incip. procem. "Iste namque liber vocatur Rosarium,' in Art. Aurif. Chem. tom. ii. p. 385.

   In calce, "Explicit Rosarium a magistro Arnaldo de Villa Nova compositum."

4. [Ejusdem Arnaldi] Novum Lumen. fol. 40.

   Incip. "Pater et Domine reverende licet liberalium," ibid. tom. ii. p. 456.

   In calce, "Explicit Juvenis experti liber, qui dicitur Novum Lumen."

5. Epistola ejusdem super alchemia ad regem Neapolitanum. fol. 44 b.

   Incip. "Scias, o tu rex, quod sapientes posuerunt," ibid. tom. ii. p. 488.

6. De lapide philosophico ex Fernelio. fol. 46.

7. Arnaldi de Villa-Nova liber qui dicitur Flos Florum, ad regem Aragonum. fol. 48.

   Tit. "Incipit perfectum magisterium et gaudium magistri Arnaldi de Villanova transmissum per eum ad inclitum regem Arragonum, quod quidem est Flos Florum, thesaurus omnium incomparabilis margarita, in quo reperitur veri compositio et perfectio Elixir tam ad album quam ad rubeum componendum, videlicet ad solem et lunam sub compendio declaratum."

   Exstat in Art. Aurif. Chem. tom. ii. p. 470.

   In calce, "Explicit tractatus Flos Florum nuncupatus magistri Arnaldi de Villanova."

8. Recepta electuarii mirabilis preservativa et epidemia. fol. 54 b.

9. Liber de secretis naturæ, quem composuit Arnaldus de Villa Nova, pro quodam famulo suo, quem multum diligebat. fol. 56.

   Incip. "Ars igitur ista non est nisi de occultis philosophorum."

10. Ex libro ejusdem Arnaldi de dosibus Tyriacalibus. fol. 62.

CCXCV.

Deest.

In Bernardi catalogo describitur, "An English book of Astronomy."

Pr. "Here beginneth."

CCXCVI.

Codex chartaceus, ex charta bombycina, in 4to, ff. 140, sec. xiv.

Liber qui intitulatur, شرح منهاج Sharho menhag: Commentarius, dictus غرر الفرائد ودرر الفوائد, in Beidawi opus منهاج Via regia, De juris canonici fundamentis. *Arabice.*

CCXCVII.

Codex chartaceus, in folio minori, ff. 122, sec. xv.; olim Theophanis Condurii.

1. [Manuelis Moschopuli vocum Atticarum Collectio, ordine alphabetico.] fol. 1.
   Exstat impress. una cum Phrynicho, etc. 1532.
2. Georgii Lecapeni, grammatici, de significatione verborum atque nominum liber. fol. 77.
   Incip. *γράφειν τὸ συγγράφειν λόγον ἢ ἄλλην τινὰ ἱστορίαν ὅθεν καὶ συγγραφεύς.*
   Desin. *ὅτι τῶν πραγμάτων ἡμῖν ἐκείνων ἀντιληπτέον ἐστίν.*
   In fine, *τέλος τῆς γραμματικῆς τοῦ Λεκαπηνοῦ.*

CCXCVIII.

Chartaceus, ex charta bombycina, in folio, ff. 250, sec. xiv. ineuntis.

1. Johannis Tzetzis Iliados metaphrasis, versibus politicis; initio et fine manca. fol. 1.
   Incip. in versu 127 cod. MS. Baroc. xxiv., ut sequitur,
   πρὸς ἣν τότε κατέμενεν ὑπέστρεφεν οἰκίαν.
2. Homeri Ilias, cum scholiis interlinearibus et marginalibus. fol. 7.
   Margini adjecit manus aliquantum recentior scholia pauca, quæ cum codice, a Villoisono B. signato, fere consentiunt.
   In calce, epigramma in Homerum, incip. *τυφλὸς γέρων ἔγραψε τοῖς νέοις πόνον.*
3. Homeri Rhapsodiarum interpretationes allegoricæ, Tzetze forsan auctore. fol. 107.
   Incip. *τὴν μῆνιν περιέχουσα ταύτην τὴν Ἀχιλλέως.*
   Haud ultra Rhapsod. M. procedunt interpretationes.
4. Scholia in Iliados libros duo priores; *manu recentiori.* fol. 122.
   Cum cod. Venet. A. fere videntur consentire sed desinunt in B. v. 264.
   In calce epigrammata Antipatri aliaque tria in Homerum.
5. Epimerismi, seu exercitationes in Iliados librum primum. fol. 129.
   Tit. *τοῦ Ὁμήρου ἐπιμερισμοί.*
   Incip. *μῆνιν. μῆνις γέγονε παρὰ τὸ μένω ῥῆμα· μῆνις ὄνομα προσηγορικὸν ῥηματικὸν, καὶ κατ' ἐπέκτασιν τοῦ ε εἰς η, μῆνις.*
6. Allegoriæ Homericæ, Heraclidi Pontico vulgo tributæ. fol. 141 b.
   Incip. *προλεγόμενα ἀλλεγοριῶν τῆς Ἰλιάδος.*
   Exstant lectiones e codice nostro desumptæ in edit. Oxon. 1834.
7. Homeri Epimerismi, sive exercitationes grammaticæ in Homericas voces quam plurimas, secundum seriem alphabeticam digestas. fol. 147 b.
   Tit. *ἀρχὴ σὺν Θεῷ τῶν Ὁμήρου ἐπιμερισμῶν κατ' ἀλφαβητόν.*
   Exstant impress. inter Crameri Anecdot. Oxon. 1835, tom. i. p. 1.
   Sequuntur, *σημαινόμενα τῶν λέξεων κατὰ στοιχεῖον.*
   Incip. *ἀρετὴ σημαίνει δύο, τὴν κατὰ πόλεμον ἀνδρίαν.*

CCXCIX.

Codex chartaceus, in folio, ff. 91, sec. xv., nitide scriptus.

1. Aristotelis Organon, sive Logica, hoc est, Porphyrii Isagoge, Prædicamenta, de Interpretatione, Analytica priora et posteriora, Topica, et de Sophisticis elenchis. fol. 1.
   Tit. i. *εἰσαγωγὴ Πορφυρίου τοῦ φοίνικος τοῦ μαθητοῦ Πλωτίνου τοῦ Νικοπολίτου.*
   Partem priorem instruxit manus recentior schematibus notulisque in margine scriptis.
2. Nicomachi Geraseni, Pythagorici, Arithmeticæ libri duo; cum glossulis. fol. 52.
   Tit. *Νικομάχου Γερασηνοῦ πυθαγορικοῦ ἀριθμητικῆς εἰσαγωγῆς τῶν εἰς δύο τὸ πρῶτον.*
3. Claudii Ptolemæi Harmonicorum libri tres, glossulis instructi marginalibus. fol. 60.
   Tit. *Κλαυδίου Πτολεμαίου ἁρμονικῶν πρώτου κεφάλαια.*
4. Ejusdem Ptolemæi de siderum effectionibus sive de Apotelesmatibus libri quatuor. fol. 71.
   Tit. *τάδε ἔνεστιν ἐν τῷ α' β' Κλαυδίου Πτολεμαίου τῶν πρὸς Σύρον ἀποτελεσμάτων.*
5. Ejusdem *Καρπὸς* sive Centiloquium. fol. 85.
   Tit. *Κλαυδίου Πτολεμαίου βιβλίον ὁ καρπός.*
6. De temporibus faustis atque infaustis secundum lunæ transitum diurnum. fol. 86.
   Tit. *περὶ τῶν τῆς σελήνης ἡμερινῶν παρόδων . . . . καθ' ἑκάστην αὐτῆς ἐν τοῖς τῶν ζωδίων δεκανοῖς διάφορον πάροδον καὶ σημείωσιν.*

7. Johannis Alexandrini de usu Astrolabii liber, prævia capitulorum tabula. fol. 87.

Tit. Ἰωάννου Ἀλεξανδρέως περὶ τῆς τοῦ ἀστρολάβου χρήσεως.

Incip. τὴν ἐν τῷ ἀστρολάβῳ τῆς ἐπιφανείας ἐξάπλωσιν.

8. De septem climatibus orbis terrarum. fol. 90 b.

Tit. περὶ τῶν ἑπτὰ τῆς γῆς κλιμάτων.

Incip. ἐπεὶ δὲ κλιμάτων ἐμνήσθημεν δι' ἃ τὰ τύμπανα κατασκευάζεται.

Desin. καὶ οὕτως ἀποκαθιστῶμεν ἀπὸ τῶν ὁμαλῶν τὰ καιρία.

CCC.

Incip. "Anima Christiana, anima de gravi morte;" ut inter opera, 1721, p. 221.

10. Narratio ex Bedæ Historia ecclesiastica. f. 66.

Incip. "Erat paterfamilias in regione Nothanhymbrorum."

11. Purgatorium S. Patricii, per quod transivit quidam miles nomine Oweyn, prævia epistola fratris H. monachi de Saltaria. fol. 75.

Exstat impress. in Colgan. Triad. Thaumaturg. p. 274.

12. Narratio de quodam clerico ducente choreas in cœmiterio. fol. 98.

Incip. "Ego peccator, nomine Osbertus."

13. Quibus modis delentur peccata venialia; Quare sabbato celebretur de beata Maria; etc. fol. 99 b.

Incip. "Venialia peccata delentur vii. modis."

14. Capitula quatuor ex S. Brigittæ revelationibus excerpta, de bello inter reges Franciæ et Angliæ. fol. 102.

Incip. i. "Cum essem orando."

Numerantur capp. 108, 104, 105, et 63.

XXIX.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 188, sec. xiv. ineuntis, binis columnis scriptus; ex dono fundatoris.

Flores ex S. Bernardi operibus collecti, et in libros decem distributi, cum collectoris prologo.

Tit. prol. "Par est in verbis id odiferis opus liber; nempe geret flores, Bernardi nobiliores. Incipit prologus sequentis operis."

Incip. "Cum non essem alieni exercicio."

Tit operis, "Incipit primus liber exceptionum collectarum de diversis opusculis beati Bernardi, Clarevallensis abbatis, de eo quod est Deus."

Præcedit distichon, "Flagrat Bernardus sacer in dictis quasi nardus; Et quibus hic tractus liber est inscripta redactus."

Incip. "Quid est Deus, qui est; merito quidem; nil competentius eternitati."

Desin. "quia utrobique periculum."

Præmittitur index capitulorum materiarumque.

XXX.

Codex membranaceus, in folio, ff. 129, sec. xii. exeuntis; ex dono M. Ricardi Flemmyng, quondam episcopi Lincoln. ac Fundatoris hujus collegii.

Venerabilis Bedæ Homiliarum in lectiones Dominicales libri duo, prævia cuique libro tabula homiliarum numero xxv.

Tit. "Incipiunt capitula libri primi beati Bede presbiteri lectionum Sancti Evangelii numero xxv."

Incip. ii. in istud; "Fuit Johannes in deserto; Adventum Dominice predicationis Johannes;" ut in edit. Giles, tom. v. p. 368.

Incip. lib. ii. hom. i. in illud; "Vespere autem Sabbati; Vigilias nobis hujus;" in edit. 1619. tom. vii. p. 1.

In calce, "Expliciunt quinquaginta omelie venerabilis Bede presbiteri. In fine hujus operis . sit laus et pax cum angelis; Ac laudent eum pariter . qui regnat eternaliter."

Sequuntur sermones tres, scilicet,

a. Johannis episcopi CPolitani de muliere Chananea sub persecutionis figura. fol. 122 b.

Incip. "Multe tempestates."

b. Omelia Origenis in istud, "Attendite a falsis prophetis." fol. 128 b.

Incip. "Attendite etc. quod paulo superius;" ut in Bibliothec. Concionat. ed. Combefis. tom. vii. p. 99.

c. In istud "Accesserunt ad Jhesum Pharisæi." fol. 129.

Incip. "Convenerunt Pharisei in unum."

In margine notatum est, "Omelia beati Jeronimi secundum Ordinale."

XXXI.

Membranaceus, in folio minori, ff. 201, secc. xii. et xiii., ex dono Roberti Flemmyng, decan. Lincoln.

1. Venerabilis Bedæ de historia gentis Anglorum ecclesiastica libri quinque; initio mutil. fol. 1.

In calce, "Explicit liber quintus ecclesiastice ystorie gentis Anglorum, quam venerabilis Beda presbiter de eadem gente natus edidit."

Sequitur notitia de divisione Britanniæ.

2. Ejusdem Bedæ super epistolas canonicas commentarius. fol. 102.

Tit. "Incipit prefacio venerabilis Bede presbiteri super epistolas canonicas."

XXXII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 175, sec. xv., binis columnis nitide exaratus et bene servatus; ex dono Rob. Flemmyng.

1. Johannis Boccaccii de Certaldo de casibus virorum illustrium libri decem, cum prologo. fol. 2.

Tit. "Incipit liber primus Johannis Boccacii de Certaldo de casibus virorum illustrium."

Exstant impress. in fol. Aug. Vind. 1544.

In calce, "Explicit liber nonus et ultimus Johannis Boccacii de Certaldo de casibus virorum illustrium."

2. Ejusdem Johannis liber de claris mulieribus. fol. 117.

Tit. "Incipit liber Johannis Boccacii de Cercaldo de mulieribus claris."

Exstat ibid. Ulmæ, 1473, et alibi.

In calce, "Johannis Boccacii de Cercaldo de mulieribus claris liber explicit; Deo gracias."

XXXIII.

Membranaceus, in folio, ff. 109, secc. xv. et xiii., binis columnis exaratus; ex dono Thomæ Gascoigne, S. T. P.

1. S. Chrysostomi liber de compunctione cordis, [interprete Ambrosio Camaldulensi.] fol. 2.

Tit. "Crisostomus de compunctione cordis ad Demetrium."

Incip. "Cum te intueor."

In calce, "Explicit Crisostomus;" ut supra.

2. Ejusdem tractatus, Quod nemo potest lædi nisi a semetipso, [eodem interprete.] fol. 9 b.

Incip. "Scio quia crassioribus."

In calce, "Explicit tractatus;" ut supra.

---

3. S. Bernardi abbatis Claræuallensis sermones in Dominicis et festis per annum, numero centum triginta octo, fol. 18.

Incip. i. "Hodie, fratres dilectissimi, cele-

bramus adventus inicium;" ut inter opera, ed. 1690, tom. i. col. 717.

Ult. est in passionem S. Vincentii, et incip. "In passione beati Vincencii fratres karissimi, evidenter ostenditur."

In calce, "Explicit liber iste," et *man. sec.* "S. sermones beati Bernardi."

XXXIV.

Codex membranaceus, in folio, ff. 95, sec. xiv. ineuntis, binis columnis exaratus; ex dono Roberti Flemmyng, decan. Lincoln.

Vincentii Bellovacensis Speculi Historialis partis quartæ pars prima, libris quinque comprehensa; cum tabulis capitulorum.

Tit. "Incipit speculum historie fratris Vincencii."

Incip. "Primus autem liber partis hujus;" ut in edit. 1591.

In calce, "Explicit prima pars quarte partis historialis fratris Vincencii de Beluaco."

Præmittuntur, *manu recentiori*,

a. Tractatus Chrysostomi, Quod nemo lædi possit nisi a seipso; incip. "Scio quod transgressoribus." [*sic*]

b. De S. Augustini vita; incip. "Augustinus hic ex provincia Affricana civitate."

c. De natura mali, ex SS. Patribus; incip. "Racionalem creaturam a Deo factam esse."

d. Remedium contra morbum caducum; incip. "Infirmus qui patitur morbum caducum, presentiam beati Cornelii primo petat."

In calce, "Sanctus Cornelius jacet sepultus in abbathia Lulsdarp, juxta Coloniam."

XXXV.

Chartaceus, in folio, ff. 277, sec. xv.; ex dono Roberti Flemmyng.

S. Chrysostomi in S. Matthæi evangelium commentarii pars altera, e traductione Georgii Trapezuntii.

Titulus *man. sec.* "Reliqua pars Crisostomi super Matheum de novo traducta, que juncta alii operi imperfecto fit opus perfectum."

Incip. "Intranti autem ei in Caphernaum; etc. Leprosus quidem ut audistis, cum a monte."

Desin. "diligenter pascis atque curas."

In calce, "Liber sancti Johannis Chrisostomi super Matheum a Georgio Trapezuntio conversus explicit feliciter."

Sequitur Georgii Trapezuntii epistola ad Franciscum Barbarum de versione supradicta aliisque; dat. Venet. v. kal. Maias 1450.

XXXVI.

Codex membranaceus, in folio, ff. 218, sec. xiv. exeuntis, binis columnis exaratus; ex dono M Willelmi Chamberleyn, primi rectoris collegii Lincolniensis.

1. Roberii Couton Anglici commentarius in libros quatuor Sententiarum abbreviatus, cum tabula, a Petro Partriche compilata. fol. 2.

Incip. "Utrum habitus theologie sit scientia."

Des. "Qui trinus et unus vivit et regnat. Amen."

In calce tabulæ, "Explicit tabula super Couton a Petro Partriche compilata."

2. Johannis Duns Scoti Quæstiones xxi. quodlibetales, cum tabula posthabita. fol. 147.

Incip. "Utrum in divinis essencialia;" ut in editt. impress.

In calce, "Expliciunt quodlibeta doctoris subtilis."

In fine codicis, "Liber collegii Lincolniensis ex dono magistri Willelmi Chamberleyn, cujus usum habebit M. Hamundus Haydok ad terminum vite."

XXXVII.

Membranaceus, in 4to, ff. 120, sec. xv., 'donum Rob. Flemmyng.'

S. Cyrilli, archiep. Alexandrini, opus super Genesim, anonymo interprete.

Tit. "Cirilli, archiepiscopi Alexandrini, opus super Genesim. Quod per omnes libros Moysi misterium Christi enigmatice indicatur."

Incip. "Inquirite scripturas Judeorum."

Desin. "humanissimoque principe semper erimus, Qui cum Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat in secula seculorum. Amen."

XXXVIII.

Membranaceus, in folio majori, ff. 233, sec. xv., binis columnis optime exaratus; ex dono sæpe dicti R. Flemmyng.

M. Tullii Ciceronis opera varia; scilicet,

1. De oratore libri tres, cum glossulis marginalibus. fol. 2.

Deficit finis primi libri, et omnia post verba lib. ii. "graviterque debeat hujus"——

2. Tusculanarum Quæstionum libri quatuor. f. 12.
In calce,
"Finito libro, sit laus et gloria Christo;
Te duce virgo pia . cunctis veneranda Maria.
Explet opus penna . plurima dignissima penna.
Supradictum scripsit . . . . . . nomine dictus
Qui de F . . . . is cognomine nempe vocatus,
die Jovis 17 mensis Octobris, 1420."
3. Cato major, sive de Senectute. fol. 53 b.
4. Lælius, sive de Amicitia. fol. 60 b.
5. Paradoxa. fol. 68.
6. Somnium Scipionis. fol. 71 b.
7. Ad Quintum fratrem de magistratu gerendo. fol. 73 b.
8. Quoddam de Academicis fragmentum. fol. 77 b.
In calce, "Non plus reperitur tanta fuit negligentia atque inscicia eorum, qui jam nos multis seculis anteierunt, qui sue inercie et ignorancie utinam premia digna ferant."
9. De natura Deorum libri tres. fol. 81.
In calce, "M. T. C. de natura Deorum liber tercius. Explicit feliciter Deo gracias."
10. De divinatione libri duo. fol. 109 b.
11. De legibus. fol. 132.
"In calce, "Hoc de legibus Ciceronis quod exarasse an corrupisse verius dixerim ambigo, adeo enim depravatum nactus exemplar fui, ut οιδιγιωτ magis quam δαυο ad eam rem opus extiterit."
12. De Topicis. fol. 163 b.
Deficit in verbis, "huic non antecedit; aut si hu"——
13. De Synonymis, sive potius de finibus bonorum et malorum libri quinque. fol. 169.
In calce, "Marci Tulii de finibus bonorum et malorum liber Q. explicit, etc."
14. De fato. fol. 210 b.
15. De creatione celi et mundi et eorum eternitate. fol. 214.
16. De responsis Haruspicum. fol. 218.
17. De optimo genere oratorum. fol. 224.
18. De partitionibus oratorum. fol. 226.
In calce, "Compendiosus dyalogus M. T. C. de oratore explicit feliciter."

XXXIX.

Codex membranaceus, in folio, ff. 311, sec. xv., bene exaratus et quoad literas initiales ornatus.

M. T. Ciceronis Orationes triginta octo; ut sequuntur,

1. Pro T. Annio Milone. fol. 2.
2. Pro Cneio Plancio. fol. 14 b.
3. Pro Publio Sylla. fol. 27.
4. De responsis Haruspicum. fol. 38 b.
5. Pro Lucio Muræna. fol. 47 b.
6. Pro S. Roscio Amerino. fol. 60 b.
Ad fol. 74. "Deficit, tantundem enim in codice antiquissimo deficiebat."
7. Pro C. Balbo. fol. 76 b.
8. P. Sextio. fol. 86.
9. Pro domo suo ad Pontifices. fol. 100.
10. Pro P. Quintio. fol. 118.
11. Pro L. Flacco. fol. 128 b.
12. Pro Aulo Cluentio. fol. 141.
13. Pro lege Manilia. fol. 167.
14. Pro A. Cæcina. fol. 175 b.
15. Pro C. Rabirio Postumo. fol. 188.
16. Pro C. Rabirio Perduellione. fol. 193 b.
17. Pro Roscio Comœdo. fol. 198.
18. De lege Agraria libri tres, initio mutil. fol. 204.
In margine notatur, "Hic deficiunt duæ cartæ quæ faciunt principium hujus orationis."
19. In Pisonem. fol. 221 b.
20. Orationes in Catalinam IV. fol. 235 b.
21. Sallustii in Ciceronem cum Ciceronis responso. fol. 251 b.
22. Pro A. Licinio poeta. fol. 254 b.
23. In Vatinium testem. fol. 258 b.
24. Ad equites Romanos priusquam iret in exilium. fol. 264.
25. Ad populum de reditu suo. fol. 267.
26. Ad Senatum post reditum suum. fol. 270 b.
27. Pro M. Cælio. fol. 276 b.
28. De provinciis consularibus. fol. 287.
29. Pro rege Deiotaro. fol. 293 b.
30. Pro M. Marcello. fol. 298 b.
31. Pro Quinto Ligario. fol. 302.
In calce, "M. T. Ciceronis oratio pro Q. Ligario explicit feliciter." Sequitur, *man. altera*,
32. Pro M. Fonteio. fol. 307.
In margine notatum est, 'Deficit principium;' incip. in verbis, "Hoc pretore oppressam esse."

XL.

Codex chartaceus, in folio, ff. 311, sec. xv.; nitide scriptus; ex dono ejusdem Roberti.

M. T. Ciceronis Orationes viginti sex; scilicet,

1. Pro Quinto Pompeio. fol. 1.
   Tit. "M. Tullii Ciceronis disertissimi atque eloquentissimi viri Orationum liber primus."
2. Pro T. A. Milone. fol. 11 b.
3. Pro Cn. Plancio. fol. 27 b.
4. Pro P. Sylla. fol. 44 b.
5. Pro M. Marcello. fol. 58.
6. Pro Q. Ligario. fol. 62 b.
7. Pro rege Deiotaro. fol. 67 b.
8. Pro A. Cluentio. fol. 73 b.
9. Pro P. Quintio. fol. 100.
10. Pro L. Flacco. fol. 112 b.
11. Ad Quirites post reditum. fol. 127.
12. Post reditum in Senatu. fol. 131.
13. Ad Quintum fratrem de petitione consulatus. fol. 137.
14. Antequam iret in exilium. fol. 144.
15. Pro domo sua. fol. 148.
16. In Vatinium testem. fol. 170 b.
17. Pro M. Cælio. fol. 176.
18. Pro S. Roscio. fol. 187 b.
19. Pro L. Murena. fol. 208.
20. Pro L. C. Balbo. fol. 225.
21. Pro defendenda causa Publicanorum. fol. 235 b.
22. De provinciis Consularibus. fol. 247.
23. Pro P. Sextio. fol. 255.
24. In L. Pisonem. fol. 277.
25. Pro C. Rabirio. fol. 285 b.
26. Pro Rabirio Postumo. fol. 291 b.
27. Pro A. Cæcina. fol. 296.

XLI.

Membranaceus, in 4to, ff. 247, sec. xv., nitide exaratus; ex dono ejusdem.

M. T. Ciceronis Epistolarum ad Familiares libri sedecim.

Tit. i. "M. Tullius Cicero salutem dicit Publio Lentulo proconsuli."

Consentit ordo quoad initium et finem cum editt. impressis.

In calce codicis, "Thomas Warde recepit per manus M. Roberti Flemmyng xls."

XLII.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 344, sec. xv., ex dono ejusdem Roberti.

1. M. T. Ciceronis ad Brutum epistolarum liber. fol. 2.
2. Ejusdem ad Quintum fratrem epistolarum liber. fol. 16 b.
   In calce, "Marci Tullii Ciceronis ad Quintum fratrem liber tercius explicit."
   Sequitur epistola ad Octavianum.
3. Ad Atticum epistolarum libri sedecim. fol. 60.
   Tit. "M. Tullii Ciceronis Epistolarum ad Atticum libri xvi. incipiunt."

XLIII.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 129, sec. xv., ex dono ejusdem Roberti.

M. T. Ciceronis de officiis libri tres.

Tit. in margine superiori scriptus est, "Marci Tullii Ciceronis de officiis liber primus incipit feliciter."

In calce, epigrammata duo in Ciceronem, quorum alterum est Silii Italici, incip.

a. "Tullius Hesperios cupiens componere mores."
b. "Ille super Gangen super exauditus et Indos."

In fine codicis, "Constat M. Roberto Flemmyng, quem scripsit manu propria."

XLIV.

Membranaceus, in folio majori, ff. 394, sec. xv.; bene exaratus; ex dono ejusdem.

Tiberii Claudii Donati in P. Virgilii Æneidos libros xii. commentarii, cum præfatione.

Tit. "Tiberii Claudii Donati ad Tiberium Claudium Maximinum [Donatianum] filium suum interpretationum Virgilianarum Æneidos."

Exstant in Virgilii editt. variis.

In calce, Tiberii Claudii Donati epistola ad Claudium Donatianum filium suum; incip. "Incertum metuens vitæ."

XLV.

Membranaceus, in folio, ff. 215, sec. xv.; nitide exaratus.

Tiberii Claudii Donati in Terentii comœdias quinque commentarii; scilicet,

1. In Andriam. fol. 2.

Tit. "Claudii Donati honoratissimi grammatici præfatio super Terentio, et primo in Andria."
2. In Eunuchum. fol. 56.
3. In Adelphos. fol. 107 b.
4. In Hecyram. fol. 156.
5. In Phormionem. fol. 185.
In calce, "Explicit Phormio Donati clarissimi."
Præcedit notitia, "Vespasianus librarius Florentinus fecit scribi Florentiæ."

XLVI.

Codex chartaceus, in folio, ff. 190, sec. xv.; ex dono R. Flemmyng.

Diogenis Laertii de vitis philosophorum libri per [Ambrosium Traversarium Camaldulensem] Latine versi, cum interpretis prologo.

Incip. prol. "Volventi mihi quædam Græca volumina venit ad manus Laercii Diogenis."

Incip. text. "Philosophiam a barbaris inicia sumpsisse;" ut in editt. impress.

XLVII.

Membranaceus, in folio, ff. 231, sec. xv., nitide exaratus.

Cæcilii Cypriani episcopi et martyris opera varia; scilicet,

1. Epistola ad Donatum. fol. 3.
Exstat impress. inter opera, ed. Baluzio, Ep. 1.
2. Liber de disciplina et habitu virginum. fol. 7 b.
Ibid. p. 173.
3. De lapsis. fol. 14.
Ibid. p. 181.
4. De ecclesiæ catholicæ unitate adversus hæreticos et schismaticos. fol. 23 b.
Ibid. p. 193.
5. De mortalitate. fol. 31 b.
Ibid. p. 229.
6. Ad Demetrianum. fol. 38.
Ibid. p. 216.
7. De zelo et livore. fol. 45.
Ibid. p. 255.
8. De opere et eleemosynis. fol. 50.
Ibid. p. 237.
9. De patientia. fol. 57 b.
Ibid. p. 247.
10. De oratione Dominica. fol. 64.
Ibid. p. 204.
11. Ad Fortunatum de exhortatione martyrii. fol. 73 b.
Ibid. p. 261.
12. Ad Quirinum libri tres. fol. 83 b.
Ibid. p. 274.
In calce, "Cecilii Cipriani ad Quirinum breviarium cum excerptis capitulorum liber tertius explicit."
13. Epistolæ quadraginta septem ad diversos. fol. 120.
Tit. i. "Incipit epistola ad Cecilium de sacramento Dominici calicis."
In codice nostro eundem servant ordinem, ac in cod. Laurent. Plut. xvi. cod. xxii. a Bandinio in catalogi tom. i. col. 268 descripto.
In edit. cit. ita numerantur, lxiii. xxxi. lxxxi. vi. xxv. xv. p. 343, (inter Tractatus,) viii. vii. lvi. xliv. xxxvii. lxxvii. lxxx. lxxix. lxxviii. xxxii. xiv. lv. xlix. xliii. xlii. xli. xlvii. lvii. liv. lii. xxxiii. xxxiv. xxxv. lxviii. xl. lxiv. lxxiii. lxxi. lxx. [proxima in codice est Episcoporum Sententia de baptismate hæreticorum, p. 329.] lxxii. lxxiv. lxxvi. lix. lxi. lxvi. lviii. li. lxix. lxii.
14. De eo quod ydola Dii non sunt. fol. 218.
Ibid.
15. Adversus Judæos. fol. 221.
Ibid. in App. p. ccxli.
16. Epistola ad Fortunatum. fol. 224 b.
Ibid. ep. liii.
17. Ad Rogatianum. fol. 225.
Ibid. ep. lxv.
18. Oratio. fol. 226 b.
Ibid. in App. p. xxxiii.
19. Cœna. fol. 228.
Ibid. p. cclxxxvii.
In fronte codicis notatum est, "Vespasianus librarius Florentinus hunc librum Florentie transcribendum curavit."

XLVIII.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 117, sec. xv. ineuntis; binis columnis exaratus; ex dono Ric. Flemmyng, fundatoris.

Horologium divinæ Sapientiæ, auctore, ut creditur, Henrico Constantiensi, cum prologo.

Tit. "Incipit prologus, in librum qui intitulatur Horologium divine Sapiencie."

Incip. "Sentite de Domino in bonitate;" ut in edit. impress.

In calce, "Explicit horologium divine sapientie;" deinde *manu antiqua*, "Hunc composuit Henricus Constantiensis anno Domini 1369; vide Garetium centenario 14."

Præmittuntur codici versus leonini, sub titulo, "Verba redemptoris ad peccatorem;" incip.

"Cessa, condono; pugna, juvo; vince, corono."

Desin.

"Expers langoris, non sum memor hujus amoris."

XLIX.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 132, sec. xv., nitide exaratus.

Dionysii Areopagitæ opera, [interprete Ambrosio Camaldulensi;] scilicet,

1. De cælesti hierarchia. fol. 1.

Tit. "Dionisii Areopagite, Atheniensis episcopi, de celesti hierarchia ad Timotheum episcopum Ephesi."

Incip. "Omne datum optimum, sed et candidissime illius lucis."

2. De ecclesiastica hierarchia. fol. 29 b.

Tit. "Ejusdem de ecclesiastica hierarchia liber ad eundem."

Incip. "Sacerdotii quidem nostri."

3. De divinis nominibus liber ad eundem. fol. 65.

Incip. "Nunc jam vir Dei."

4. De mystica theologia liber ad eundem. fol. 113 b.

Incip. Trinitas supersubstantialis."

In calce, "Absolvi Ambrosius peccator Dionysii opuscula in monasterio Fontis boni xv. kal. Aprilis; anno Dominice incarnationis m.cccc.xxxvi. indictione xv. Emendavi et cum Greco contuli in heremo iij. idus Aprelis; Laus Deo sit semper Amen."

5. Epistolæ decem ad diversos. fol. 116 b.

Incip. i. ad Caium, "Tenebre luce vanescunt."

In calce, "Expliciunt decem epistole Dionysii Areopagitæ;" deinde notitia, "Meminit se scripsisse que sequuntur nominatim que periere; De divinis hymnis; De intellectualibus et sensibilibus; De theologica informatione; De anima; De significativa theologia; De legali hierarchia; De angelicis proprietatibus et ordinibus; De justo divinoque judicio."

L.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 246, sec. xiv., binis columnis bene exaratus; ex dono M. Johannis Southam, archidiaconi quondam Oxon.

Gulielmi Durandi Rationale divinorum Officiorum in libros octo distributum.

Tit. "Incipit rationale divinorum officiorum."

Exstat impress. Lugd. 1516, et sæpe alibi.

In calce, "Explicit rationale divinorum officiorum compositum per dominum Guillelmum Durantem."

Præmissa est notitia sequens, "Istum librum dedit M. Johannes Southam, archidiaconus Oxon. rectori et consociis collegii beate Marie et Omnium Sanctorum Lincoln. in universitate Oxon. fundatum et ordinatum ad opus, utilitatem et incrementum dicti collegii, in libraria communi ejusdem cathenis ferreis per eos alligandum et pro perpetuo permansurum."

Deinde in margine superiori, *manu recentiori*, "Precii xxx flo....... flo...... iij. sol. ij. d. st."

LI.

Chartaceus, in 4to, pp. 537, sec. xvii.

Commentarii in Exodum, e Rabbinis et Hebræis interpretibus magna ex parte collecti pars secunda; scil. a cap. xxi. inclusive ad finem libri.

Incip. "Versus i. Hæc autem sunt judicia quæ propones eis. Observant Judæi decalogum, על מעלת התורה."

Desin. "illic vero, tabernaculum ejus per gloriam; Amen."

In calce, תהלה להשם טנתן כח לתשלם.

LII.

Membranaceus, in folio, ff. 187, sec. xv. ineuntis, binis columnis nitide exaratus; ex dono R. Flemmyng.

Liber qui dicitur Fasciculus morum, in partes septem distributus, cum prologo.

Incip. prol. "Frater predilecte ac sodalis preelecte."

Incip. text. " De peccato in generali. Ut enim habetur in regula beati patris Francisci;" ut in cod. MS. Rawl. C. 670.

Desin. " illius sanctissime civitatis; Amen; Amen."

Sequuntur,

a. Tabula operis supradicti alphabetica.

b. Homiliæ breves xli. in Dominicis et festis, a Dominica i. Adventus, usque ad S. Trinitatis festum inclusive.

Incip. i. " Ecce rex tuus; etc. Videmus quod in regis absencia crescit plebis."

Des. ult. " ipsi recipiant nos in eterna tabernacula."

LIII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 221, sec. xiii., binis columnis nitide exaratus; ex dono Rob. Flemmyng.

1. S. Gregorii Magni papæ I. Homiliæ in Evangelicas lectiones quadraginta, prævia capitulorum sive textuum tabula, necnon epistola ad Secundinum. fol. 3.

Tit. " Incipit prefatio in xl. omeliarum beati Gregorii pape."

Exstant impress. inter opera, tom. i. col. 1434.

2. Ejusdem Homiliarum in Ezechielem libri duo, cum prologo. fol. 100.

Tit. " Incipiunt omelie beati Gregorii pape in Ezechiele propheta, numero xij. dictæ in patriarchio Lateranensi, in basilica que appellatur aurea."

Exstant ibid. tom. i. col. 1173.

In calce, " Expliciunt omelie sancti Gregorii pape super Ezechielem prophetam."

LIV.

Membranaceus, in folio, ff. 69, sec. xiii.; binis columnis sed haud eadem manu exaratus; olim Thomæ Gascoigne.

1. [Roberti Grostete liber de cessatione legalium?] imperf. fol. 1.

Incip. in verbis, " videbit semen longevum."

Desin. " et infirmitatis medicinam."

2. Ejusdem quæstiones, ut testatur manus recentior, de veritate. fol. 15 b.

Incip. " Ego sum via, etc. Hic ipsa veritas dicit."

Des. " diversificata in singulis."

Sequitur notitia, *man. sec.* " Explicit sancte memorie opus dom. Lincolniensis episcopi, scilicet doctoris Roberti Grosseteste, doctoris in sacra theologia Oxonie, ut patet in litera Universitatis Oxon. et in sermone ipsius domini Lincoln. de levitis."

Deinde, *manu eadem*, Thomæ [an Gascoigne] notitiæ aliæ ad historiam Angliæ spectantes, scil. de adventu Henrici IV. in Angliam; de bello apud Salopiam, 1403; de celebratione missæ per Ric. Scrope, archiep. Eborac. ' in plano campo vocato Shiptun-More;' et de concione ejusdem, quam asserit scriptor Georgium Corbrig, qui præsens fuerat, sibi retulisse; necnon de traditione et morte ejusdem archiepiscopi.

3. S. Augustini de concordia quatuor Evangelistarum libri, prævia ' sententia de libro Retractationum.' fol. 19.

Incip. lib. " Inter ipsas omnes;" ut inter opp. tom. iii. pt. ii. col. 1.

In calce, *man. sec.* (a.) Nomina archiepiscoporum et episcoporum Northumbrane gentis, a Deira usque ad Wilfrid. (b.) Nomina episcoporum Lindisfarnensium, ex " Beda lib. 4, cap. 28, de gestis Anglorum."

LV.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 188, sec. xii., [foliis 48—71 exceptis sec. xiv.], binis columnis exaratus; ex dono R. Flemmyng.

1. S. Hieronymi liber quæstionum Hebraicarum in Genesim; initio mutil. fol. 1.

Incip. in verbis, " fecit pro die sexta in Hebreo diem septimanam;" in edit. Vallars. tom. iii. p. 302.

2. Ejusdem liber de mansionibus filiorum Israel. fol. 17.

Incip. " In septuagesimo septimo psalmo;" ibid. tom. i. col. 461.

3. Ejusdem de quæstionibus Regum Paralipomenonque. fol. 23 b.

Incip. " Fuit vir unus de Ramachaim;" ibid. tom. iii. col. 755.

4. Canticum Debboræ. fol. 43 b.

Incip. " Cecineruntque; etc. Barach vir Debbore prophetidis;" ibid. col. 745.

5. Lamentationes Jeremiæ. fol. 45 b.

Incip. "Et factum est, etc. Sic inter omnia cantica;" ibid. tom. xi. col. 727.

6. Eusebii Pamphili de situ et nominibus locorum Hebraicorum in libris S. Scripturæ, interprete S. Hieronymo, cum prologo interpretis. fol. 48.
Incip. "Eusebius qui a beato;" ibid. tom. iii. col. 121.
In calce, "Explicit liber sancti Jeronimi presbiteri de situ sive distanciis vel nominibus locorum."

7. S. Hieronymi tractatus de membris Domini. fol. 68 b.
Incip. "Omnipotens Deus, Pater et Filius."

8. Ejusdem nominum Hebraicorum interpretatio, ordine alphabetico. fol. 72.
Ibid. tom. iii. col. 1.

9. Freculphi, episcopi Lexoviensis, Chronicon. fol. 97.
Tit. "Incipit liber Freculphi."
Exstat impress. 1539 et alibi.
Sequuntur causæ, 'quod non omnibus passim sicut nunc etiam antea Christus innotuerit,' etc.

LVI.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 335, sec. xv.; ex dono M. Willelmi Rede, quondam vicarii ecclesiæ B. Mariæ Magdalenæ, Oxoniæ.

Roberti Grostete, ep. Lincolniensis, opera varia; scilicet,

1. Dicta. fol. 2.
Incip. "Amor multipliciter."

2. Sermones duodecim. fol. 117 b.
Incip. i. "Quoniam cogitacio hominis confitebitur; Confitendum est, quod confessio."
In calce,
"Quum finem tangit operis laudabitur ille
Nullus tunc angit, odio licet extet a mille;
M. W. Rede."

3. Liber de venenis. fol. 163.
Incip. "Racio potissime veneni convenit peccato prioritate originis."
In calce, "Explicit tractatus de venenis secundum Lincolniensem episcopum."

4. Liber de lingua. fol. 177 b.
Incip. "Dominus in celo paravit, etc. Celum dicitur a celando."
In calce, "Explicit tractatus Lincolniensis de lingua."

5. Tabula super Dicta Lincolniensis. fol. 308.
Incip. "Abvie; recedere."

6. Tabula in librum de lingua. fol. 323.
Sequuntur capitula librorum.

7. Tabula altera 'venerabilis domini Lincolniensis superdicta ejusdem.' fol. 331.

LVII.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 198, sec. xiii.

Anonymi cujusdam de proprietatibus rerum libri viginti, cum prologo et capitulis.
Incip. prol. "Quoniam invisibilia Dei."
Incip. lib. i. in quo agitur de firmamento et corporibus cælestibus, "Mundus ut dicit Mercurius tribus modis."
Desin. ult. "qui pro nobis pertulit mortem, Jhesus Christus Dominus noster, Amen."
Differt codex noster tam ab Bartholomæi a Glanvilla quam ab A. Neckham opere.
Sequuntur,

a. Tabula contentorum alphabetica.

b. Regulæ medicinales, versibus leoninis comprebensæ, cum prologo; incip.
"Quoniam firmius memorie commendantur;" etc.
"Res aloes lignum . preciosa sit hoc tibi signum."

LVIII.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 138, secc. xv. et xiv., binis columnis exaratus; ex dono Fundatoris.

1. Sententiæ proverbiales, sive Phrases, e Poetis Latinis præcipue collectæ. fol. 1.
Incip. "Virgilius in Georgic. non omnia possumus omnes."

2. 'Modus prædicandi divisivus' per themata distinctus. fol. 5.
Incip. "Ad, quare, per, propter."

3. Nicolai [de Gorham, ut notavit manus recentior] Themata de dominicis, sive ad sermones per anni circulum faciendos aptata. fol. 13.
Tit. "Incipiunt themata fratris Nicolai de Dominicis."
Incip. "Hora est jam nos; etc. Sicut dicit sapiens Eccl. iii. Omnia tempus habent."
Desin. "posuit prodigia, etc. Explicit."

LIX.

Membranaceus, in folio, ff. 143, sec. xv., bene

exaratus et ornatus, ex dono Rob. Flemmyng.

Auli Gellii Noctium Atticarum libri xx., capitulis cuique libro præmissis; cum notulis marginalibus.

Tit. "Auli Gellii Noctium Atticarum liber primus incipit feliciter."

LX.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 305, sec. xv., ex dono Roberti ejusdem.

1. Plutarchi comparationes parvæ, Latine versæ per Guarinum Veronensem, prævia interpretis præfatione ad Jacobum Lavagnolum. fol. 2.

Tit. "Doctissimi viri Guarini ad clarissimum virum Jacobum Lauagnolum in comparationes parvas Plutarchi proemium incipit foeliciter."

Incip. "Cum te Polianus, suavissime."

2. Laurentii Vallæ de elegantia linguæ Latinæ libri sex. fol. 15.

In calce, "Laurentii Vallæ,Romani oratoris doctissimi, de linguæ Latinæ elegantia liber sextus et ultimus fœliciter explicit."

LXI.

Codex partim chartaceus partim membranaceus, in 4to minori, ff. 171, secc. xv. et xiv.

Collectanea varia præcipue ad artem grammaticam spectantia; scilicet,

1. Quæstiones et regulæ grammaticales in usum puerorum. fol. 1. *et passim.*

Incip. "Quot sunt qualitates in nomine."

Sequuntur versus leonini, incip.

"Que do componit inflexio tercia dicit."

2. Glossarium Latinum et Belgicum. fol. 18.

Incip. "Domus fundi. Laet."

3. De octo partibus orationis. fol. 47.

Incip. "Cum presentis nostre intentionis."

4. Versus proverbiales. fol. 52, 61 b.

Incip.

"Huc bene omne remigat, nobiscum cras navigabit."

Ad fol. 61 occurrit epistola, sive formula epistolæ, Petri commorantis Andverpiæ ad Johannem, scholarium rectorem in Beeck, Willelmum nepotem suum commendans, ut disciplina scholastica et moribus honestatis induatur.

5. Libellus de pœnis inferni. fol. 96.

Incip. "Inter multa utilia in lege Dei."

6. De ordinatione quinque casuum. fol. 112.

Incip. "Pro ordinatione quinque casuum in oratione congrua."

---

7. Quæstiones grammaticales. fol. 120.

Incip. "Dominus, que pars? Nomen."

Deficit in verbis, "dic ergo, est bonum latinum."

---

8. Regulæ aliæ grammaticales. fol. 152.

Incip. "Omne nomen est adjectivum vel substantivum. Ego cognosco nomen."

In calce, "Expliciunt regule puerorum."

Sequuntur,

a. "Scriptor qui scripsit, cum Christo vivere possit;
Qui me scribebat. Petrus nomen habebat."

b. "Iste liber pertinet Judoco de Waryere, si quis inveniat amore Dei sibi reddat."

9. De arte metrica. fol. 164.

Incip. "Introducendis in artem metrificandi, primo videndum est quid sit metrum."

Deficit in verbis, "in iambo ascenditur de brevi sillaba in longam"——

LXII.

Codex chartaceus, in folio, ff. 201, sec. xv.; utrimque mutil.

1. Anonymi cujusdam commentarius in S. Hieronymi epistolam ad Fratrem Ambrosium, sive præfationem ad Bibliam sacram, cum prologo; initio mutil. fol. 1.

Incip. prol. in verbis, "tropologicus, allegoricus."

Incip. comment. "Frater Ambrosius; Ista epistola beati Jeronimi preponitur toti sacre scripture."

Desin. abrupte in verbis cap. 8, "debeat esse festiva sine mora consilii."

2. Ejusdem forsan auctoris expositio in S. Hieronymi prologum in Pentateuchum. fol. 107.

Incip. "Desiderii mei; Expedito prologo generali in totam bibliam in quo multipliciter notificata est."

3. Noticia de observatione paschali. fol. 122.

Incip. "Quanta diligencie cura."

4. Henrici de Hassia de Langhensteyn sermones in evangeliis festisque variis; mutil. fol. 124.

Incip. i. in istud, "Beatus venter;' Beatus venter, in quo incomprehensibilis sese regit superna majestas."

Sermones alii sunt, continuatio S. Augustini homiliæ pro festo lanceæ et clavorum, de S. Bernardo, in festis B. M. Virginis, etc.

In calce sermonis de festo Annunciationis, ad fol. 190 b, notatum est, "Finitur sermo de festo, etc. compositus Bohemia per magistrum Henricum de Langhensteyn de Hassia doctorem in sacra pagina."

LXIII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 184, sec. xii., binis columnis bene exaratus et servatus; olim monasterii S. Cuthberti de Worksop, postea coll. Linc. ex dono Rob. Flemmyng.

S. Isidori Hispalensis Etymologiarum libri viginti.

In calce Augustini sermones duo in S. Vincentium martyrem, incip. "In passione quæ nobis;" ut inter opp. tom. v. col. 1112.

Præmittuntur,

a. Quot annis archiepp. Cantuar. presiderint cathedræ pontificali ab Augustino, qui primus fuit, usque ad præsens tempus, scil. Willelmus [Corboyla.] fol. 1.

b. Isidori et Braulionis epistolæ sex mutuæ. fol. 2.

c. Notitia sequens, "Iste liber constat monasterio B. Mariæ sanctique Cuthberti, canonici regularis de Wyrkesopp in com. Nott. juxta Schyrewod, deliberatus magistro Rob. Flemmyng, decano eccl. Cath. Lyncoln. ex comodato et precario per manus M. Caroli Flemmyng prioris ejusdem, anno Domini m.cccc.lvij."

LXIV.

Membranaceus, in folio, ff. 131, sec. xiii. ineuntis; olim Thomæ Gascoigne, filii Ricardi Gascoigne, in manerio Hunsflet, in comitatu Eboraci.

S. Isidori Hispalensis Etymologiarum libri viginti, prævüs epistolis ad Braulionem duabus, et capitulis.

In calce, Expositio vocum quarundam insolitarum, incip. "Aurifrigium, Orfreis."

LXV.

Codex membranaceus, in folio, ff. 172, sec. xiv. ineuntis, binis columnis exaratus; ex dono Fundatoris.

Jacobi de Voragine, Januensis, Liber de vitis Sanctorum, qui vocatur Legenda Aurea, cum tabula præmissa.

Incip. i. de adventu "Universum tempus presentis vite;" ut in editt. impress.

Ult. de S. Francisco desin. "nec aque gutta proximavit ad tunicam."

In calce, "Explicit legenda Sanctorum."

In fol. 2 b notatum est, "Legenda Sanctorum, precii xl. s."

LXVI.

Membranaceus, in folio, ff. 188, sec. xv. ineuntis; binis columnis exaratus.

Johannis Latteburii sive Lathbury expositio moralis in Jeremiæ prophetæ Lamentationes, prævia tabula contentorum alphabetica.

Incip. "In nomine Patris, etc. Juxta morem modernorum;" ut in edit. impress.

Desin. "habendo respectum ad Deum et hominem."

In calce, "Explicit secundum alphabetum, et sic totum opus est completum."

In fine tabulæ, "Expliciunt textus expositi preter fidostanciani libri."

LXVII.

Membranaceus, in 4to, ff. 179, sec. xiv., binis columnis haud eadem manu exaratus.

1. Johannis Walleys, sive Guallensis, ord. min. Communiloquium in septem partes distinctum, sive summa collationum, prævia tabula distinctionum. fol. 9.

Tit. "Incipit Communiloquium fratris Johannis Wallensis ad omne genus hominum."

Incip. "Cum in collectionis hujus, que potest dici Summa collationum, sunt vij. partes;" ut in edit. Paris. 1516.

Desin. "gratia illuminante studeat adinvenire."

In calce, "Explicit communiloquium fratris Johannis Wallensis."

2. Ejusdem Johannis Legiloquium, sive liber de decem præceptis. fol. 143.

Tit. "Incipit legiloquium de decem præceptis fratris Johannis Wallensis de ordine minorum."

Incip. "Scribam eis;" etc. "Omnipotens Creator omnium ac omnium sapiens gubernator."

Desin. "et saciemur in eternum."

In calce, "Explicit legiloquium de decem preceptis fratris Johannis Wallensis, de ordine minorum."

3. Pauli prædicatoris S. Nicholai summa de pœnitentia. fol. 162 b.

Incip. "Quoniam circa confessiones animarum pericula sunt vel difficultates."

Præmittuntur versus, partim leonini, incip.
"Tu si magna petis Deus est super omnia magnus."

4. Versus heroici de pœnitentia cum scholiis. fol. 168 b.

Incip. vers.
"Penitens cito peccator, cum sit miserator."

Incip. glos. "*Spes;* Sperate in eo omnis."

5. Sermo in istud, "Ecce nunc dies salutis." fol. 170 b.

Incip. "Ad literam jam instant dies."

6. Sententiæ phrasesque, ex SS. Scripturis præcipue, ab anonymo quodam expositæ. fol. 173.

Incip. "Illos diabolus pulsare negligit."

Desin. "ut cornua in manibus ejus."

LXVIII.

Codex chartaceus, in folio, ff. 137, sec. xv., mutil. nec eadem manu scriptus; olim Johannis Venan.

Anonymi cujusdam commentaria sive glossæ in titulos quosdam rubricasque Authenticarum aliorumque legum ad juris civilis corpus spectantium.

Incip. i. "Rubrica, Quomodo et quando judex; Summa sic verba protestativa."

Citantur, "Ostiensis, [scil. Henricus de Bartholomæis,] aliique in Jus Civile glossatores, tangunturque rubricæ plures; scilicet,

a. De fide instrumentorum. fol. 22.
b. De in integrum restitutionibus. fol. 31.
c. De judiciis. fol. 39.
d. De appellationibus. fol. 50.
e. De pactis. fol. 53.
f. De rei vendicatione. fol. 63 b.
g. De universitatis nomine. fol. 75.
h. De signis et armis. fol. 78.

Præmittitur epigramma in Henricum IV. Angliæ regem; incip.
"Electus Christi . pie rex Henrice fuisti."

i. De sententiis diffinitivis. fol. 92.

LXIX.

Codex chartaceus, in folio, ff. 256, sec. xv., haud eadem manu exaratus.

1. Tabula super glossam Lyranam in Biblia Sacra, per Gulielmum Morton compilata; ordine alphabetico. fol. 1.

Incip. "Abbacuk prophetavit destruccionem Caldeorum ad consolacionem."

Præmittuntur, "Quæstiones fratris Nicholay de Lyra super Bibliam."

In calce, "Explicit tabula super doctorem de Lyra per fratrem Willelmum Morton compilata."

2. Tabula alphabetica super S. Pauli epistolarum glossam. fol. 89.

Incip. "Abba idem est quod pater."

3. Tabula super [S. Augustini] librum de Trinitate. fol. 106.

Incip. "Adam cujus oculi ei aperti."

4. Tabula super libros confessionum Augustini. fol. 123.

Incip. "Adam in qualia tria vicia."

5. Tabula super Ægidium [de Columna] de regimine principum, cum præfatione. fol. 132 b.

Incip. præf. "Sed sciat lector quod quamvis liber iste in tres libros."

Incip. tab. "Abstinencia, quam necessaria est."

6. Tabula in librum de caritate et in omelias vel sermones super epistolam Johannis secundum Augustinum. fol. 138.

Incip. "Abel sacrificando Deo."

7. Tabula super [Petrum] Thomam de veritate theologiæ. fol. 142 b.

Incip. "Absolvere non possunt omnes."

8. Tabula super Isidorum de summo bono. f. 156.

Incip. "Adam quomodo similis."

9. Tabula super [R. Grostete] librum de veneno. fol. 164.

Incip. "Abscondit bona sua."

10. Tabula super [Vincentii Bellovacensis] Speculum Historiale. fol. 167.
Incip. "Abstinencia; 87."

11. Tabula super Anselmum de similitudinibus. fol. 169 b.
Incip. "Abbas, que debet, abbas."

12. Tabula epistolarum B. Augustini. fol. 171 b.
Incip. "Absentari, est autem liberta."

13. Tabula super communiloquium Johannis Guallensis. fol. 182.
Incip. "Absolvere quomodo."

14. Tabula super sermones B. Bernardi. fol. 187.
Incip. "Adventus, considerandus."

15. Tabula super 83 quæstiones Augustini. ff. 194 b, 230.
Incip. "Anima, utrum anima sit."

16. Tabula super Revelationes B. Brigittæ, cum præfatione. fol. 197.
Incip. præf. "Ad laudem Dei et Marie matris ejus de cujus ordine sum."
Incip. tab. "Abscondita erat nativitas."

17. Tabula super Hugonis de S. Victore Didascalicon. fol. 234.
Incip. "Accio omnis hominis."

18. Tabula retractationum S. Augustini, et de adulterinis conjugiis. fol. 238.
Incip. i. "Abraham putandum est."

19. Tabula super Hieronymi librum contra Jovinianum. fol. 243.
Incip. "Abstinencia quod per eam."

20. Tabula libri Ric. de S. Victore de S. Trinitate. fol. 246 b.
Incip. "Amor quod communicatio."

21. Tabula super epistolam S. Bernardi ad fratres de monte Carmeli. fol. 248 b.
Incip. "Abjeccio in exterioribus."

22. Tabula sententiarum Johannis Damasceni. fol. 252 b.
Incip. "Abissus qui sit."

LXX.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 202, sec. xv. ineuntis; binis columnis nitide exaratus, manu Jacobi Rudelle Alemanni.

1. Anonymi cujusdam in Pentateuchum expositio literalis, cum prologo. fol. 1.
Incip. prol. "Vidi in dextera sedentis; Sedens super glorie thronum."
Incip. opus, "In principio; In hoc capitulo mundi creacio."
Deficit in lib. Num. a verbis, "quod Christiani debent."

2. De fide et legibus libri quinque, auctore [Gulielmo de Alvernia]. fol. 24.
Incip. "In ordine sapiencialium divinaliumque scientiarum;" ut in edit. impress.
Desin. "conjunctus cum laude Dei et ejus adjutorio; Deo gracias."
Sequuntur tabulæ duæ, capitulorum scilicet materiarumque, a fratre Willelmo Sengham compilatæ.
In calce, "Ista tabula prescripta facta est super librum de fide et legibus a fratre Willelmo Sengham; et hoc secundum quod totus iste liber sub uno continetur et non secundum quod dividitur is quinque libros;" etc.

3. Sermo beati Augustini de dignitate hominis et imagine. fol. 101.
Incip. "Tanta dignitas humane;" ut inter opera, tom. vi. App. col. 292.

4. Liber de Sacramentis, auctore [Gulielmo de Alvernia, Parisiensi.] fol. 102.
Incip. "Dicemus imprimis quia Sacramentorum virtus et utilitas;" [cap. 2.]
Desin. "Sapientibus damus, etc. Explicit."
Sequitur tabula alphabetica, cui subjecta est notitia sequens, "Grates esto rerum qui sistit plasmator cunctarum, Jacobus frater Rudel nomine, Almannus natione."

LXXI.

Codex membranaceus, in folio, ff. 215, sec. xiv. exeuntis, binis columnis exaratus; ex dono M. Johannis Maderby, socii.

Francisci Mayronis, sive a Mayronibus, ord. min., conflatus seu commentarius in primum librum P. Lombardi Sententiarum, posthabita tabula alphabetica.
Incip. "Circa prologum primi libri;" ut in edit. Venet. 1504.
In calce, "Explicit conflatus Francisci de Maronis; Amen."
Præmittitur notitia; "Liber collegii Lincoln. ex dono magistri Johannis Maderby, unius primorum sociorum prefati collegii."
In calce tabulæ, "Explicit tabula, talis qualis et utilis multum."

LXXII.

Membranaceus, in folio, ff. 219, sec. xv. in-

euntis, binis columnis exaratus; ex dono M. Rogeri Beteson, in sacra theologia baccallarii et quondam college hujus collegii.

Francisci a Mayronibus commentarius in librum primum Sententiarum, tabulis variis posthabitis.

In calce, " Explicit conflatus Francisci de Meronis super primum librum Sententiarum.

" Vinum scriptori debetur de meliori."

Sequuntur, (a.) Tabula titulorum; (b.) Opiniones magistri non tentæ apostolis. (c.) Loca in quibus magister male allegat Auctoritates sanctorum.

In calce codicis notatum est, " Caucio magistri —— exposita in cista Rowbery anno Domini millesimo cccc.xxxix. 2 die mensis Julii et habet scriptum secundo folio, ' ordinem,' et facit pro xxvi. s. viii. d."

LXXIII.

Codex membranaceus, in folio, ff. 213, sec. xiv. exeuntis binis columnis exaratus; ex legato Roberti Hambald, S. T. B. et quondam socii.

Francisci a Mayronibus commentarius super primum librum Sententiarum; cum tabula alphabetica; initio mutil.

Incip. in verbis, " est quod contradictorium."

In calce, " Explicit conflatus Francisci de Mayronis et Deo gracias."

In fine tabulæ, " Explicit tabula talis qualis et utilis multum; Amen." Deinde *man. sec.* " Orate pro anima magistri Roberti Hambald, sacre theologie bacallarii quondam precentoris ecclesie collegiate beati Johannis Beverlaci, qui hunc librum legavit collegio Lincolnie in Oxon. in communi libraria ejusdem in perpetuum remansurum."

LXXIV.

Membranaceus, in 4to minori, ff. 372, sec. xiv., binis columnis exaratus.

Monaldi Beneventani ord. min. Summa de casibus conscientiæ dicta Aurea et Monaldina, ordine alphabetico, cum prologo.

Tit. " Summa fratris Monaldi de ordine fratrum Minorum."

Incip. " Quoniam ignorans ignorabitur;" ut in edit. impress. Lugd. 1516.

LXXV.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 85, sec. xv. ineuntis.

Tabula super librum Revelationum beatæ Brigittæ; ordine alphabetico.

Incip. " Abstinencia; De abstinencia vide libro primo capitulo tricesimo quarto."

Desin. sub voce Zambri, " Cum munere contra preceptum Dei libro septimo capitulo vicesimo; Explicit."

LXXVI.

Membranaceus, in folio minori, ff. 167, sec. xv., ex dono M. Roberti Flemyng, decani Lincoln.

Valerii Maximi dictorum factorumque memorabilium libri novem, subjuncta libri x. abbreviatione, cum glossulis marginalibus perpetuis, prævia tabula capitulorum.

Tit. i. " Incipiunt capitula primi libri Maximi Vallerii."

In calce, " Valerii Maximi dictorum ac factorum memorabilium liber nonus cum decimo ejusdem abbreviato, per Julium Paridem abbreviatorem dicti Valerii feliciter explicit; Deo optimo maximo gratias; Amen."

LXXVII.

Membranaceus, in 4to, ff. 218, sec. xv., ex dono ejusdem Roberti.

1. C.Plinii Secundi Epistolarum ibri octo, prævia brevi annotatione de duobus Pliniis Veronensibus Oratoribus ex multis hinc collecta, per Johannem Mansionarium Veronensem. fol. 1.

   Incip. notitia, " Plinii duo fuisse noscuntur eodem nomine et prenominibus appellati;" ut in Bandinii Catal. codd. Latt. Laurent. tom. ii. col. 421, ubi tamen auctoris nomen desideratur.

2. Ejusdem, [sive potius Aurelii Victoris,] liber de viris illustribus. fol. 186.

   Tit. " C. Plinii Secundi Junioris de viris illustribus liber incipit fœliciter."

LXXVIII.

Membranaceus, in folio minori, ff. 161, sec.

xv. ineuntis; ex dono Jo. Forest, decani Wellensis.

Quæstiones, quas movet Gul. Notyngham in scripto suo super Evangelia, secundum ordinem alphabeti.

Incip. "Abraham. Queritur super illo dicto Christi, Joh. 8. Abraham pater vester."

Desin. "quia mediator inter Deum et hominem facit unam; Parte. 10. cap. 7."

In calce, "Me tibi virgo pia, genitrix commendo Maria."

Præmittuntur, (a.) Tabula vocum alphabetica; (b.) Tabula evangeliorum, sive lectionum evangelicarum per annum, tam de temporali, quam de Sanctis.

In initio codicis notatum est, "Liber collegii Lincoln. ex dono domini Johannis Forest, quondam decani Wellensis, ex cujus eciam sumptibus edificata erat borialis pars hujus collegii necnon et aula integraliter; pro cujus igitur anima specialiter a consociis orandum est."

LXXIX.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 269, sec. xiii. exeuntis; ex dono Roberti Flemmyng.

1. Alexandri Neckham, Dolensis, Moralia super evangelia quatuor in partes totidem distincta, cum brevi prologo, et glossis.

   Incip. prol. "Intencionem quatuor evangelistarum."

   Incip. opus, "De remediis contra superbiam; Ad suggillandos igitur superbio fastus."

   Desin. "condignos fructus penitentie, ubi cum Christo ascendere possimus."

   Sequitur tabula contentorum secundum materias varias, incip. "In primo particulo prime particionis."

---

2. Johannis de Abbatis Villa sermones Dominicales, cum prologo. fol. 259.

   Incip. prol. "Cum sacrosancta mater ecclesia, premonstrante Sancto Spiritu."

   Deficit ult. in istud, "Apparuit gratia Salvatoris, ad sedentem in tenebris, etc."

   Præmittitur distichon,

   "Cor non datum dextris pressumve sinistris
   Servatumque manus post mortem per tria signat."

LXXX.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 150, sec. xv.; binis columnis exaratus, olim Willelmi Rous.

Nicolai de Aqua Villa, sive Lugdunensis, sermones de temporali per anni circulum; cum tabula posthabita.

Incip. "Dicite filie Syon; etc. Verba ista sumpta sunt a Zacharia propheta, quia Zacharias."

Desin. ult. "ad illa gaudia eterna perducat nos Jhesus Christus; Amen."

In calce, "Expliciunt sermones de temporali per totum annum secundum Nicholaum de Aqua Villa, alias Lugdunensem."

LXXXI.

Membranaceus, in folio, ff. 110, sec. xv. ineuntis, binis columnis exaratus; ex legato domini Philippi Syluay.

1. Johannis Parys, sive Parisiensis, determinatio de secta Christiana per testimonia gentilium. fol. 3.

   Incip. "Quoniam occasione cujusdam sermonis, quem ad clerum feceram."

